This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

HIERONYMI DE BOSCH

OBSERVATIONES ET NOTAE

IN

ANTHOLOGIAM GRAECAM,

QUIBUS ACCEDUNT CL. SALMASII

NOTAE INEDITAE.

V. 4

ULTRAJECTI
E TYPOGRAPHIA B. WILD ET J. ALTHEER,
MDCCCX.

PA 3458
A2
1795
v. 4

VIRO AMICISSIMO,

DAVIDI JACOBO VAN LENNEP

J. U. D. Hist. Antiq. Litter. Graec. et Lat. Eloquentiae, Pëoſios et Hist. Patriae in Athenaeo Illustri Amſtelaedamenſi Profeſſori,

S. D.

HIERONYMUS DE BOSCH.

Demea apud Terentium, quem ego potisſimum auctorem ſequor, haec ait.

Nunquam ita quisquam bene ſubducta ratione ad vitam fuat,
Quin res, aetas, uſus ſemper aliquid adportet novi,
Aliquid moneat, ut illa, quae te ſcire credas, nesciaſ,
Et quae tibi putaris prima, in experiundo ut repudies.

Demeae cauſa mea est. A primâ juventute ab optimis parentibus et conſanguineis ita mihi commendatum erat ſummum Hugonis Grotii ingenium, ut ad ejus nominis auditum, in primis vero ad ejus imaginis intuitum, me ſacro quodam horrore commoveri ſentirem. Nunquam enim meâ memoriâ excidet illa dies, quâ ingenioſisſimum et eloquentisſimum virum Petrum Burmannum Secundum, ad Grotii imaginem converſum, hos verſus recitantem audivi.

Grotius, a Muſis primas formatus ad artes,
Maximus ille foro, maximus ille lyra,

Prae-

Praebeat exemplum, canis memorabile ſeclis,
Quod legat attonitus, quod ſtupeatque nepos.
Anne ideo tantum peperisti, Patria, civem,
Ut fieres nato dira noverca tuo?
Esſet ut indignis tanquam rea ſtricta catenis,
Carceris et tenebris jusſa latere manus!
Illa manus, lucem cui debet docta vetustas,
Aeternum ſcriptis nobilitata ſuis!
Illa manus devota tibi, rebusque probata,
Quaeque tuum toties adſerere auſa decus?
Allia Romuleis non lux magis impia fastis,
Quam quae Grotiadae vincula ferre dedit,

Tanto tremore cohorrui, quanto in gravi febris acceſſu plerumque homines corripi ſolent. Mirum itaque non est, ſimul ac ſummi viri ingenioſum quoddam opus, nunquam antea editum et ab ipſo auctore magno in pretio habitum, exſtare cognoviſſem, me omni ſtudio operam dediſſe, ut hoc Grotiani *ingenii ſplendidum monumentum mihi acquirerem. Erat autem in Bibliothecâ* Burmanniana, *ex quâ mihi illud comparavi. Invento theſauro incubare non placuit; Verum, quemadmodum pueri, qui nova et amoena crepundia acceperunt, et his laetati ad ſuos ſocios et conſortes lubenter excurrunt, ut cum iis ea, quae ſibi evenerint, bona communicent, haud aliter ego propter has acquiſitas elegantioris doctrinae opes exſultans eas meis amicis enarravi et explicui. Orta ſunt interea tempora humaniorum litterarum ſtudiis quam maxime infesta atque inimica, quibus homines in nullâ re aliâ, niſi in conſtituendâ bene adminiſtrandae reipublicae formâ erant occupati, atque adeo ad doctarum Muſarum dulces ſonos ſurdi. Itaque aliud tempus erat exſpectandum; ſed gliscente in dies malo, neque ipſe certus de bonâ valetudine meâ occaſionem quaeſivi, quâ cum minori rei meae familiaris jacturâ in publicum prodire poſſet praestantiſsimum et exoptatiſsimum illud* Hugonis Grotii *opus.*

Ad

Ad hoc tandem aliquando praestandum mihi sese obtulerunt honestissimi typographi Ultrajectini, Wild *et* Altheer; *cum his egi, quomodo haec editio optime perficeretur; facillimum fuisset negotium et cum minimis sumtibus ac laboribus conjunctum, si tantum versio latina* Grotii *daretur; quod nonnulli satis futurum fuisse fortasse arbitrentur. Sed ab hoc consilio me religio quaedam et summa erga* Grotium *pietas deterruerunt, quippe qui scirem eum voluisse*, ut editio fieret in Quarto et Stobaeano et Excerptorum responderet, atque adeo Latina Graecis opponerentur, *ut patet ex meâ edendae Anthologiae Descriptione, quam, quatenus ad hunc facit locum, hic adjiciendam putavi. E tuto portu in immensum mare fui translatus, nullas metuens procellas. Omnia nunc Graeca Epigrammata mihi erant legenda, intelligenda, et cum versione* Grotii *comparanda, et quasi haec satis non essent, coepi promittere omnium doctissimorum virorum non modo ad Anthologiam Graecam animadversiones, verum etiam Epigrammatum versiones latinas, quarum quidem tanta est copia, ut duobus voluminibus comprehendi non possint. Quare ut Terentianus Demea* non ita bene subducta ratione ad vitam fui, quin res, aetas et usus semper aliquid adportarent novi. *Sed bene habet, quod, quâ in re mihi maxime gratulor, hoc unice mihi curae fuerit, ut textus Graecus et Latinus quam accuratissime splendidissimis typis mandaretur. Eo modo tria prodierunt in lucem volumina, tam fideliter expressa et* Grotiano *ingenio tam digna, ut nullum librum, vitiis typographicis magis immunem, me evolvisse sciam, id quod continuâ lectione expertus sum.*

Haec sane erudito lectori satis fuissent; sed, ut sumus homines, ego, qui veneratione quadam erga Grotium *hoc opus aggressus eram, de quo ceteroquin nunquam cogitassem, cum per tot annos in eo versatus essem, ut plerumque fieri solet, nonnullas animadversiones Epigrammatibus adjeci, quas, ut ipse perire nolebam, sic amici ad eas edendas me stimulare non destiterunt.*

Quis vero ego sum, qui tantae molis opus aggrediar? si vitae meae rationes colligam, temerarium ma-

gis quam prudens esse consilium, video. Ut olim Janus Broukhusius *ex disciplinâ* Hadriani Junii, *sic ego ex eâ* Burmanni *ad miscenda medicamenta vocabar. Ambo tamen illi praeclari magistri eos in discipulorum animis reliquerant aculeos, quos nulla arma, nullae olentis officinae deliciae, unquam ex iis tollere potuerunt. Quâ in re in primis commendare debeo Poëseos Latinae cultum, quam non eo, quo par est, honore hodie venerantur quidam viri clarissimi; plane non reputantes, quanta in eâ ad omnes artes et scientias amplectendas et illustrandas sit vis atque efficacia. Illud cognitum habebant nostri* Heinsii, *et* Burmanni, *qui per Poësin quasi ex somno excitabant generosioris indolis adolescentes ad omnia praeclara agenda. Illud cognitum habebat* Petrus Francius, *cui eruditissimus, atque elegantissimus* Relandus *omnia se debere palam professus est. Neque aliter sensit magnus ille in litteris* L. C. Valckenaerius, *cujus, cum Graecarum et Latinarum litterarum summam cognitionem haberet, semper legitimi poëtarum numeri aures personabant. Ille vir, quamvis nunquam carmina fecerit, tantum valebat illorum verâ intelligentiâ et numerosi sensu decursus; ut, cum ea recitaret, me vel Terentium, vel Propertium, vel alium quemvis veterum poëtarum audire loquentes putarem. Quare praestantissimis suis discipulis, ut patet ex Dedicatione Theocriteâ, hos versus semper inculcare solebat.*

dent primos versibus annos,
Maeoniumque bibant felici pectore fontem.

a quâ praeclarâ consuetudine jam dudum, quod doleo, defecerunt plerique viri clarissimi.

Sed ut ad me redeam; e Pharmacopolâ ad aliud magis, ut putabatur, honorificum munus delatus, nunquam meis humaniorum litterarum studiis tantum temporis, quantum quidem vellem, dare potui. Arripiendi erant festi dies, et a quotidiano opere nonullae quaerendae cessationes, quas, ut est animus, non semper ad omnia, quae velis, recte agenda paratus, quatenus id fieri posset, diligenter admodum observavi.

vavi. Itaque nostrum Graecae et Latinae Linguae studium patiebatur quidem magnam quandam intermissionem, nunquam vero totam remissionem; ad has litteras redire, in summis rerum vicissitudinibus, semper erat maximum solatium. Quid plura?

Burmanni patet hinc divina potentia linguae.

Sic lubens, quamvis fere imparatus, ad hanc Anthologiam Graecam edendam accessi. Ita enim institutus eram, ut, quidquid esset eruditionis antiquae, illud amplecti vellem. Unde natae sunt meae observationes et notae, in quibus quin multa sint non satis accurate explicata, atque etiam nonnulla contra Latini sermonis proprietatem dicta, non dubito, praesertim ex nostri temporis consuetudine, quo Linguae Latinae non nisi purissimus et veterum scriptorum auctoritate munitus admittitur usus. Verum enim vero hac in re nimis religiosi esse possumus, quod duobus modo exemplis demonstrare conabor. Accurati Critici primum nolunt particulam Itaque *postponi, sed monent ab eo sumendum esse periodi initium; dein, ut* Burmannus *patruus*, Drakenborchius, Oudendorpius *et* Ernestus, *viri doctissimi, negant* ac *ante vocalem latine dici aut scribi posse, quibus vitiis sermonis me non immunem fuisse, fateor. Me meam itaque caussam defendere oportet. Quod ad primum. Lego apud* Horat. *L.* 1. *Ep.* 1. *v.* 10. Nunc itaque. *Apud Plinium L. XVIII. c.* 7. *vol.* 3. *p.* 448. *Ed. Harduin. in Quarto.* Omnium sententiis absolutus itaque est. *Apud Cicer. Orator. Partion. c.* 7. Est itaque: *apud Livium vero tam frequens haec, ut ita dicam, postpositio, ut his exemplis immorari non liceat. Unum tantum afferam, quod mihi, hunc scriptorem modo evolventi, statim ante oculos apparet. L. VII. c.* 28. Prima itaque acie debellatum. *Quare quod ad illud, de nostrâ Latinitate satis securi esse possumus. Sed quod ad alterum, haec difficilior erit quaestio, quoniam id aliis aliter visum. Cicero tamen in Oratione pro Milone, c.* 12. *dixit*, praeclarum inde munus ac instrumentum, *ut est in editionibus Aldinis et in illâ omnium praestantissimâ a Petro Victorio, Ciceronis hospitatore, curatâ, quamque*

lectionem Stephanus secutus est, neque repudiavit Graevius. Cum vero illud posteriorum scriptorum, nescio quomodo, aures offenderet, totum locum, qui ita se habebat, ut praeclarum inde munus ac instrumentum, *hoc modo constituerunt.* Ut praeclarum videlicet munus atque instrumentum. *Ubi vides illud* videlicet *intrusum pro* inde, *quod si pro* ac atque *legendum esset, non bene sonaret,* ut inde atque. *Operae pretium est explorare, quomodo docti Critici laborarint ad illud* ac *ante vocalem, quamvis non suffragantibus editionibus priscis, tollendum, et pro eo* atque *aut simile quid substituendum, non modo in Cicerone, verum etiam in Celso, et aliis, quos memorare nihil attinet: in Plinio Secundo cum* ac *ante vocalem ubique expunxissent illi Critici, unum tamen locum L.* x. *Epist.* 46. Aquae ductus adhuc relictus ac etiam destructus est, *intactum reliquerunt, quod monitum volo. Quare autem doctissimis illis viris adsentiri non possim, facit idem ille* Cicero, *qui, si primas et optimas editiones consulimus, scripsit, L.* 1. *de Nat. Deor. c.* 33. ac Phalaris ac Apollodorus, *ut est in eâ rarissimâ editione et omnium primâ, Venetiis per Vindelinum de Spira* 1471. *et L.* 1. *Epist. ad Diversos,* IX. *ut est in priscis et optimis editionibus.* Abhorrent enim a communibus praeceptis: ac omnem antiquorum et Aristoteleam et Isocrateam rationem Oratoriam complectuntur. *Ernestus in suâ permanens sententiâ pro* ac *dedit* et, *quâ emendatione, meo quidem judicio,* ter *illud* et *repetendo totius periodi perit elegantia, cum illud* ac *generaliter, et illud* et et *specialiter dicatur. Nobis quidem ita videtur. Sed tamen hac de re graviter disputantes praeter Burmannum et Oudendorpium ad Sueton. L.* 1. *c.* XXVI. *L.* 2. *c.* XIX. *L.* 4. *c.* III. *et L.* 5. *c.* XII. *Vid. viros doctos ad Livium L.* 10. *c.* XXXVI. *apud quos tamen intelligo N. Heinsium, non tantum poëtarum, verum etiam aliorum scriptorum venustissimum interpretem, in notis ad Vellejum Paterc. L.* 1. *c.* XVII. *p.* 650. *Ed.* Kuhnk. *apud Livium L.* 1. *c* XIV. *legi voluisse* locis circa denso obsitis virgulto ac obscuris. *Cui viro clarissimo, quatenus eum non offendit illud* ac *ante vo-*

ca-

calem, plane adsentior: neque etiam Davisium hoc male habuit ad Cicer. de N. D. l. 1. *c.* 1. *Sed cum mihi fere persuasum sit, unum, aut alterum Grammaticum, ut jam factum vidimus, ex vetustissimis libris hanc vocem aut sustulisse, aut immutasse, non multum eorum hominum auctoritati tribuendum arbitror. Quod amplius exemplis demonstrare necesse non est. Sic modo apud Lactantium, ubi L.* 2. *c.* 5. *in omnium primâ et praestantissimâ editione* 1465. *legitur*, suae ac unicae, *illud* ac *postea fuit deletum. Praeterea hoc etiam observandum, quod duo viri doctissimi, qui, prae ceteris, summopere Ciceronis fuerunt studiosi, Marius Nizolius in suo Thesauro p.* 14, *et Steph. Doletus in suis Commentariis p.* 1660, *locum ex Oratore Ciceronis c.* 40, *hoc modo citent*, ut contra dicat, ac accipi ac sentiri velit, *quod nunc apud Ernestum p.* 628, *ita legitur*, ut contra ac dicat accipi ac sentiri velit. *Ego sane existimare non possum, viros illos eruditissimos, et in tractandis veterum auctorum locis accuratissimos, haec verba modo ex ingenio ita dedisse; quin potius putarem, eos in editionibus antiquis aut* M. SS. *haec ita posita invenisse. Deinde*, Contra dicere, *Ciceronis est, sed* contra ac dicere *me legisse non memini. Denique non video, quare* ac, *quae syllaba longa, non eodem modo ut*, nec, *quae syllaba brevis, ante vocalem poni posset.* Sed claudite jam rivos, pueri. *Haec modo speciminis caussa dedi. Quâ in re si progredi vellem, nimis longa foret oratio: hoc tantum dico, me meis amicis pro suâ benevolentiâ, quâ quidem meas observationes legere voluerunt, summas agere et habere gratias: horum emendationibus, ut ex addendis patebit, usus sum, et, quantum iis viris debeam, fateri non neglexi. Nam secundum Ciceronem*, refelli sine pertinaciâ, et refellere sine iracundiâ parati sumus. *Ne tamen interea aegre ferant, me ipsorum observationibus, tam propter agendi moram, quam scribendi molestiam, non amplius uti potuisse. In suis scriptionibus Criticis vel aliis opusculis ut mihi publice ostendant meos errores, illos rogatos atque oratos volo, quo alii meâ negligentiâ doctiores evadant. Huic enim rei, ni fallor, satis ampla patebit materia, quoniam jam a longo*

inde

inde tempore cum nemine meas notas communicavi. Contentus ea dixisse, quae vera putarem, in aliorum opinionibus refellendis tempus terere nolebam. Quare si hic atque illic vitium typographicum inveniatur, aut huic atque illi loco non ea detur illustratio, quam forsitan res postulet, cogitent tunc mei amici, me hunc laborem suscepisse, non ut Graecae ac Latinae linguae nova ornamenta afferrem, sed ut ad ea studia, quae a primâ juventute mihi summopere placuerant, me senex referrem, et in iis procul ab omni perturbatione rerum placide acquiescerem. Quod tamen non ita intelligi volo, quasi me nullam bonam frugem ad meliorem Anthologiae Graecae intellectum attulisse putem. Per plures quam viginti et quinque annos in eâ perlustrandâ moratus certe quasdam observationes collegi, quae aliorum industriam effugerant. Praeterea, notae ineditae Salmasii, de quibus tam crebro apud eruditos fuit sermo et exspectatio, eaeque, quas e Gruteri Exemplo emendationes Fridericus Sylburgius protulit, non parvum ornamentum huic editioni parabunt.

Illud tamen insuper monendum, ne viri docti mea scripta aliorsum accipiant, atque ego volo. In limine Ruhnkeniani *Exempli inveniebatur schedula, ipsius viri clarissimi manu scripta, in quâ, verbo tantum, unum et alterum locum notaverat, quem, ut videtur, ulterius examinandum vel amplius illustrandum censebat. Sic in eâ schedulâ ad p.* 65. *legebatur, non ullo alio verbo addito,* αἰετὸς. *Scripsi itaque ad Ep.* 13. *v.* 1. *L.* 1. *Tit.* 33 *p.* 273. Ruhnk. in separatâ schedulâ, suo Exemplari adjectâ, videtur sumpsisse vocem αἰετὸς pro aquilâ, quo nomine insignitus erat velocissimus equus: *cum alii vocem* Αἰετὸς *pro nomine proprio, ut ipse* Grotius, *habuissent. Ne quis hic plura apud* Ruhnkenium *inveniri putet; non enim ego is sum, qui gravissimi auctoris verba negligerem. Non alia erant verba, quibus aliquid addere, aut saltem de iis quidquam detrahere, non licitum esset. Hac sane in re me nimis religiosum fuisse expertus sum; nam, cum omnia, quae* Ruhnkenii *manu notata in dicto Exemplo inveni, diligenter commemorassem, protinus vidi haec omnia*

nia derivata esse ex Gruteri seu Sylburgii, nam utrumque auctorem agnoscit, Exemplo, quod jam accurate typis expressum dederam, Tom. 3. p. 511. et sqq. Quare in posterum me ab eo labore abstinui.

Sed quae hactenus disputavi mira tibi videri debent, quoniam non tam ad te, optime Lennepi, *cui hoc ego volumen offero, quam ad quemcunque lectorem ea pertinent. Hujus observationis aequitatem ob omni parte recte intelligo; cum vero mihi nihil facilius esset, quam rationem reddere, cur te potissimum elegerim, cui hanc quartam Anthologiae Graecae partem dedicarem, tamen etiam alios de meâ hic agendi ratione erudire debebam, quod potius ad te scribens quam seorsum agere volui. Tu, quem colo et amo, mihi ab ipsis tuis cognitus incunabulis, quae carmine celebravi, ita vir factus et maritus placuisti, ut nihil in totâ tuâ vitâ reprehendendum invenerim.* Patri *tuo, viro summâ probitate et ingenio, et* Hooftio, *magnâ industriâ et acri judicio praedito, amicis meis integerrimis, tertium Anthologiae volumen dicaveram: cur non tibi,* parentis *tui virtutis et amicissimi* Hooftii *non tantum aemulo, verum etiam expresso exemplo, hoc quartum volumen offeram? Nunquam puto aequitatem in tali quadam benevolentiâ clarius enituisse. Tuum enim in primis est Graecos et Latinos evolvere scriptores, in quibus ita versaris, ut nostro Athenaeo Illustri in dies singulos magis magisque nova addas ornamenta, qui unus ex omnibus in interpretandis poëtarum versibus excellis, et in recitandis carminibus iisque in juvenum animis inculcandis plane alter es* Valckenaerius; *qui denique eo polles ingenio, et poëticae dictionis recte intelligendae facultate, ut veteres poëtae de te nullam habeant, quam timeant, injuriam, sed potius salutare auxilium et nova subsidia a te exspectent. Sed quid tuam eruditionem et ad elegantiores scriptores, sive poëtas, sive oratores, recte intelligendos sensum acerrimum memorem? Ad alia potius me confero, quae non semper in humaniorum litterarum Professoribus cum his conjuncta inveniuntur. Tuam humanitatem, modestiam et*

 omni-

omnibus benefaciendi, neque quemquam laedendi summam voluntatem semper admiratus sum ac veneror. Quod enim me saepius in hoc litterarum studio offendit, hoc est; quod omnis antiquitatis peritissimi et plurimarum rerum doctissimi viri saepissime, suâ freti industriâ, aliorum conatus nimis acriter reprehendant, et quasi soli sapiant, doctorum etiam virorum dicta non modo redarguant aut culpent, verum etiam summâ invidiâ exagitati plane ludibrio habeant: a quâ agendi ratione tu plane es alienissimus,

Quem puerum meliora novem docuere Sorores.

Inter eos, qui isto alios laedendi et vituperandi ardore flagrabant, excellit Salmasius, *qui, non considerans tempora, quibus Anthologiae conditores vixerint, neque adeo contentus Planudis et aliorum contemnere observationes, eo tandem pervenit audaciae, ut* Grotii, *qui ejus singularem eruditionem semper in summo honore habuerat, Manes laedere non vereretur, unde natum illud in eum tonans, sed acutissimum Poëtarum Belgarum Principis,* Vondelii, *Epigramma, quod invenitur in* Vondelii *Poëmatibus vol.* 2. *p* 217. *Et ne quis me haec frustra dixisse existimet, legat* Cl. Salmasii *ad* Cl. Sarravium *Epistolam, quam edidit* Th. Crenius *in animadv. Philolog. et Histor. vol.* 1. *p.* 22. *et sequi. Haec Epistola, paulo post* Hugonis Grotii *mortem scripta, in quâ inter* Grotium *et* Vossium *instituitur comparatio, tantum habet fellis, invidiae atque malevolentiae, ut nemo, cui veritatis, virtutis et humaniorum litterarum amor curae sit, eam sine summâ indignatione legere possit. Quod ideo hic commemorare, volui, quia in hac tractatione Anthologiae mihi saepius apparuit illud atrox* Salmasii *ingenium, et ea non toleranda superbia, quâ elatus nemini parcebat, id quod in meis observationibus et notis plus semel animadverti; praeterea, qui* Grotio *maledixerit, illius, quantumvis eruditi, indoles ut omnibus innotescat, fas esse, arbitror.*

Quanto melius isti fecerint viri, qui Hugonis Grotii, *de patriâ et litteris tam praeclare meriti, laudes celebrarunt, ipse vides. E quibus primo loco memorandus tuus collega et ami-*

amicus, doctissimus et ingeniosissimus vir Henricus Constantinus Cras, *qui, in suâ Laudatione ad Academiae Regiae Holmiae apud Sueones moderatores, summi viri ingenium ita depinxit, ut non modo victoriae palmam meruerit, verum etiam bene scribendi excellentissimum exemplum dederit.*"

De quâ Laudatione in carmine ad Virum Clarissimum et amicissimum, haec cecini,

Grotius, ingenio et summâ virtute coruscans,
Laude novâ crescat, Gens peregrina velit.
Pro patriâ certamen inis, cingitque capillos
Laurus Hyperboreo nata sub axe tuos.

Plura non addam. Hujus editionis ratio, ut ex dedicationibus volumini Secundo et Tertio adjectis, sic ex Epistolâ Ruhnkenii, Jacobsii *Praefatione et meâ edendae Anthologiae Graecae Descriptione, quae postrema omnia hoc volumen continet, satis erit manifesta. Illud tamen etiam dicendum arbitror, omnes eos Indices, de quibus* Grotius *tantopere, ut vidimus, laboravit, nos non modo jam confecisse, verum insuper etiam unum summi momenti iis addidisse, in quo omnia fere Graeca verba, quae in Anthologiâ occurrunt, inveniuntur; quod ideo quam maxime necessarium duxi, quia plurima hic obvia sunt verba et voces, quae in cunctis Linguae Graecae Thesauris frustra quaerantur. Hunc Indicem, jam totum paratum, quintum volumen habebit. A quo proposito perficiendo, si qui casus me prohibeat, totum hoc negotium tuae curae demandatum volo.*

DESCRIPTIO EDENDAE

ANTHOLOGIAE GRAECAE,

AB

HUGONE GROTIO

LATINIS VERSIBUS REDDITAE.

Anthologiam Graecam, ab Hugone Grotio *latinis versibus redditam, editurus non necessarium esse arbitror, diu desiderati operis praestantiam, ut bonam mercem, commendare emtoribus. Primum ea Anthologiae Graecae est utilitas et cognita venustas, ut summo viri ingenio et doctrinâ singulari in eâ illustrandâ et emendandâ elaboraverint. Uno saltem utar Emmanuelis Martini, Hispani doctissimi, testimonio, qui in praeclarâ ad Alexandrum Zondadarium epistolâ,* (*) *quâ historiam Graecae utriusque Anthologiae persecutus est, scribit,* Epigrammatum Graecorum collectione, quae *Anthologiae* nomine circumfertur, vix aliquod ad nos pervenisse antiquitatis eruditae monumentum vel utilius vel illustrius. *Deinde* Grotius *is quidem interpres est, qui propter Excerpta ex Tragoediis et Comoediis Graecis, Dicta poëtarum ex Stobaeo, et nonnullas hujus ipsius Anthologiae versiones, ad quorundam auctorum ornatum sparsim in publicum emissas, eam admirationem et auctoritatem jam olim habuit, et hoc tem-*

(*) Libr. 4. Ep. 5. Edit. *Wesseling*. p. 185.

tempore habet; ut Janus Rutgersius, (*) *harum elegantiarum aestimator et judex peritissimus*, *quondam dicere non dubitaverit*, summum virum hic eâ venustate, iis Gratiis rem egisse, ut, inaccessas illas Graecorum poëtarum Veneres si non vicit, dubiam certe palmam fecerit; ut mirandum non sit, antiquitatem, cum quâ tam feliciter contendit adolescens, ab eo, jam viro καὶ τελείῳ superatam esse. *Nostra aetate doctissimus Brunckius* (†) Grotium *nominat* optimum interpretem, cui palmam relinquunt omnes alii, quotquot sunt aut fuerunt. *Neque sane* Grotius *ipse de hoc suo poëseos studio leviter sensisse videtur*, *cum in praefatione suâ ita scribat:* Ego, quidquid mihi ab injunctis laboribus superfuit temporis, id illis semper oblectamentis quaesivi impendere, quae ab utilitate publicâ non nimium abscederent. Talia autem vel maxime ea esse judicavi, *quae sub mellitis* veluti verborum crustulis sapientiae praecepta nec sentienti juventuti ingererent. *Praeterea inter tot praeclara*, *quae nobilissimus auctor edidit*, *opera*, *nullum fere invenitur*, *cujus magis rationem et curam habuerit*, *quam hujus Epigrammatum Collectionis*, *ut patet ex ipsius epistolis. Carcere Loevesteiniano liberatus*, *cum degeret Parisiis*, *hoc opus composuit*, *et de eo edendo diligenter admodum ac religiose ad mortem usque laboravit. Quod autem optimo* Grotio, *qui in maximis occupationibus nunquam intermittebat studia doctrinae*, *vel propter negotiorum multitudinem vel propter alias caussas*, *non contigit*, *ut Bibliopolam haberet*, *qui hos suos versus cum Graecis conjunctos satis nitide ac splendide edere vellet*, *hoc hodie nos consecutos esse laetamur*, *cum honestissimi Ultrajectini Typographi* B. Wild *et* J. Altheer, *me auctore et duce*, *hoc opus nobilissimum edendum susceperint. Quâ in re*, *quantum in me est*, *quemadmodum agendum esse putem*, *humaniorum atque elegantiorum literarum studiosis indicabo*, *ut*, *si quid habeant*, *in quo meam di-*

(*) Venusin. Lection. cap. 18. p. 343.
(†) Tom. 3. Anthol. Gr. p. 245.

diligentiam ac studium adjuvare possint, illud liberaliter mihi impertiant; quos eo ardentius id rogatos atque oratos volo, quo magis quemque, cui publica salus curae est, Grotii *doctrinam et pietatem venerari decet. Prima mihi erit religio, ultimam viri prudentis sequi voluntatem, quam his verbis expressit in epistolâ ad Isaacum Vossium* (*). Velim edi quam primum Anthologiam. Scripsi ad fratrem, ut Tuae Cl. Prolegomena nostra ostendat, et quae nostra sit de Indicibus faciendis sententia. Repetam, si quid forte in illis ad fratrem mandatis non satis expresserim. Velim primum fieri indicem Poëtarum, assignatis locis, in quibus sunt Epigrammata, malim autem id fieri per libros, titulos, et numerum in titulis, quem ut in mantissis, tum Stephanicis, tum a me additis apponi velim, si appositus non est, non enim satis memini, quam ad paginas, ut etiam aliis, quae fieri posthac poterunt, editionibus sine novo labore inserviant. Refero omnia mea, non ad hujus tantum saeculi, sed et posteritatis usum. Alium indicem velim fieri personarum, tum ad quas, tum de quibus scribuntur Epigrammata. Alium praeterea Chorographicum de montibus, fluviis, urbibus balneisque, pontibus operibusque aliis, quorum in Epigrammatis mentio. Alium Historicum de rebus bello aut pace gestis magnis, et illustribus. Velim autem duobus his, de quibus potissimum dixi, indicibus addi indicationem Scriptorum, qui de illis rebus, de minus notis loquor, ajunt: puta, Strabonis, Pausaniae, Procopii de aedificiis, quorum quosdam indicavit Brodaeus, quosdam poterit suppeditare memoria. Nolo enim nimium temporis, rebus majoribus inservituri, in ista absumi. Post hos indices volo addi quandam quasi saturam de iis, quae ad Physica et Ethica, aut res alias, ante omissas, pertinent. Labor hic futurus quidem est utilis, sed eum nolim injungere idoneo ad praestanda majora; si tamen sine magno dispendio temporis id fieri potest a Clar. tuâ, non mihi tantum, sed et lectoribus, quibus per hunc laborem editio ista fiet mul-

(*) No. 1698. p. 733.

multo fructuosior, plurimum gratulabor: quamquam maximam hujus beneficii partem ferent ii, qui istâ editione utentur: (complectitur enim ea historiam ferme omnem, maxime insignem, a Platonis enim aevo ad Justinianum et infra,) tamen et ego pro eo me debitorem profitebor. Nam et is multum debet, qui per amicum consequitur, ut multis prosit. Deus bonis viris optumus diu vos bonos, Patrem, Matrem et Liberos eorum servet ac prosperet. Lutetiae 12 Novembris 1644. In auctoribus Epigrammatum non secutus sum semper editiones vulgatas, sed eas, quas ex pluribus manuscriptis mihi indicavit *Cl. Salmasius*. Cl. vestrae studiosissimus H. G.

Quod vero ad hujus Anthologiae editionis formam attinet, eâ de re ipso anno, quo mortuus est Grotius, *ita scribit ad eundem Isaacum Vossium.* (*) Plane autem velim, editionem fieri in quarto, ut respondeat Stobaeano et Excerptorum: quod si unius voluminis nimia est moles, dividatur in duo. Omnino enim puto, Latina opponenda Graecis, non columnatim sed paginatim. *Et in alterâ ad eundem Vossium Epistolâ,* (†) *paucos menses ante ipsius obitum scriptâ, breviter quidem, sed acriter et significanter hujus rei desiderium et curam indicat, hoc modo.* Vir Clarissime et Eruditissime, velim in Anthologiâ edendâ servari formam chartae, quae est in Stobaeanis et in Excerptis. De typis sumat Blavius quos poterit optimos. Et velim festinari negotium, ut, si fieri potest, videam meam messem. Lutetiae 24 Febr. 1645. *Hanc operis descriptionem, quam ipse* Grotius *et voluit et dedit, quantum quidem in nobis est, religiose admodum sequemur, indicesque necessarios ex ipsius, a nobis commemoratâ, sententiâ omnes diligenter conficiemus. Cum vero nobis constet,* Grotium *suam versionem Latinam composuisse ad editionem Stephani, et Brodaei, Francofurti apud Andr. Wecheli haeredes* 1600 *publicatam, nos eas editiones tam accurate consuluimus, ut nihil in iis immutaremus, nisi quod*

(*) No. 1721. p. 740.
(†) No. 1733. p. 743.

quod aut ad vitia Typographica tollenda, aut plane vitios dicta emendanda pertineret. Ad textum Graecum rect constituendum in meâ Bibliothecâ sunt editio prima Florentiae 1497. *Literis Graecis Capitalibus. Aldina prima* 1503. *Juntina* 1519. *Aldina secunda* 1521. *Parisiensis apud Jodocum Badium* 1531. *Cum notis J. Brodaei Turonensis, Basiliae* 1549. *Cum nonnullis Epigrammatis recens inventis, Venetiis apud Aldi filios* 1550. *Veneta apud Petrum et Joan. Mariam Nicolinos Sabienses. Auctior editio Henrici Stephani* 1566. *in cujus fronte haec manu scripta leguntur.* Collata haec editio est cum Gruteri exemplo, in quo Collatio Palatini Codicis habebatur, et nonnunquam manu Frid. Sylburgii adscriptae emendationes. Paginae etiam, in iisdem membranis notatae ad marginem, referuntur ad illum codicem. Frid. Sylburgius plurima Epigrammata auctoribus suis restituit, quorum nomina in codice isto, manu exarato, adscripsit, nonnulla etiam verba, immo integros versus, qui deërant, vulgo instauravit. *De quo tamen libro, etsi iisdem verbis in Catalogo Bibliothecae* P. Burmanni secundi, *inter auctores Graecos cum collationibus et emendationibus manuscriptis sub No.* 2644. *describitur, ingenue profiteri debemus, nos valde dubitare, an hominum exspectationi, quam necessario talis descriptio moveat, omnino satisfacturus sit. Denique etiam habemus duo exemplaria editionis Wechelianae, Francofurti* 1600, *in quorum uno nonnullas animadversiones addidit, et vera Poëtarum nomina e codice* Grotiano *restituit* P. Burmannus Secundus, *in altero* Schraderi *et aliorum doctorum virorum annotationes inveniuntur. Ne nunc alias editiones, quae vel minoris momenti sunt, vel etiam utilissimae, ut* Reiskii, *et* Brunckii, *sed frequentiores, commemorem. Nunc vero de meis ad hanc Editionem subsidiis qui plura requirat, legat omnino* Jacobsii *viri doctissimi praefationem, quae satisfaciet omnibus.*

PRAESTANTISSIMO

AMICISSIMOQUE

VIRO,

HIERONYMO DE BOSCH

S. P. D.

DAVID RUHNKENIUS.

Quo saepius optavi, ut nos GROTIANA *versione beares, eo magis et mihi et tibi gratulor de Editione feliciter instituta. Utinam aut mihi Amstelodamum, aut tibi Leidam excurrere liceret, ut hac de re consilia inter nos communicaremus. Quod per literas agere et longum et molestum est, praesertim mihi, cujus digitos arthritis debilitavit. Ex elegantissima Descriptione tua intellexi, te existima-*

re,

re, (1) Anthologiae exemplum, Sylburgii manu notatum, *ex* BURMANNIANA *Bibliotheca in Leidensem ingresse, aut certe Codicis Palatini variantes penes me esse. Nihil minus. Olim quidem Leidae apud* LENNEPIUM *vidi* (2) Apographum Salmasii emendationum ad Editionem Aldinam, *quod etiam codicis Palatini lectiones continebat, diversum ab eo, quo* BRUNCKIUS *usus est. Sed quo illud post* LENNEPII *mortem pervenerit, nescio. Credo tamen, per* WASSENBERGHIUM *indagari posse. Omnino permagni refert, eas lectiones iterum ad textum constituendum adhiberi, praesertim cum* BRUNCKIUS *hac in re licentius grassatus sit, nec alias lectiones, nisi quas ipse probasset, commemorarit. Quid? si, proxeneta usus* SANTENIO, *eruditissimum* CHARDON DE LA ROCHETTE *adeas, ab eoque petas insignem, quem collegit, apparatum in Anthologiam, sicut ille olim a te petiit versionem* GROTIANAM. *Neque enim dubito, quin in tantis patriae turbis arma potius, quam Anthologiam, tractet.*

Vale, vir egregie, et WYTTENBACHIUM *saluta.*

LEIDAE *die* 9 *Martii*, 1793.

An-

(1) Anthologiae Exemplum Sylburgii manu notatum.

Hoc exemplum Anthologiae e Bibliotheca BURMANNIANA, *in cujus Catalogo inter auctores M. S. S. sub No.* 2644. *pag.* 26. *describitur, mihi comparavi, ejusque variantes lectiones atque emendationes jam dedi in fine tomi tertii.*

(2) Apographum Salmasii Emendationum ad Editionem Aldinam.

Hoc Apographum ex LENNEPII *Bibliotheca, in qua occurrit sub No.* 323. *et* 324. *pag.* 18. *pervenit ad virum clarissimum* SCHRADERUM; *cum* SCHRADERI *Bibliotheca, in cujus Catalogo invenitur sub No.* 15. 16. *et* 17. *pag.* 233. *et* 234. *publice venderetur, illud nactus est* PETRUS FONTEINIUS, *vir doctissimus; quo mortuo ipsius haeredes, qua erant humanitate, id cum altero Anthologiae Graecae Codice mihi donarunt; ex qua legitima successione apparet, istud a* RUHNKENIO *laudatum* SALMASII *Emendationum apographum in meam Bibliothecam venisse, atque ipsissimum esse, quod vir ille optimus et eruditissimus suis literis indicavit. Quibus testimoniis si addantur ea, quae memoriae prodidit vir clarissimus, et Anthologiae Graecae peritissimus editor* FRIDERICUS JACOBS *in Praefatione suarum animadversionum in Epigrammata Anthologiae Graecae Vol. II. P. II. facile in his consentient harum rerum periti. Doctissimi viri verba, utilita-*

tis publicae caussa, hic describenda curabo. Et vel eo lubentius, quoniam, hac lecta praefatione, non tantum constabit, qualis mea hic in ratione critica suppellex fuerit literaria, verum etiam, quod res est, quid de iis ineditis CL. SALMASII *in Anthologiam Graecam annotationibus, quarum nomen in omnium ore est, demum statuendum sit. Nam licet quidem assentiri velim* BRUNCKIO, *quod* SALMASIUS, *cum in codicem Palatinum incidisset, omnia ea epigrammata, quae edita erant, ad exemplar editionis* WECHELIANAE *sedulo contulerit, ejusque in oris varietates membranarum adnotaverit, atque etiam quaecunque essent anecdota separatas in chartas conjecerit, tamen, quod ille promto et alacri vir ingenio, quique semper aliud ex alio properaret, totum codicem, quemadmodum nonnulli viri docti opinantur, descripsisset, nunquam animum inducere potui, ut illud jam indicavi in dedicatione ante tomum tertium pag. XV. Quidquid vero hujus rei sit, dubium non est, quin ex ista collatione codicis Palatini cum editione* WECHELIANA *hae, quae dabuntur, derivatae sint celeberrimae* SALMASII *notae.*

FRIDB.

FRIDERICI JACOBS

PRAEFATIO.

Quod in praefatione ad primum hujus commentarii volumen testatus sum, laboris a me suscepti onus nulla fere re magis sublevari, quam cogitatione summae doctissimorum virorum erga me benevolentiae, quae mihi in praesidiis ad longum iter parandis contigerat plane eximia, id non solum ad grati animi sensum significandum valuit, verum etiam boni faustique vim ominis habuisse videtur.

Nam post illud tempus Anthologiae illustrandae exornandaeque studium communisque bonarum literarum amor conciliavit mihi amicitiam viri doctissimi et humanissimi HIERONYMI DE BOSCH, qui, cum antea poëticae facultatis laude inter Bataviae suae lumina conspicuus esset, nunc pristinam illam gloriam splendida Planudeae Collectionis editione vehementer auxit et cumulavit. Qui vir, cum me ad eundem fere, quem ipse petebat, finem totis viribus tendere intellexisset, tantum abfuit, ut, quod plerique in his literarum certaminibus facere instituunt, studium meum invidia et malevolentia frangeret, ut potius, singulari humanitatis exemplo, currentem exhortaretur atque incenderet, cursus impedimenta submoveret, omnia denique, quae mihi prodesse posse cerneret, summa cum liberalitate suppeditaret. Contra enim atque alii faciunt, omnia communi literarum utilitati, nihil suae

ipsius tribuebat gloriae. Erant autem huic viro, quibus me sublevaret, praesidia et plurima et praestantissima. Quum enim inde ab eo tempore, quo primum animum ad Anthologiam edendam applicuit, neque curae neque sumtibus ad comparandam criticam suppellectilem pepercisset, tantam hujus generis subsidiorum nactus est copiam, ut si a D'ORVILLIO discesseris, vix alius quisquam hujus aetatis criticus plura et meliora habuisse videatur. Hos omnes thesauros mihi ultro reclusit, simulque permisit, ut quidquid in rem meam esse arbitrarer, inde excerperem. Quum igitur jam in hoc novo commentarii nostri volumine apographa quaedam Anthologiae passim commemorentur, et doctorum quorumdam virorum modo emendationes modo explicationes proferantur, quorum in prioribus voluminibus nulla facta est mentio, jam recensum omnium, quos BOSCHIUS mecum communicavit, librorum instituam; unde lectores simul de nova illa rerum accessione, simul de clarissimi viri liberalitate existimare poterunt.

Initium faciamus ab editis. Inter hos exoptatissima mihi venit editio perrara Anthologiae Planudeae, quae prodiit Venetiis an. 1550. ap. PETRUM et JO. MARIAM NICOLINOS SABIENSES. De hac editione, cujus uberiorem notitiam nemo, quod sciam, eruditorum dedit, quid statuendum sit, quasque dotes habeat, eo ipso tempore, quo Prolegomena nostra prodibant, primus docuit vir doctissimus CHARDON DE LA ROCHETTE (*), qui cum vasta rariorum librorum et universae literarum Historiae exquisita cognitione eximiam Graecae eru-

(*) Magasin Encycloped. 1798. T. IV. nt. 6. p. 215. sqq.

eruditionis conjungit scientiam. Sed doctissimi hujus viri de Sabiensium editione et de quibusdam aliis ad Anthologiam pertinentibus rebus sententiam, omne illud, quod superest, iter emensi, Addendis insertam cum eruditis lectoribus communicabimus. Ceterum cl. BOSCHIUS rarissimae huic Planudeae editioni addiderat librum, nec ipsum frequenter obvium, Epigrammata ex Planudea collectione HENRICI STEPHANI studio selecta, quibus me aegre caruisse intellexerat ex Prolegg. p. CXXIX. ejusque libri me dono mactavit. — Manuscriptorum ut major copia, ita insignior praestantia atque utilitas. In duobus quidem WECHELIANAE exemplaribus, quorum alteri multae versiones metricae, alteri doctorum virorum lectiones et emendationes ex libris editis adscriptae erant, vix quidquam reperi, quod ad rem meam faceret, quodve non antea cognitum habuerim. Hos igitur libros longe multumque utilitate superabant bina apographa Anthologiae ineditae, quorum alterum GUYETI, alterum RUHNKENII (*) nomine insignivimus. Utrumque profluxit ex communi fonte celeberrimi, multorumque manibus studiose tractati, GUYETANI codicis, de quo diximus in Prolegg. p. CXLII. sq. In utriusque margine multa leguntur notata, conjecturae imprimis illae, quas ALBERTUS, D'ORVILLIUS, BRUNCKIUS, modo sub GUYETI, nio-

(*) RUHNKENIANUM appellat JACOBSIUS, non quod RUHNKENII manu scriptum sit, sed quod vir ille doctissimus simulque liberalissimus hoc in itinere Gallico sibi comparatum apographum suo amico, elegantissimo Piensono, dono dederit; ut patet ex notis ad Moerin pag. 295. unde postea in BOSCHII Bibliothecam venit.

modo sub SALMASII nomine laudant. At illas, maximam quidem partem, ad SALMASIUM referendas esse, jam olim multis argumentis commovebar, ut crederem, et nunc etiam magis persuadet nomen SALMASII, in RUHNKENIANO Apographo multis animadversionibus additum, quae in altero sine auctoris nomine prostant. Nec tamen negaverim, SALMASIANIS illis notulis quasdam etiam admistas esse GUYETI, cujus nomen uni certe conjecturae in Ep. Meleagri XVI. fortasse etiam aliis appictum est. Ceterum RUHNKENIANUS liber, quamquam in multis cum altero conspirat, nonnullis tamen gaudet dotibus propriis ipsi et peculiaribus, aliunde quam ex communi SALMASII et GUYETI fonte derivatis. Habet enim notatas recentiorum quorundam criticorum, KUSTERI, BERKELII, RIGALTII, aliorum, emendationes; Latinas Graecorum Epigrammatum versiones ad verbum factas, easque totas ad SALMASII conjecturas attemperatas, multas etiam Gallico sermone compositas. Latinae quidem illae horrido orationis genere, ut plurimae ad verbum factae Graecorum poëtarum versiones, conscriptae sunt, quaedam prorsus ineptae, in quibus auctorem Graecae linguae imperitia in joculares errores induxit. Inde a p. 365—400. sequuntur Epigrammata, quae SALMASIUS Planudeae adscripserat, cum notis Latinis et Gallicis, sed Gallicis pluribus. Sepulcralia carmina, quae leguntur inde a p. 400. omnia descripta sunt ex schedis SALMASII, ut intelligitur ex verbis passim occurrentibus: *Dans le Manuscrit de Mr.* SAUMAISE *on trouve* etc. *A la marge de la main de* SAUMAISE etc. et similibus. Multa hîc carmina bis terve leguntur sine va-

varietate et cum iisdem animadversionibus. Ceterum in utroque hoc apographo textus membranarum multis in locis interpolatus est, SALMASII emendationibus admissis, sed in RUHNKENIANO saepius quam in altero. Est haec communis fere omnium Anthologiae Apographorum conditio, quorum paucissima genuinum Palatini Codicis repraesentant textum.

Haec bina apographa mox sequebatur tertium, idque illis etiam praestantius. Hic liber, quem LENNEPIANUM appello, quanti faciendus sit intelligetur quodammodo ex indice in fronte libri, quem hic transscribimus.

HOC VOLUMINE CONTINENTUR:

I. Epigrammata ex Anthologia inedita VOSSII, quae in Cod. SCALIGERI non reperiuntur.

II. Scholia graeca inedita ad Simmiae ovum et aram ex Cod. VOSSIANO.

III. Anthologia inedita, in qua Στεφάνοις παιδικοὶ Μοῦσα, Ἐπιγράμματα διαφόρων μέτρων, Ἐρωτικά, ἀναθηματικά, ἐπιτύμβια, Παύλου Σιλεντιαρίου ἔκφρασις τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τῆς ἁγίας Σοφίας, et nonnulla alia.

IV. BOIVINI (legendum omnino CL. SALMASII,) Notae inediteae ad Anthologiae Graecae editionem Aldinam.

V. Epigrammata ex Anthologia edita, a Planude mutilata, sed ex vetustissimis Codd. MSS. in integrum restituta.

VI. LUD. CASP. VALCKENAERII Lectiones publicae in Lysidis Pythagorei Epistolam ad Hipparchum.

Huic indici adscripta nota manu PETRI FONTBINII, ex cujus bibliotheca hic liber transiit *ad* BOSCHIUM.

Cuncta haec, exceptis nonnullis notulis marginalibus, scripta sunt manu V. C. JOANNIS DANIELIS A LENNEP, *Graecae linguae, dum fuit, Professoris; teste Catalogo Codd. MSS. Bibliothecae* SCHRADERIANAE *nr.* 15, 17. 18. *ex cujus auctione ad me pervenerunt.*

In his nihil animum meum advertit magis, quam notae illae ineditae, quas indicis auctor primum BOIVINO, deinde mutata sententia SALMASIO tribuit. Quod quam recte fecerit, primo loco quaerendum est. Et primum hujus sententiae gravem habemus auctorem DAVIDEM RUHNKENIUM, qui illas notas ad SALMASIUM referendas esse minime dubitabat, in literis ad Cl. BOSCHIUM, in quibus se hoc Apogr. apud LENNEPIUM vidisse narrat (*), nec nos dubitare patitur cum scribendi genus, cui SALMASIANI ingenii notae impressae sunt ita perspicuae, ut, si vel nulla alia argumenta accederent, his solis res confecta videri posset; cum vero alia vestigia, ita manifesta, ut nihil praeter ea ad RUHNKENII sententiam stabiliendam requiri videatur. Utriusque generis plurima egregie animadvertit Cl. BOSCHIUS, ex

(*) Ex hoc apogr. transscriptae videntur SALMASII notae in *Callimachi* Epigrammata, quas RUHNKENIUS cum ERNESTO communicaverat, cum LENNEPIANIS illis ad verbum conspirantes.

ex cujus literis ad me datis eas hic adscribam, quae ad rem faciant.
„ Cur ego illas annotationes potissimum SALMASII esse arbitror,
„ primum illud est, quod ubique, quae ipsius erat, ut omnes,
„ qui cum eo vixerunt, testantur eruditi, non toleranda in lite-
„ ris humanioribus docendis arrogantia, solemni quadam sua di-
„ cendi formula utatur: *haec alias docebimus; haec nos alibi plu-*
„ *ribus ostendemus; sed haec alias pluribus declarabimus, explica-*
„ *bimus, expendemus, vel plana faciemus;* quae verba in quavis
„ pagina occurrunt. His adde ea, modesti sane animi signa: *ita*
„ *omnino legendum; inepta lectio est, quam viri docti dum emendare*
„ *conantur, id recte facere non potuerunt; jam pridem*, aut etiam
„ *jam pueri ita legebamus*, (nam admodum puerum se Antholo-
„ giam emendasse fatetur ad *L. III. tit.* 23. *ep.* 20.) *postea in*
„ *membranis ita exstare comperimus;* quae omnia SALMASII, ut
„ nobis depingitur, ingenio dignissima sunt. Deinde quis non
„ ejusdem viri insolentiam agnoscat in eo quo Planudem tractat
„ modo, cum ait: Planudes ingeniose fecit, et nos illi pro hac
„ emendatione decem plagas remittimus, quas aliis locis propter
„ *insignia decem peccata mereri debuisset.* (*ad L. I. tit.* 54. *ep.* 2.)
„ His vero non contentus vocat PLANUDEM, cui Anthologia Grae-
„ ca, si tempora spectes, quibus vixit, multum sane debet, quoties
„ in ipsius nomen incurrit, *audaculum, ineptum, insulsum, im-*
„ *peritissimum monachum;* neque aliter invehitur in PALLADAM,
„ cujus tamen elegantissima, ni fallor, superfunt epigrammata, ut
„ *L. I. tit.* 80. *ep.* 6. 7. et alibi. Undique nihil nisi viri arro-
„ gantia, cum summa festinatione et audacia conjuncta, elucces-

 „ cere

„ cere videtur. —— Sed si alia habere velis, quae meam sen-
„ tentiam confirment, conferas velim quae disputat ad *L. I. tit.* 5.
„ *ep.* 17. *seu* 20. cum iis quae habent BERKELIUS et HOLSTE-
„ NIUS ad STEPHANUM V. Μαυίσσα, et quae leguntur ad *tit.* 78.
„ *ep.* 4. cum BRUNCKII *Lectt. p.* 220. quaeque afferuntur ad
„ *L. II. tit.* 43. *ep.* 7. cum SALMASII notis ad *Hist. Aug. Script.*
„ *T. II. p.* 361. Sic ab eodem SALMASIO has annotationes
„ profectas esse apparebit, si, quae proferuntur ad *L. II. tit.* 52.
„ *ep.* 11. compares cum iis, quae affert SALMASIUS ad AEL.
„ LAMPRID. in vita ANTON. HELIOGABALI, *c.* 21. *T. II. p.* 840.
„ Consule et tuas animadversiones *Vol. I. p.* 142. et quae in iis dicta
„ sunt ad *L. III. tit.* 6. *ep.* 17. *tum p.* 408. ad ea verba: *Hinc con-*
„ *jectura enata est nescio cui, qui codicem tractavit et in margine*
„ *notavit* etc. hunc hominem, qui Tibi erat incognitus, SALMA-
„ SIUM esse agnosces, si ea, quae ad *L. III. tit.* 23. *ep.* 26. *seu* 27.
„ scripta sunt, attento animo considerare velis. Quae BRUNCKIUS
„ de Macedonia, Pauli aut Macedonii filia, commemorat *Lectt.*
„ *p.* 250. plane conveniunt cum iis, quae in his annotationibus
„ reperiuntur, ad *L. III. tit.* 23. *ep.* 9. Videtur sane vir ille
„ doctus in Wechelianae editionis exemplo, quod e bibliotheca
„ CLAUDII GROS DE BOZE, ut ipse ait praefationis *P. XXVII.*
„ utendum acceperit, mutilam quandam harum annotationum par-
„ tem habuisse, unde saepius, auctore non nominato, hic apud
„ illum novae enatae sunt lectiones. Denique ad Dosiadae aram,
„ quam primus in lucem dedit SALMASIUS, provocat. *L. VI.*
„ *tit.* 15. ep. 26." Hactenus Vir doctissimus; cujus argumentis,

 etiamsi

v. 14. *apud barbaros Semiramis.* Hic Grotius ea in animo habuisse videtur, quae memorat Valer. Maxim. L. 9. c. 3. Ext. 4. *Semiramis Assyriorum regina, cum ei circa cultum capitis sui occupatae nuntiatum esset, Babylonem defecisse, alterâ parte crinium adhuc solutâ, protinus ad eam expugnandam cucurrit: nec prius decorem capillorum in ordinem, quam tantam urbem in potestatem suam redegit. Quocirca statua ejus Babylone posita est illo habitu, quo ad ultionem exigendam celeritate praecipiti tetendit.* Prae ceteris elegantissime Semiramidis historiam exposuit M. A. Muretus Var. Lect. L. 6. c. 17.

pag. IX. v. 14. *felicitas:* in MSS. D'orvillii *facilitas.*

pag. X. v. 25. *licet.* lege *libet.*

pag. XI. v. 14. *in non pauca.* MSS. *vi non pauca.*

v. 20. *Ctesibii hydraulica.* Vid. quae dicentur ad P. XIV. v. 1.

p. XII. v. 8. *scrutandum.* lege *scrutandam.*

v. 13. *in titulo de Animalibus.* T. 33. e. 21.

v. 14. *De cervis dixit Plinius.* L. 8. c. 32. vol. 2. p. 188. ed. Harduini, his verbis usus. *Maria tranant gregatim nantes porrecto ordine, et capita imponentes praecedentium clunibus, vicibusque ad terga redeuntes.* eadem narrat de lupis fluvium trajicientibus Ælianus Hist. Animal. L. 3. c. 6. conf. L. 8. c. 14. et L. 5. c. 22. ubi mures eodem modo agere narrat.

ibid. *recto ordine.* MSS. D'orvill. *porrecto ordine*, ut apud Plinium.

v. 15. *Apud eundem reperies Plinium, quod alterius epigrammatis argumentum est.* Hoc epigramma legitur L. I. T. 29. e. 2. Plinius L. 8. c. 50. p. 234. *Oculos suffusos capra junci puncto sanguine exonerat, caper rubi.* Haec diligentissime enarrat Ælianus Hist. Animal. L. 7. c. 14. Idem illud Plutarchus de Solertia animalium. p. 974. ed. Rualdi et Stephan. vol. 3. p. 1793. a Dracone fieri per marathrum, memoriae prodidit.

v. 17. *Aquilam in Rhodo non cerni. idem nos docet et Suetonius, qui addit felici ostento Tiberio habitum, quod in eâdem insulâ, et quidem culmini domus Tiberii assederit.* forte legendum *insederit*, vel quod cum verbis Suetonii in Tiberii vitâ c. 14. magis convenit, *in culmine domus adsederit:* ad quem locum magnus Casaubonus illud, de quo agitur, Epigramma L. 1. T. 60. ep. 2. commemorare non neglexit.

v. 23. *In Palladae versibus, quae sunt Zizyphis ex eodem Plinio non uno loco est discere.*

De Zizyphis egit Plinius L. 15. c. 14. p. 184. et L. 17. c. 14. p. 350. et L. 12. c. 51. p. 41. L. 21. c. 9. p. 124. ad primum locum Harduinus attulit epigramma, quod legitur L. 1. T. 20. e. 15. Sed hoc, ab incognito auctore profectum, hic Grotius noluit intelligi. Indicavit vero illud Palladae, quod invenitur L. 1. c. 39. e. 9. ubi male ἐν διζύφοις seu ἐν διζυθίοις, pro ἐν ζωϋφίοις, et δίζυφον pro ζωϋφι vulgo habetur, ut Toupius docet ad Suidam part. 2. p. 116. nov. ed. p. 366. quocum tamen non sentire videtur Grotius, qui, ut Jo. Bapt. Pius in annot. prior. Lamp. Critic. vol. 1. p. 442. de fructibus zizyphis, Plinio commemoratis, hic agi putat: vertit enim,

Zizypha non frustra sanctum quid habere profabar,
Nam vel heri tali sum medicatus ope.

Quare ille ἐν ζιζύφοις et ζίζυφον hic legendum credidit, in qua opinione etiam fuit Brodaeus a Stapel ad Theophrasti Hist. Plantarum, L. 4. p. 328. et 329. Sed vid. Jo. Henr. Meibom de Cervisiis c. 4. in Thes. Antiq. Gr. vol. IX. p. 559.

Porro de Zizyphis adeatur Salmasius ad Solin. pag. 409. et 730. Erasmus in Adagiis p. 536. etiam pravas lectiones ἐν Διζυθίοις et Δίζυθον secutus esse videtur.

v. 24. *Pulegii vim ad recreandos defectos animo, ad quam alludit Lucillius.* Hoc Epigramma primum est L. 2. T. 50. quod recte explicat Salmas. de Homon. p. 40. conf. Grot. Stobaei Florilegium. P. 75.

v. 25. *Bromon, Juliano Imperatori memoratum in Zythi descriptione, semen esse spicam ferentis herbae.* Vid. L. 1. T. 59. e. 5. Cum triplici versione hoc epigramma edidit Jo. Henr. Meibom. c. 25. de Cervisiis, in Thes. Antiq. Gr. vol. IX. p. 609. quae, licet inter eas Erasmi, cum nativâ Grotii eloquentiâ comparari minime possunt. Merito sane hic laudatus ab Harduino ad Plinii Hist. Nat. L. 14. p. 161. conf. Salmas. Plinian. Exercit. p. 154. qui plurimis de Bromo egit. Adde quae de Zytho notavit idem Plinius. L. 22. cap. ultimo.

v. 27. *Tum vero Puteolanorum pulverem undique inexpugnabilem, quia, ut Seneca dixit, si aquam attigerit, saxum fiat.* Locus Senecae, qui hic indicatur, ita legitur in Natural. Quaest. L. 3. c. 20. p. 722. *Quemadmodum Puteolanus pulvis, si aquam attigit, saxum est: sic e contrario, haec aqua si solidum tetigit, haeret et affigitur.* De pulvere autem hoc Puteolano nullam inveni mentionem factam in Anthologiâ, nisi:

nisi forte ea significantur, quae habet Paulus Silentiarius in carmine de Thermis Pythicis v. 98-100.

Ἔστιν δὲ ῥοῦς, ὦ θαῦμα,
Ὃς, εἰ δεδέξεταί τι,
Λίθον τελεῖ τὸ πρᾶγμα
Ἐν ἡμέρῃς οὐ πλείσταις.

Quod hoc modo vertimus.

Est flumen, hoc stupescas,
Injeceris quid illi,
Saxosa massa prodit
Paucis vel in diebus.

Quod apparet ex nostrorum Poëmatum collectione a p. 336. ad p. 348. ubi hujus carminis fata enarravimus, et ejus versionem eodem metro dedimus. Ceteroquin ad hunc locum Puteolanas aquas etiam meminit Huetius, et pulverem Puteolanum commemorat doctissimus Brodaeus in annotationibus ad L. 4. T. 11. e. 1. de quo non inelegante haec cecinit C. Soll. Sidonius Apollin. Carm. 2. v. 59-61.

Namque Dicarcheae translatus pulvis arenae
Intratis solidatur aquis: duratoque massa
Sustinet advectos peregrino in gurgite campos.

p. XIII. vs. 2. *Arbores in Proteſilai monumento positas inarescere, cum in tantum excrevere, uti Ilium aspiciant; quod et Philostratus testatur.* Hoc epigramma invenitur L. 3. T. 14. e. 3. Est et aliud de hac re epigramma, quod primus edidit Salmas. in Plin. Exercit. p. 611. et de quo pluribus egit Jacobsius vol. 2. part. 2. p. 202. et 203. e. 75. Philostrati locus est Heroic. c. 2. ubi Vid. Olearii notas p. 672. quibuscum conf. quae dedit Pavius ad Quintum Calabr. L. 7. v. 409. 410.

v. 4. *Aquae in Crystallo inclusae, de quo Graecum est Claudiani epigramma, explicationem pleniorem in ejusdem poëtae Latinis habes.* De hoc Crystallo, cui aqua inerat, duo sunt Epigrammata in Anthol. L. 4. T. 18. e. 2 et 3. in Claudiani editione Burm. p. 689. e. 6. Vid. ejusdem viri clarissimi notas ad Propert. L. 4. el. 3. v. 51. ubi pluribus de his egit, et egregias Grotii versiones attulit. Verum enim vero etiam, ni fallor, monere debuisset, Grotium v. 1. pro ὑπ' ἀνέμος ἀσκηθεῖσα legisse ὑπ' ἠέρος ἰσκηθεῖσα: vertit enim.

Aëris ingenio glacies fortita figuram
Exhibet immensum nobis in imagine mundum.

Gesnerus quoque ad Claudianum. Pag. 681. de his docte disputavit.

v. 7. *Pythias aquas in Bithynia esse, ex Zonorâ in Constantino, Procopio de operibus, Nicetâ Choniate et aliis discet.* Zonarae locus est Annal. L. 13. c. 4. in Hist. Byzantin. Script. edit. Venet. tom. XI. p. 8. a quo discimus, hunc locum, propter Thermas Pythias celeberrimum, etiam nominatum fuisse Soteropolim, ubi Constantinus Magnus, a fratribus, eodem patre natis, temperatum hausisse fertur venenum: quod, licet ab aliis non memoratum, tamen etiam narrat Cedrenus in Hist. Byz. Script. tom. VII. p. 235. Hac de re diligenter disputat Jac. Gothofredus ad Philostorgium L. 2. c. 17. p. 87. Ceterum in Procopio de operibus, L. 4. c. 3. vol. II. p. 461. et in Nicetâ Choniate L. 3. cap. 6. vol. XV. p. 281. Hist. Byz. Script. agitur de his Thermis, de quibus vid. etiam Stephan. Byzantin. et Berkelii ad eum notas pag. 392. ut et, praeter Huetium ad Thermas Pythicas, Brodaeum ad Anthol. L. 4. T. 26. p. 503.

v. 9. *Damalim, quam ut amicam celebrat Agathias, amoenum esse locum in Peraea ad Constantinopolim, ob stantem ibi juvencae effigiem, idem docebit Nicetas.* Damalim, prope Constantinopolim promontorium *scutarium*, olim et *Bovem* appellatum, commemorat Nicetas L. 7. in Hist. Byzant. Script. vol. XIV. p. 114. Hunc locum, propter aëris temperiem quam maxime celebratum, pluribus illustrat. P. Gyllius de Bosporo Thracio L. 1. c. 1. et L. 3. c. 9. in Thes. Antiq. Gr. vol. VI. p. 3103 et 3207. 3208. Vid. et de hac juvencâ, contra Constantinopolim posita. L. 3. T. 12. e. 4. At in L. VII. e. 76. non Damalim, amoenum illum locum, sed puellam, cujus amore tenebatur Agathias, quae et Dorcalis vocata, tantum intelligi vult Jacobsius in Comment. vol. 3. part. 1. p. 69. quae etiam Brodaei et Obsopaei fuit sententia.

v. 11. *In eddem fuisse Constantinopoli Zeuxippum, juxtaque balneum, Procopius operibus Justiniani et Suidas.* De Zeuxippo, balneo magnificentissimo, fit mentio in Anthol. L. 4. T. 4. e. 21. T. 19. e. 10. T. 23. e. 2. L. 5. T. 1. e. 1. et hujus meminit Procopius de aedificiis L. 1. c. 10. in Hist. Byz. Script. vol. 2. p. 407. Suidas vol. 2. p. 4. haec habet. Ζεύξιππος. ὅτι Χριστόδωρος, Ἐποποιὸς, ἔγραψεν Ἔκφρασιν ἀγαλμάτων τοῦ Ζευξίππου. Ubi vid. quae dedit Kusterus. His adde Jacobsii Comment. vol. 3. part. 1. p. 198. et vol. 2. part. 3. p. 302. ut et P. Gyllii Topogr. Constant. L. 2. c. 7. in Thes. Antiq. Gr. vol. 6. p. 3262. et 3263.

v. 13. *Hic et Magnauram ibidem expositum ventis, atque inde dictum Palatium, ignorare non sinit.* Vid. L. 4. T. 23. e. 7. et de

de triclinio Magnaurae laudatum Gyllium in Thes. Antiq. Graec. vol. VI. p. 3320. conf. Ans. Bandurii Comment. in Hist. Byzant. Script. vol. XXX. p. 601.

v. 15. *Constantinopoli urbi datum a Graecis nomen Sionis novae, Leo in Vaticiniis, et in Chrysobulo Emanuel Comnenus docent.* Indicatur initium oraculi, quod de restitutione Constantinopoleos Leo dedit.

ΒΥΖΑΝΤΟΣ αὐλὴ, ἑστία Κωνσταντίου,
Ῥώμη, Βαβυλὼν, καὶ Σιὼν ἄλλη νέα,
Τρὶς τρὶς ἑκατὸν καὶ σὺ συνάρξεις κράτος
Μιᾶς ἐν αὐτοῖς ὑστερούσης εἰκάδος.

Vid. Leonis Oracula post Codini Excerpta in Hist. Byzant. Script. vol. XXII. p. 182. et sic Stephan. Byzant. de Urb. p. 249. μετωνομάσθη δὲ καὶ Κωνσταντινούπολις, καὶ νέα Ῥώμη. ubi Vid. A. Berkelii notas. Epigrammata, quae hic Grotius indicare videtur, inveniuntur L. 4. T. 2. e. 7. et T. 5. e. 4.

v. 22. *Proetidas a Melampode purgatas, infecto fonte ubi solitae erant bibere (herbam quae insaniae subvenit, nominat Plinius) etiam ex Servio ad Eclogam sextam discas.* Haec referenda sunt ad Mantissam Sec. T. 6. e. 2. quod ep. desumtum est ex Sotione apud Aristot. de mirab. ed. Sylburg. vol. 6. p. 125. Legitur etiam apud Vitruvium, L. 8. p. 164. Proeti filias in furorem effusas et a Melampode fuisse sanatas praeter Servium etiam narrarunt Apollodorus in Bibl. L. 2. c. 2. ubi vid. quae habet Cl. Heyne, et Aelian. Var. Hist. L. 3. c. 42. ubi vid. Perizonii notas. Porro unum ellebori genus, quod Melampodion dicitur, memoratur a Plinio L. 25. c. 21. ubi vid. Harduin. conf. tom. 2. p. 55.

v. 24. *Babylon Nymphae nomen, ut in laude operis Herodoci, ita apud Plinium libro septimo legitur.* Herodici Epigramma, quod servavit Athenaeus L. 5. p. 222. bis legitur in nostra editione, et L. 2. T. 10. e. 6. et in Mant. sec. T. 4. e. 56. in quibus locis Grotius eâdem versione usus est, et a quo, quod nulli viderunt interpretes, θεόπαις Βαβυλὼν, *virgo Babylon*, intelligitur. De Nympha Babylone haec inveniuntur apud Plinium L. 7. c. 57. p. 96. 97. *Medicinam Aegyptii apud ipsos volunt repertam: alii per Arabum, Babylonis et Apollinis filium.* At vero animadvertendum, apud Athenaeum et Stephanum, qui primus hoc epigramma Anthologiae intulit, ultimo versu pro Τὰς, Ἑλλὰς legi. Licet praeclara admodum de voce Τὰς observaverit Stephanus in Thes. L. Gr. vol. 3. p. 1152 et 1153. tamen ea huic loco non convenire videntur. Unde autem ea lectio Τὰς, quae tantum est in Wechelianâ editione, et quam Grotius sequitur, manaverit, nemo indicavit.

v. 26.

v. 26. *De sono audito ex Ajacis monumento, qui heroi convitiantem terruit, narratio apud Philostratum est.* Hoc epigramma existat L. 1. T. 5. e. 26. ubi eruditissimum Brodaeum luculentissimus ad hanc rem illustrandum non fugit Philostrati locus. Heroic. cap. 2. §. 9. p. 681. et 682. versum secundum, a Toupio et Brunckio male tentatum, emendat Clar. Ruhnkenius ad Timaeum p. 16. ed. nov. propter id laudatus a Clar. Wyttenbachio Bibl. Crit. Vol. 3. part. 2. p. 110. dum legi vult.

ἐπέων χαλεπῆς ἤρχεν ἐπεσβολίης.

Scaliger ad suum exemplum, quod est in Bibl. Leid. pro vulgato κακῆς, ut metro subveniret, posuit κατνῆς. quod propius ad ductum literarum. Si cum Ruhnkenio ab eo amplius recedere liceret, scribendum putarem φοβερῆς, ut in c. 16. T. 67. h. L.

θυμοῦ καὶ φοβερῆς ἷδς ἐπεσβολίης.

quod epigramma forte ab eodem auctore profectum. Sed consule etiam hic Jacobsium in Comment. vol. 3. part. 2. p. 131. et p. 147. et 148. de voce ἐπεσβολίη Clarkium et Ernest. ad Homer. Odyss. 4. 159.

Pag. xiv. v. 1. *Besa, in Epigrammate Hydraulico memoratus, videtur esse, quem in Thebaide pro Deo cultum narrat Libro* xix. *Ammianus Marcellinus.* Hydraulicum Epigramma, in quo Besae nomen, veluti Dei, occurrit, non inveni. At respicit forte Grotius ad illud Hedyli carmen, quod *Ctesibii hydraulica* jam nominaverat p. xi. v. 20. et legitur in Mantissa secunda. T. iv. e. 50. ubi Ctesibii, qui, ut ait Plinius L. 7. c. 37. pneumaticâ ratione et hydraulicis organis repertis laudatus est, celebratur opus. Verum vox *Besa* non est ibi Dei nomen, sed significationem habet poculi, mirâ arte constructi, ut inprimis docuit magnus Casaubonus ad Athenaeum, p. 817. ubi hoc vas potorium, ad instar hydrauleos a Ctesibio factum, ita describitur. Βῆσα (forte Βήσχς) ποτήριον παρ' Ἀλεξανδρεῦσι, πλατύτερον ἐκ τῶν κάτω μέρῶν, ἐστενωμένον ἄνωθεν. Ubi plurima de hac re egregia protulit vir doctissimus. Quibus addenda sunt illa, quae Salmasius dedit in Exercit. Plinian. p. 449. nec non quae habet Jo. de Laet ad Vitruvium L. x. c. 12. et Fr. Junius de Pictura veterum Part 2. p. 57. Ipse etiam Grotius, cum illud epigramma in latinum sermonem verteret, de poculo Ægyptiaco cogitasse videtur; scribit enim;

Carmen ubi Pharius mentitur Besa tubarum,
Garrula dum patulis influit unda cavis.

Quae de Besâ Deo memoriae mandavit Ammianus Marcellinus L. 19. c. 12. ejusmodi sunt. *Oppidum est Abydum in Thebaidis parte situm extremâ: hic Besae Dei loculiter appellati oraculum quondam futura pande-*

debat, priscis circum jacentium regionum caeremoniis solitum coli. ubi vid. V. D. notas, ut et Casauboni ad Hist. Aug. Script. vol. 1. p. 137. in majore edit. p. 29. E.

v. 3. *De Scylli, qui Persicae classis sub aquis natans anchoras praecidit; apud Plinium.* L. 35. c. 40. p. 232. quod indicatur Epigramma, est illud Apollonidae. L. 1. t. 69. e. 1.

v. 4. *De Helice et Buri mersis urbibus historia est apud Strabonem, Pausaniam, Plinium, Senecam in naturalibus.* Cladem urbium Burae et Helicae memorat Bianor L. 1. T. 70. e. 18. harum eversionis meminerunt Strabo L. 1. p. 102. et L. 8. p. 590.—593. Pausanias L. 7. p. 587. 589. et 590. Plinius L. 2. c. 94. ubi vid. notas. Seneca Nat. Quaest. L. 6. c. 23. 26. 32. et aliis in locis. Quibus adde Ovidii Metam. L. xv. v. 293-295. quod et Burmannus ad suum librum annotavit.

Si quaeras Helicen et Buriu, Achaïdas urbes,
Invenies sub aquis: et adhuc ostendere nautae
Inclinata solent cum moenibus oppida mersis.

conf. quae vir cl. P. Wesselingius collegit ad Diod. Sic. L. xv. v. 2. p. 40.

v. 6. *Quis Pisonum sit, qui hic celebratur, Agricolae Taciteae socer, an alius, Dioni ad Severi tempora memoratus, ex Poëtarum aetate quaeratur.* Lege *ad Tiberii tempora*, quoniam neque Antipatri neque Pisonum aetas ea Severi attigit. Ceterum M. Boivin, Memoir. de Litter. de l'Academ. Royale des Inscript. et Belles Lettr. Vol. 2. p. 287. et seq. primum demonstravit, omnia ea, quae in laudem Pisonis hic inveniuntur epigrammata, ut L. 1. T. 26. e. 5. T. 30. e. 1. T. 46. e. 3. L. 4. T. 12. e. 32. et T. 24. e. 2. non esse Antipatri Sidonii, sed Thessalonicensis, et deinde haec referenda esse ad Lucium Calpurnium Pisonem, qui A. U. 739. Consul fuit, et ortam seditionem Besforum aliarumque nationum Thracicarum triennio composuit, ut narrat Dio L. 54. ad q. l. Vid. V. D. notas p. 764. et 765. Praeter haec quinque epigrammata etiam aliud ex Anthologia inedita l. c. adfert Boivin, quod, quamvis jam plus semel editum sit, tamen, quoniam maxime confert ad Viri doctissimi de memorato Pisone sententiam probandam, lubens ex meis Membranis p. 767. iterum dabo, eique meam qualemcumque versionem latinam addam:

Καυσίη, ἡ τοπάροιθε Μακηδόσιν ἐυκολον ὄπλον,
Καὶ σκέπας ἐν νιφετῷ, καὶ κόρυς ἐν πολέμῳ,
Ἰδρῶ δεψήσασα πιεῖν τεὸν, ἄλκιμε Πείσων,
Ἡμαθίς Ἀυσονίους ἦλθον ἐπὶ κροτάφους.

Ἀλλὰ φίλε Πίσων με. πίθοι κάνεο, ἢ νότε Θρῆκες
Τρεφθέντες, καὶ νῦν Θρῆκας ὑπεκθέσεται.

Causa tutamen Macetum, prius alma supellex,
Et galea in bello, tegmen et in nivibus,
Sudorem bibere apta tuum, fortissime Piso,
Emathiâ veni tempora ad Ausonidum.
Me caram excipias, quae Persas lana fugavi,
Mox sternam Thraces et tibi subjiciam.

Primum distichon non tantum protulit Suidas in v. κανοῦν et ὀπίστω, et Potter. Archaeol. Gr. l. 3. c. 4. pag. 445. et Gataker. in Misc. Crit. p. 692. et Kuhnius ad Polluc. L. 10. s. 162. p. 1347. verum etiam legitur in Etymolog. Magno p. 487. Ex omnium horum epigrammatum indole manifestum esse videtur, illum, de quo hic agitur Pisone, esse eum ipsum, quem Tiberius cum Pomponio Flacco suum jucundissimum et omnium horarum amicum profitebatur, quocum et epulando et potando continuum biduum consumere solebat, ut narrat Sueton. in Tiber. Ner. vita c. 42. De hoc viro, quamvis saepe largius, quam Pontificem et Custodem urbis decere putarem, vino indulsisse dicitur, tamen egregium testimonium dare non gravatus est Vellejus Paterculus L. 2. c. 98. cum ait. *Lucium Pisonem hodie diligentissimum, atque eundem lenissimum securitatis urbanae custodem habemus.* Quibus verbis haec insuper adjecit. *De quo viro hoc omnibus sentiendum ac praedicandum est, esse moribus ejus vigore ac lenitate mixtissimos, et vix quemquam reperiri posse, qui aut ocium validius diligat, aut facilius sufficiat negotio, et magis, quae agenda sunt, curet sine ullâ ostentatione agendi.* Ad Velleji locum consulendae sunt clarissimi Ruhnkenii notae, a quo Critico eximio, ad suum Anthologiae, quod penes me est, exemplar annotatum est: *Vid. Scaliger. ad Eusebii Chronicon p.* 152. ubi Scaliger primum dictum epigramma L. 1. T. 26. e. 5. Antipatri Sidonii, non Thessalonicensis esse, affirmat. Scaligerum vero optime refutarunt Reiskius et Brunckius. Vid. Jacobsii Comment. vol. 2. p. 293. ad e. X. et p. 296. ad e. XIV. Quod de hoc L. Calpurnio Pisone a Vellejo datur testimonium apprime confirmatur Taciti verbis Ann. L. 6. c. 10. *Per idem tempus L. Piso Pontifex, rarum in tantâ claritudine, fato obiit; nullius servilis sententiae sponte auctor, et quoties necessitas ingrueret, sapienter moderans. Patrem ei Censorium fuisse memoravi: aetas ad octogesimum annum processit: decus triumphale in Thraciâ meruerat. Sed praecipua ex eo gloria, quod prae-*

praefectus urbi recens, continuam potestatem et insolentiâ parendi gravitatem, mire temperavit. Quibus si addas, quae de hoc L. Pisone memoriae prodiderunt Seneca ep. 83. et Plinius L. 14. c. 22. et in primis V. D. ad Dion. L. 58. c. 19. p. 891. ubi Tiberius hunc L. Pisonem, praefectum urbis, defunctum publico funere decorasse dicitur, tunc hujus singularis viri ingenium tam congruens omnibusque numeris conveniens descriptum habebis, ut nihil amplius desideres. Quare de alio Pisone hic non cogitandum. An vero idem ille sit, quem memorat Juvenalis Sat. 5. v. 109. vel cujus Panegyricum incertus Poëta, sive ille Virgilius, Ovidius, Lucanus aut Statius fuerit, scripsit et in Catalectis dedit Scaliger. p. 116. ego sane definire non possum; multo vero minus sentire cum iis, qui ad hunc Pisonem eiusque filios Horatii Epistolam de Arte Poëticâ scriptam existiment. Frustra, ni fallor, doctissimi viri se fatigant in quaerendis et inveniendis istis Pisonibus, ad quos Horatius celeberrimam illam missse fertur Epistolam. Quod ad me; nunquam Horatium hunc sermonem, ex omni fere parte Satyricum, ut recte animadverterunt Scaliger in Epist. Poëticae praefixa, et Vossius de A. P. cap. XIV. illis Pisonibus dedicasse arbitror. Quae mea sententia, quoniam ab eruditissimorum virorum, qui in Horatii explicandis sermonibus multum temporis posuerunt, opinione differt, uberius hoc loco erit explicanda et confirmanda.

Non disputabimus cum illis, quibus persuaderi non potest, Horatium tam confuse et permiste praecepta de A. P. dare voluisse, qui hic artificio quodam et expolitione distinctum ordinem requirunt, adeoque versibus a se invicem disjungendis, transponendis, atque aliter aliterque locandis huic rei remedium parant, ut olim fecit eruditissimus D. Heinsius, quod licet non probatum fuerit a Reverend M. R. Hurd. in suo Comment. vol. 1. p. 271. tamen nuper iterum tentavit illustrissimus Praeses Bouhierius. Magas. Encylop. Octob. 1805. p. 357. Nos potius ad clarissimos et doctissimos Horatii interpretes, ut Vincentium Madium, Petrum Nannium, Dionysium Lambinum, et ne alios memorem, Dacierium et Bentleium nos convertimus, qui negari non posse, quin haec Horatii Epistola ad Pisones scripta sit, unanimo consensu perhibent. Quorum sententiam, eâ, quâ par est humanitate ac modestiâ refellere conabimur. Male admodum positam inscriptionem *de Arte Poëticâ* esse arbitramur, quod etiam non modo adseruit Fr. Robertellus, vir eruditissimus, quo nemo melius, quid sibi haec Epistola velit, nobis intellexisse videtur, verum etiam plane in dubium vocavit

 doc-

doctissimus Barthius, ingeniose admodum illos redarguens, qui suis ita dictis transpositionibus hic artem, Magistrorum et Criticorum commentario comparandam, instituere velint. Adversar. Lib. 42. cap. 22. Quare etiam illud adsirmare non dubitamus, Horatium nunquam in animo habuisse, certas poëtis praescribere regulas, aut veluti disputatoris subtilis partes agentem ita sua disponere argumenta, ut suus cuique daretur locus, et tota oratio legitimo ordine procederet. Ille homo acutissimus suos aequales, qui esse poëtas se vellent, nec erant, perstringit atque illudit. Quod ut eo melius peragat, veteres Eclecticos imitatus, per omnia hinc inde volans, undique argumenta arripit, atque eo tempore ac loco ponit, quo maxime valere posse existimet, parum sollicitus de ordine, quo proposita tradat, satis habens, si istos aetatis suae versificatores vel sub severitatis quadam ac doctrinae specie ludibrio habeat. hinc factum, ut modo serio, modo jocose varia de Poësi praecepta suis cum amicis communicet, qua re non bene intellecta nunquam recte intelligetur haec Epistola, in qua Horatius, licet magna et praeclara ad poëtam formandum det praecepta, tamen his, ut eo magis moveat, per ridiculum nonnulla alia inserit. Quod uno tantum exemplo probare conabimur, quod si minus satisfaciat omnibus, ne noceat iis, quae postea proferentur, rogamus. Legitur v. 268. et 269.

Vos exemplaria Graeca
Nocturna versate manu, versate diurna.

Haec serio dicta sunto, ut et illa quae vs. 323. et 324. inculcantur lectoribus.

Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo
Musa loqui.

Quae vero statim sequuntur, v. 270. 274. mea quidem opinione, nisi nisi lusus jocosque continent.

At vestri proavi; non *nostri*, neque ob eam quidem caussam, quam attulit Bentlejus, quasi Horatius Pisonum nobilitatem suspexisset et istum Pompilium sanguinem melioris notae et majoris pretii quam suum esse existimasset, quod longe ab eo, nisi cum ludere velit. scribit enim Epist. L. 1. Ep. 1. v. 106. 107.

Ad summam, sapiens uno minor est Jove, dives,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum;

sed caetera vidaemus.

At vestri proavi Plautinos, et numeros et
Laudavere sales; nimium patienter utrumque,

Ne

Ne dicam stulte, mirati; si modo ego et vos
Scimus inurbanum lepido seponere dicto,
Legitimumque sonum digitis callemus et aure.

ubi *vestri proavi* sunt proavi Pisonum, aut potius istorum malorum poëtarum, qui Horatii tempore sibi summam artem arrogabant, et lepidos se esse censebant, Plauti sales longe infra se positos existimantes, quibus, ut eo acrior esset ironia, se ipsum poëta immiscet dicendo,

Si modo ego et vos —

Haec mea conjectura si ferri potest, iniquum Horatii de Plauto judicium, quod omnes offendit interpretes et cujus explicatione, summo licet labore contendentes, se non expediunt, plane erit sublatum. De quo enim Varro apud Quinctil. Inst. Orat. Lib. x. cap. 1. pag. 913. ed. Burm. dixit: *Musas Plautino sermone locuturas fuisse, si latine loqui vellent:* quemque Cicero de Offic. L. 1. cap. 29. appellat *scriptorem elegantem*, URBANUM, *ingeniosum et facetum*, hunc Horatius *inurbanum*, *stultum* et *infacetum* nominasset? ut Horatii verbis utar,

Credat Judaeus Apella.
Non ego.

Praeterea laudatur Plautus ab Horatio, Epist. L. 2. Ep. 1. v. 58. quod exemplum imitationis sibi proposuisset Epicharmum.

Dicitur Afrani toga convenisse Menandro:
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi.

At qui vir Epicharmus? ille, quem maxime admiratus et multis partibus secutus est Plato, ut refert Diog. Laert. L. III. S. 17. quemque ut summum Philosophum et principem Comoediae celebravit. Hunc itaque Plautum, quem et aliis in locis imitandum esse praecepit, Horatius vituperasset? quod serio accepta verba confirmant, at jocose sumta, ut illud etiam, *legitimum sonum digitis callere et aure*, fieri debere indicat, plane illudunt. Si quis meliora hic dicenda habeat, eum libenter audiemus.

Nunc ad alia transimus, quae si huic loco non satis convenire non nullis videantur, hi illud habeant cognitum, nos in his nostris ad Epigrammata Graeca observationibus non velle repetere illa, quae viri doctissimi jam saepius ad haec illustranda litteris mandaverint, sed tantum necessaria et ad elegantiorum litterarum culturam inprimis facientia afferre. Nonnumquam uberioribus explicationibus locorum hujus aut illius, sive Graeci sive Latini scriptoris, inhaerebimus, ut nunc hujus Epistolae Horatianae ad Pisones, ad quos eam non scriptam esse arbitramur, quod

ut plane faciamus, primo erit quaerendum, quinam sint illi Pisones, quibuscum Horatius adeo familiariter vixit, ut ad eos tam longam et summi momenti scriberet Epistolam? Hujus rei necessitatem sentiens Dacierius ubique simplicem vocem *Pisones* vertit, *mes chers Pisons*, *mei cari Pisones*; Quod si facere voluisset, melius cum interprete Cruquiano, quem postea secutus est Marklandus in Explicat. Vet. aliquot Auctor post Eurip. Suppl. p. 254. licet illud ineptum putet Barthius l. c. male positam distinctionem hoc modo restituisset.

Spectatum admissi risum teneatis? Amici,
Credite, Pisones.

At de eâ amicitiâ, caritate ac benevolentiâ Horatii erga Pisones nihil constat ex ipsius litteris. Plurimis suis amicis, ut Maecenati, Augusto, Virgilio, Tibullo, Sallustio, Lollio, Septimio, Valgio, atque aliis, quorum pervulgata sunt nomina, sua carmina dicavit, at non ullum unâ ex genere Pisonum, quos ne quidem alibi meminit, adeo ut nulla familiaritas ei cum hac gente intercessisse videatur. Deinde quinam sunt illi Pisones, quorum judicio in arte Poëticâ recte constituendâ tantum Horatius tribuit, ut cum iis de hac re serio agere velit, et tanquam summos artifices extollere? Scribit enim v. 10. 11.

Quidlibet audendi semper fuit aequa potestas;
Scimus, et hanc veniam petimusque damusque vicissim.

Et v. 272.

Si modo ego et vos,

Pisones videlicet, si ad illos ut modo vidimus, hoc carmen unice erit referendum, —

Scimus inurbanum lepido seponere dicto,
Legitimumque sonum digitis callemus et aure.

Nunc velim, ut quis amplissimum illud Pisonum genus excutiat, et mihi unum saltem in eo, quamvis mediocrem, poëtam demonstret, vel etiam in eo carmine, quod incerti poëtae esse diximus, et de quo docte et accurate egit Wernsdorf in Poët. Lat. Min. Collect. tom. 4. vol. 1. pag. 36. et seq. Ne dicam, quod ille Piso, cujus laudes in eo Panegyrico commemorantur, serioris sit aetatis et Horatio plane fuit incognitus. Quid igitur hic agendum? Paucis absolvam. Pisonum nomine Horatius hic tantum uti voluit, per προσωποποιΐαν, ut Rhetores hanc figuram oratoriam appellare solent, cum aliunde res aut personas ad se convertunt, quibuscum loqui atque agere videntur, aut etiam per apostrophen, quâ districtam in aliquem conversionem intelligi putamus. Talem figuram rhetoricam, quâ nostrum sermonem in ipsius orationis te-

tenore, nunc ad hunc, nunc ad illum, nunc ad unum, nunc ad plures, et quidem omnes absentes, convertere solemus, oratoribus atque poëtis usitatissimam esse, sciunt harum rerum periti. Cicero hoc modo saepissime clarissimos et de republicâ optime meritos viros, in ipsius orationis fervore, ad eo melius suam causam obtinendam, etiamsi mortui essent, invocare, et quasi ab inferis excitare solebat. Neque poëtae hanc loquendi formam repudiarunt. Ut Virg. Georg. L. 2. v. 169. et 270.

Extulit haec Decios, Marios, magnosque Camillos,
Scipiadas duros bello, et te maxime Caesar.

Et Horatius Serm. L. 1. Ecl. 3. vs. 63. 64.

Simplicior quis et est; (qualem me saepe libenter
Obtulerim tibi Maecenas.)

Si quis propter hanc allocutionem istum Sermonem ad Maecenatem referendum putaret, male sane ageret.

Et in hac ipsâ epistolâ v. 326 — 328.

Dicas,
Filius Albini, si de quincunce remota est
Uncia, quid superet?

Cum non semel in tali apostrophe voce *credite* uterentur, ut hic *Credite Pisones.* Cicero in Orat. pro C. Rabirio perduellionis reo c. 6. *Nunquam, mihi credite, populus Romanus, hic, qui silet, consulem me fecisset, si vestro clamore perturbatum iri arbitraretur.*

Et Horatius L. 2. Od. 19. v. 2. *Credite posteri.*

Et Propertius L. 4. el. 4. v. 60.

Credite, vestra meus molliet arma torus.

Et Ovid. Metam. L. 15. v. 254.

Nec perit in tanto quidquam (mihi credite) mundo.

Horatius itaque, qui in suis Epistolis jam saepius de arte Poëticâ, non minus graviter, quam in his ad Pisones ita dictis litteris, disseruisset, nunc, non nihil amplius, idem illud argumentum, sed magis ironice, ut ex initio, et fine hujus Epistolae facile apparet, persequi voluisse videtur. Quod ut recte ageret, suum sermonem nonnunquam ad Pisones convertit, ut statim ab initio. *Credite Pisones*, et v. 234 et 235.

Non ego inornata et dominantia nomina solum
Verbaque, Pisones, Satyrorum scripter amabo.

Et 291. ad 294.

Vos,

Vos, o
Pompilius sanguis, carmen reprehendite, quod non
Multa dies et multa litura coërcuit, atque
Praesectum decies non castigavit ad unguem.

Quod ut intelligas ironice dictum, primo faciunt illa Persii, Satyrographi celeberrimi, hinc desumta verba. Sat. 1. v. 62.

Vos o patricius sanguis.

Deinde ea *per multos dies protracta litura*, cui Horatius, ut statim apparebit, minime tantum tribuit, quantum naturae. Ne dicam illud.

Praesectum decies non castigavit ad unguem.

Quibuscum verbis comparentur illa, quae leguntur Serm. Lib. 1. Ecl. 10. v. 70. 71. ubi ludibrio habet poëtam, qui meditando, secando, poliendo, ac castigando ea se consecuturum esse autumat, quae bono poëtae benigna natura suâ sponte suppeditat. cum, ut ait,

In versu faciendo
Saepe caput scaberet vivos et roderet ungues.

A tali poëtâ, qui magno molimine summoque labore versus aliquot extrudere conatur, si quis praeclarum opus exspectet, is poëseos facultatem ignorat. decies repetita correctio nunquam illas hic pariet fruges, quas primus ingenii procreare solet impetus. quod illi, qui poëtarum partes sustinere valent, optime intelligunt. Quare vero se hic poëta ad Pisones, et non ad Catones, Marcellos, Metellos, aut alios ex nobilitate viros converterit, conjectura non est difficilis. Gens Calpurnia, ex quâ Pisones orti, inter quos erant Pontifices, Augures, Censores et Consules, habebatur clarissima. Hos alloqui voluit, non ut ad eos, tanquam amicos integerrimos et judices aptissimos, oratio sua referretur, sed ut haberet, quos, ubi etiam satyrice poëtarum errores perstringere vellet, sine ullius hominis injuria citaret. Et eo quidem melius, quoniam nemo in nobili illâ familiâ inveniretur, qui tantae esset audaciae, ut quos nesciret versus fingere vellet: quod Horatii tempore quisque sibi arrogaret, praesertim ingenuus et equestris, quos hoc sermone ludit. Quod verum esse etiam hinc intelligitur, quod, quotiescunque cum suis amicis, Maecenate, Augusto, Lollio, Julio Floro aliisque per epistolam de aliqua re agere velit, semper hos honorifico epitheto, ex quo illorum ingenium, mores aut doctrina cognosci possunt, exornet, et nunquam tam nude et sine ullâ honoris praefatione, ut hic Pisones, a se dimittat. Praeterea, cum ceteros suos amicos alloquitur, ad nullum alium, nisi nonnumquam per dictam apostro-

strophen, se convertit, sed, ut coepit, hos perpetuo invocat, et a principio usque ad finem cum his constanter agit. Quod longe aliter factum in hac ita dictâ ad Pisones Epistolâ, in quâ Pisones fere negliguntur, et continuo aliae subinde personae, quibus suam de re Poëticâ sententiam aperit, introducuntur.

ut v. 47.

Dixeris egregie, notum si callida verbum
Reddiderit junctura novum.

et v. 102.

Si vis me flere, dolendum est
Primum ipsi tibi.

et v. 119.

Aut famam sequere, aut sibi convenientia finge.

et v. 125.

Si quid inexpertum scenae committis, et audes
Personam formare novam.

Et paulo post v. 128.

tuque
Rectius Iliacum carmen deducis in actus,
Quam si proferres ignota indictaque primus.
Publica materies privati juris erit, si
Non circa vilem patulumque moraberis orbem;
Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres; nec desilies imitator in artum,
Unde pedem proferre pudor vetet aut operis lex.
Nec sic incipies, ut scriptor Cyclius olim.

Et sic ubique, quod bene animadvertendum, quasi datâ operâ, ad unum modo hominem sermo dirigitur.

veluti v. 153.

Tu, quid ego et populus mecum desideret, audi.

Non vos, o Pisones, audite, sed tu, quicunque sis, lector audi.

Neque aliter v. 180.

Non tamen intus
Digna geri promes in scenam: multaque tolles
Ex oculis, quae mox narret facundia praesens.

Et v. 188.

Quodcumque ostendis mihi sic, incredulus odi.

Et v. 406. 407.

Ne forte putetis
Me, qui nihil Musa lyrae solers, et cantor Apollo.

Non *vobis*; ut ordo requireret, il sermo ad Pisones tantum fonat.

Et v. 436—444.

Si carmina condes,
Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes.
Quintilio si quid recitares, corrige sodes
Hoc, ajebat, et hoc melius te posse negares,
Bis terque expertum frustra? delere jubebat,
Et male tornatos incudi reddere versus.
Si defendere delictum, quam vertere, malles;
Nullum ultra verbum, aut operam insumebat inanem,
Quin sine rivali teque et tua solus amares.

Omnes hi versus, in quibus nulla Pisonum cura, ad lectorem aut ad aliam saltem personam, quae de his rebus judicare valet, referuntur.

Quare negari non potest, Horatium hic non modo cum Pisonibus, sed cum omnibus, qui suam sententiam de Re Poëtica scire desiderarent, agere voluisse, neque ullam caussam subesse, quare haec Epistola ad Pisones tantum scripta dicatur. Ne alia memorem, hoc etiam ipse finis Epistolae demonstrat, ubi plerumque renovatur invocatio illius, ad quem ea scripta sit, ut L. 1. ep. 5. ad Torquatum v. 30.

Tu, quotus esse velis, rescribe.

Et ibidem ep. 6. v. 67. 68.

Vive, vale. si quid novisti rectius istis;
Candidus imperti: si non, his utere mecum.

Aliisque locis quam plurimis. Hic longe aliter se res habet. Cum enim, si ad Pisones Horatius hanc Epistolam scripsisset, dicere debuisset, *qui scitis vel scire potestis?* Ait vero v. 462.

Qui scis, an prudens huc se projecerit, atque
Servari nolit?

Eodemque modo v. 19. 20.

fortasse cupressum
Scis simulare;

Non *scitis*.

At longe difficilior locus, v. 385—388. Quem explicare, emendare et contra aliorum opiniones defendere conabimur.

Tu,

Tu nihil invitâ dices faciesve Minervâ:
Id tibi judicium est, ea mens. Si quid tamen olim
Scripseris, in Maeci descendat judicis aures,
Et patris et nostras; nonumque prematur in annum,
Membranis intus positis.

Primo si haec praecepta ad Pisones deferre voluisset Poëta, sane in plurali numero erat alloeutio instituenda. Deinde medii versus, eo modo exarati, non satis a me intelliguntur. Quis Maecius ille fuerit, cui Horatius tantam auctoritatem in re Poëticâ tribuit, inter se non conveniunt interpretes. Sed sit quemcunque velis, quid faciam illis, *Et patris?* Estne ille pater Maecii? Ut parum de Maecio, sic sane nihil omnino de ipsius patre constat. At mihi objicies. Tunc hunc locum non intelligis? *Tu major frater Piso, si quidquam scripseris, priusquam illud in lucem emittas, de eo judicet Maecius, et pater tuus, L. Calpurnius Piso, atque etiam nos nostram feramus sententiam.* In initio enim Epistolae Horatius jam dixerat. v. 24. 25.

Maxima pars vatum, pater et juvenes patre digni,
Decipimur specie recti.

Quod si audiamus Cruquium, *apostropha est ad Pisones. Ordo est, o pater* (Piso) *et juvenes* (filii Pisones) *patre digni, nos maxima pars vatum decipimur specie recti, id est, dum conamur servare rectitudinem carminis plerumque labimur in vitium, decepti specie, id est, imagine rectitudinis, quam putamus convenire superiori materiae.* Et quid plura velis? lege v. 366 — 368.

O major juvenum, quamvis et voce paternâ
Fingeris ad rectum, et per te sapis; hoc tibi dictum
Tolle memor;

Quod ita explicat vetus Scholiastes Acron, quem omnes interpretes, praeter doctissimum Lambinum, qui totam hanc rem in medio reliquit, secuti sunt. *L. Piso. Quasi diceret, o major Piso, majorem enim fratrem alloquitur.* Nos priusquam difficiliorem illum locum explicare atque illustrare tentabimus, hos ambos locos excutiamus, et, vulgari opinione neglectâ, quid sibi velint, inquiramus.

Quod ad primum locum attinet, nego hos versus ad Pisones referendos, et per patrem L. Calpurnium Pisonem et per juvenes ipsius filios esse intelligendos. Rarum illud putet Nannius, juvenes pro ipsis filiis dici, et ipse Acron hoc aliter explicet, cum patrem et juvenes patre dignos magistrum et discipulos interpretatur; difficilem esse intellectu

locum, neque Cruquio hic fidem habendam, demonstrant variae doctissimorum virorum explicationes, inter quos sunt, ut Jason de Nores animadvertit, qui *illud, vatum, ad patrem relatum ab Horatio dicant: ut sit.*

Maxima pars, vatum pater et juvenes patre digni.

Quae interpretatio licet non plane vera sit, nonnihil enim repugnat iis, quae leguntur Serm. L. 2. el. 3. vs. 201.

Maxima pars hominum morbo jactatur eodem.

tamen longe melior est illorum interpretatione, qui hic de Pisonum familia somniant. Nos existimamus, verbis *patrem et juvenes patre dignos* hic non alios significari, quam veteres poëtas et eos, qui illorum praeclara vestigia sequuntur. Quo modo Horatius Serm. L. 2. el. 1. v. 12. Trebatium suum, quo probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem esse neminem dicit Cicero, allocutus est.

Cupidum, pater optime, vires
Deficiunt.

Neque aliter ab eodem Horatio L. 1. ep. 19. v. 7. *Ennius ipse pater* dicitur, quo loco recte animadvertit doctissimus Lambinus, *patrem communem omnium poëtarum veterum nomen esse.* Nota sunt illa Propertii L. 3. el. 2. v. 5. 6.

Parvaque tam magnis admoram fontibus ora,
Unde pater sitiens Ennius ante bibit.

ubi Vid. Passeratii notas, et Hieronymum Columnam ad Ennium p. 10.

Majorem mihi difficultatem affert alter locus. Qui enim sit ille *major juvenum, qui, quamvis ipse sapiat, voce paternâ fingitur ad rectum.* Non facile, ut Acron, ad majorem natu Pisonem, qui a patre L. Calpurnio Pisone fingitur ad rectum, transferam. Vetus commentator, a Cruquio editus, haec habet. *Hunc librum, qui inscribitur de arte Poëticâ* (Horatius) *ad L. Pisonem, qui postea urbis Custos fuit, misit. Nam et ipse Piso poëta fuit et studiorum liberalium antistes.* Quâ de re ne dubites, narrat Cruquius in Commentario p. 635. *hunc Pisonem Tragoedias scripsisse.* In quam opinionem seu potius errorem eum induxisse videtur Porphyrius, cum ait, *Ipse Piso poëta fuit et studiorum liberalium antistes*; quod alterum, eum fuisse liberalium studiorum antistitem, concedi potest; verum etiam poëtam fuisse et quidem Tragoedias scripsisse, non credimus, quoniam de iis Tragoediis nihil alibi certi invenitur. Recte scripsit Mitscherlich in argumento ad Epodon. 4. p. 505. *Quae quidem quo modo hic congruant, ii viderint, qui nimis cupide Scholasticorum*

aucto-

auctoritatem, in talibus non admodum gravem, amplectendam statuimus. At qui semel erravit, non facile in viam redit. Quis unquam praeter hunc Commentatorem veterem de Pisone poëtâ eodemque studiorum liberalium antistite quidquam inaudivit? Plurimi in historiâ Romanâ memorantur Pisones, qui suis meritis inclaruerunt, at nullum in hoc genere inveni, qui magnâ poëseos dote, deque eâ recte statuendi ratione se commendaret. Neque in ullo minus quidquam praeclarum fuisse, ad hanc artem ornandam, existimare possumus, quam in eo, de quo in Anthologiâ mentionem factam asseruimus. Quare qui ad eundem et ipsius filios hanc Horatii Epistolam scriptam fuisse affirmant Commentatores, male admodum rem agunt. Ad quod magis enucleandum ac probandum nihil aliud opus erit, quam de hoc insigni viro suprascitata Velleji, Taciti, Senecae et Plinii renovare testimonia, ex quibus luce meridianâ clarius patebit, illum Pisonem, quamvis officium suum, quo tutelâ urbis continebatur, diligentissime administraverit, tamen plus temporis conviviis et Baccho, quam litteris et Musis consecrasse. Hoc inter alia probat unum modo citatorum Epigrammatum L. 4. T. 12. Ep. 32.

Εἰς ἕτερον ἄγαλμα τοῦ Διονύσου.

Ἀυσονίῳ Πείσωνι συναστιεῖς Διόνυσος
Ἵδρυμαι, μεγάρων φρουρὸς ἐπ' εὐτυχίῃ.
Ἄξιον, ὦ Διόνυσ', ἐσέβης δόμον· ἔπρεπεν ἄμφω,
Καὶ μέγαρον Βάκχῳ. καὶ Βρόμιος μεγάρῳ.

De altera Bacchi effigie.

Pisonem Latium Bacchus comitatus ad arma
Atria nunc ejus prosperitate beo.
Evie conspiceris dignâ te sede. Decebat
Ista domus Bacchum, Bacchus et ipse domum.

Quamobrem si etiam ad nonnullos Pisones hanc Epistolam scriptam malles, nunquam tamen illum Pisonem, neque ipsius filios, quos omnes huic rei adornant Horatii interpretes, hic in scenam producere posses. Quod ut eo melius intelligatur, comparemus Dacierii, viri peritissimi, inter se verba. Cum prius ad v. 6. de hoc Pisone dixisset. *Ce Pison étoit un homme de plaisir. il passoit ordinairement la nuit à table, et se levoit à midi.* Quae dixisse, ut videtur, oblitus, in versione v. 366. his severis verbis usus est. *O vous, Pison, qui êtes l'aîné de votre famil-*

mille quique les préceptes et l'exemple de votre pere suffisent pour vous former, et que vous n'ayez pas même besoin de guide, ne laissez pas de bien retenir cette regle, et d'en faire votre profit. Illustre sane patris exemplum, quem in epulis, vino, et otio tempus trivisse, demonstratum est? Iste homo, quem ab omni litterarum commercio alienissimam vitam egisse, summo consensu testantur historici, iste scilicet filiorum animos ad rectum finget, et voce paternâ illis verum Poëticos studium inculcabit? Qui haec adserere adnititur, absurdissima quaeque defendat. Sed jam satis disputatum de his. Qui hoc Pisonum nomen hic tueri velint, alios sibi quaerant, qui et doctrinâ morum et artis Poëticae praeceptis sibi gloriam et aeternum nomen comparare potuerunt.

Quid tamen fiet de his verbis? *O major juvenum.* Non recte hoc, tum ad aetatem refertur, dici arbitror. Bene dicitur *major juvenis* ut apud Plautum Truc. 2. 2. v. 53. *herus major*, et summum latinitatis auctorem Terentium, *major frater*, *major filius*, nunquam *major fratrum*, *major filiorum*. Quare ego scribendum putarem *O major juvenis*, tu quicunque sis, qui jam ad eam aetatis maturitatem pervenisti, ut per te sapere et de his rebus judicare possis,

hoc tibi dictum
Tolle memor.

Si quis hanc Epistolam sine titulo legisset; nunquam ei propter illud *Credite Pisones*, tota gentis istius familia, ad quam missa foret, in mentem venisset. At nunc, cum a vetere Commentatore in hanc opinionem adductus sit, simul ac legit de patre et juvenibus patre dignis statim ei Pisones omnes ob oculos versantur; eosque a poëtâ indicari existimat. Quod longe aliter esse, jam me demonstrasse arbitror. At denique dices, quid igitur ista jam memorata sibi verba velint?

Tu nihil invitâ dices faciesve Minervâ.
Id tibi judicium est, ea mens: si quid tamen olim
Scripseris, in Maeci descendat judicis auris,
Et patris et nostras; nonumque prematur in annum
Membranis intus positis.

Si, quid de his versibus sentiam, pronunciandum est; mihi sane magis a derisore, quam a poëtarum praeceptore profecti esse videntur, et nihil aliud continere, nisi risum et jocum. Nam, si serio rem agere voluisset poëta, tali modo sua praecepta tradere debuisset. *Tu nihil dices, facias, id tibi sit judicium, ea mens. Si quid scribas*, non *dices facies*, et *si quid olim scripseris.* Quae omnia lepidissimam ironiam produnt.

dunt. Quod ut planum et perspicuum faciamus, verba suis numeris absolvamus, et quidem hoc modo; *Tu*, si ita velis, Piso junior, *prudens et sapiens, nihil dices, nihil facies, invitâ Minervâ, id est repugnante naturâ, neque satis favente ingenio. Scimus enim te omnia apte, decorè venustè, docte sapienterque dicturum. Novimus, quantum tuum valeat ingenium, quanta sit mentis tuae acies, quâ difficillima quaeque perspicis. si quid tamen olim, id est, ante multos annos composueris, cum tibi tam magnum judicium atque illud acre mentis acumen nondum adesset, illud tradas Maecio nobis aliisque dijudicandum, et quamvis jam diu, antequam ad maturitatem pervenerit, in membranis latuerit illud opus, nónum etiam differatur in annum, prius quam edendum putes.* Ridicula sane cautio, quam Horatius adeo neglexit, ut nihil magis neglexisse videatur; quamvis enim minime negare velimus, in longo opere, ut Virgilii Æneidos et Ovidii Metamorphoseon libris, optimo poetae posse obrepere somnium, quare ea saepius relegenda et expolienda sunt carmina, tamen illud nunquam ad ea, qualia fecit Horatius, referri potest. In longo opere ne quid ipsius ingenii moretur impetum, quaedam poëta imperfecta relinquit, alia levissimis versibus veluti fulcit. Quos Virgilius, ut Donatus ait in ejus vitâ, per jocum pro tigillis vel tibicinibus interponi a se dicebat, ad sustinendum opus, donec solidae columnae advenirent. Recte quidem; quod et agnovit Ovidius Trist. L. I. el. 7. v. 29. 30.

Ablatum mediis opus est incudibus illud:
Defuit et scriptis ultima lima meis.

Et v. 39. 40.

Quidquid in his igitur vitii rude carmen habebit,
Emendaturus, si licuisset, eram.

Quos vero cognitos habuit et nobis reliquit versus Horatius, sane non proveniunt ex quadam fabrorum officinâ, in quâ per multos annos sub incude sudarunt, sed hos ingenii ipsius fudit impetus, qui, cum natura valeret, doctrinam quidem et exercitationem assumsit, at iis tamen praeceptis se duci noluit, quibus sua carmina plus fervoris amitterent, quam decoris adquirerent. Non erat sane eorum hominum, qui suos versus lambendo et terque quaterque fingendo meliores se reddere posse, existiment. Videbat illorum ineptum laborem, assentiens Aristophani Thesmoph. v. 58-62.

Κάμπτει δὲ νέας ἀψίδας ἐκῶν
Τὰ δὲ τορνεύει, τὰ δὲ κολλομελεῖ,

Καὶ γνωμοτυπεῖ, κ' ἀυτονομάζει,
Καὶ κηρόχυτεῖ, καὶ γογγυλίζει,
Καὶ χοανεύει.

Ecce fabrorum, qui in carminibus effingendis et componendis laborant, ad vivum depicta officina. Ut bonos faciant versus quibusvis utuntur instrumentis, eos incerant, conglutinant, nec non incudi imponunt, rotundant et conflant. Unde illa elegans manavit ironia, quâ Horatius v. 441. monet,

Et male tornatos incudi reddere versus.

Nemo enim existimet, *male tornatos*, aut, si cum Bentlejo legas, *ter male natos* versus unquam in bene natorum formam redigi posse, quae a primo impulsu tantum erat exspectanda. Cum non succedit labor versus in ignem projicit elegans poëta, aliam viam quaerit, nec unquam, nisi cum ridere velit, ingeniosam mercem cum duris comparat metallis. Quis itaque foecundos ingenii sui foetus sudantibus fabris ad eos reformandos vel corrigendos mittere, aut ipse hoc ingratum opus suscipere vellet?

Ingenue admodum cecinit Ovidius ex Ponto Lib. 3. el. 9. v. 19-24.

Saepe piget, (quid enim dubitem tibi vera fateri?)
Corrigere et longi ferre laboris onus.
Scribentem juvat ipse favor minuitque laborem,
Cumque suo crescens pectore fervet opus.
Corrigere at res est tanto magis ardua, quanto
Magnus Aristarcho major Homerus erat.

Quid plura? num ille egregius poëmata condendi et doctor et artifex, qui carmina fecit, linienda cedro et servanda cupresso, quibus longioris temporis usu nihil addi, nihil demi, sine summâ elegantiae atque altioris spiritus jacturâ potest, priusquam illa ederet, per novem annos domi servasse, censendus est? Quod ad me, non modo illum non novem annos, sed ne quidem tot menses, dies aut etiam fortasse horas in iis elaborandis consumsisse, arbitror. Illud saltem constat, ipsius praestantissima atque omnibus numeris perfecta atque absoluta carmina, quale l. 4. c. 4. quod divinum et unum omnia Pindarica provocasse, existimat Jos. Scaliger ad Euseb. Chron. p. 173. nec non Saeculare illud, quae, ut diserte tradit Suetonius ei Augustus componenda injunxerat, brevissimo tempore facta fuisse. Quare si quis illud, *nonumque prematur in annum*, quod in omnium ore est, ab Horatio serio dictum velit, ne quidem ille suum magistrum intelligit. Hoc ver-

versu Horatius poëtam Cinnam ludit, qui totos novem, non menses, sed annos, in obscurissimo poëmate, Zmyrna dicto, pariundo desudaverat. de quo ita Catullus, Carm. 93.

Zmyrna mei Cinnae nonam post denique messem
Quam coepta est, nonamque edita post hiemem.

Vid. Servium et Philargyrium ad Virg. Ecl. 9. v. 35. et Georg. L. 1. v. 288. et Dionysii Salvagnii Boesii Prolegomena in Ovidii Ibin. p. 7. ut et P. Burmanni Secundi notas ad Anthol. Lat. tom. 1. p. 440. Hujus etiam meminit Martialis L. 10. ep. 21.

Scribere te, quae vix intelligat ipse Modestus,
Et vix Claranus; quid rogo, Sexte, juvat?
Non lectore tuis opus est sed Apolline libris:
Judice te major Cinna Marone fuit.
Sic tua laudentur: Sane mea carmina, Sexte,
Grammaticis placeant, et sine Grammaticis.

Conf. Quintil. L. 10. c. 4. ubi de Cinna agens, illos, qui, *quoties librum in manus resumpserint*, eum emendare velint, *similes esse existimat medicis etiam integra secantibus.* Quare etiam Vossius de imitatione. cap. 6. p. 183. ita scripsit. *Cinnae Smyrna, annis novenis elaborata, magis Grammaticis placuit, quam poëtis. Cura enim nimis anxia fecit obscurum.* quae etiam Horatii fuit sententia, cum scriberet, v. 31.

In vitium ducit culpae fuga, si caret arte.

Quam vero artem cum plane teneret, illud consecutus est, ut, cum in ejus carminibus sublimitatem et majestatem miremur, tum etiam in iis agnoscamus incuriosam quandam felicitatem et gratam negligentiam, quâ se saepe praecipitat, et torrentis instar verba devolvit, sed quae, purae velut rivus aquae, perspicua sunt clara et amoena, in quibus nihil durum, salebrosum, molestum aut nimis anxiâ arte quaesitum. Ne itaque summo poëtae ab ipsius bonitate naturae et eleganti litterarum studio plane aliena affingamus praecepta. Quod ille per risum et jocum, ut eo magis intelligeretur, attulit, ne in serium convertamus. Quidquid, praeter quasdam de Tragoediae et Comoediae usu observationes, hac Epistolâ Horatius assequi voluerit, paucis versibus explicuit non inferioris ordinis poëta P. Lotichius secundus. Lib. 3. Carm. 36. ad Hermannum Schoppernum.

Qualiter irriguis surgens amaranthus in hortis
Inter purpureas spirat odore rosas.

Tale tuum carmen: sic flore recentior omni
Ille nitor Musae dulce canentis erat.
Odi ego difficiles salebras, inamabile carmen:
Aonio tinctum nectare carmen amo.

At dices, haec ita se habeant, satis diu disputasti, concedo. Restat tamen, ut in hoc, de quo agitur, loco mihi explices, ad quem patrem illud de scriptis carminibus judicium deferendum sit? Si illud *patris* manere debeat, ad neminem alium, si linguae latinae indolem rectamque verborum constructionem sequi velimus, quam ad Maecii patrem; Nam, si patrem Pisonum intelligi voluisset, sane versus suos Horatius ita composuisset, ut legi posset, et *tui patris*. Quod videns Dacierius locum vertit, quasi ita legeretur. *Soumettez-le à la critique de vôtre pere.* Sed hercle arbitror, unum aut alterum interpretem, cujus totum animum Calpurnia gens occupaverat, illud *patris*, quod, ut hic nude positum est, plane sensu caret, Horatio obtrusisse; quamobrem poëtam hac voce liberare conabor, legendo.

in Maeci descendat judicis aures,
Et patere in nostras.

Id est, si quid scripseris, Maecius illud audiat et dijudicet, et permitte, ut nos etiam illud audiamus et de eo nostram feramus sententiam. Eodem modo nescio quis eleganter admodum cavit, ne cultissimi poëtae Tibulli locus L. 3. el. v. 3. male descriptus ulterius depravetur. Cum enim plerumque legeretur:

Auferet et ipse meum pariter medicando dolorem.

Substituerunt,

pater et medicare dolorem.

Sed quidquid egerint viri docti in hoc loco emendando, frustra fuerunt, et ne sensum quidem idoneum ex his verbis elicere potuerunt. Depravata lectio etiam ultimam Cl. Heinii infecit editionem, quam si emendatam velis, lege:

Auferet et ipse meum, paterâ medicante, dolorem,
Saepe tuo cecidit munere victus Amor.

Jam erit e tenebris orta lux et suavissimo poëtae suus restitutus ingenuitatis et perspicuitatis nitor. Quod porro ad Horatii pertinet Epistolam, sciendum est, de ipsius titulo ex veterum Membranis, quae sibi hic minime constant, nihil quidquam, quod ad verum ducit, posse elici.

v. 8. *Ille ipse Dion in Nerva narrat, quod an idem sit, an simile ei,*

quod

quod in epigrammate est, de milite in pugnam reverso, cum se ad mortem vulneratum sentiret, ut alii videant, indico. Dio, cum in L. LXVIII. c. 14. p. 1130, narrasset, Trajanum in bello contra Dacos multa strenui imperatoris ac viri fortis edidisse facinora, multaque pericula milites ejus adiisse fortiterque pugnasse, hoc illustri exemplo illud confirmat, quod unus ex iis eques, graviter saucius, exportatus e proelio, ut qui sanari adhuc posset, ubi desperatam esse salutem cognovit, ex tabernaculo iterum in aciem processerit, magnisque rebus gestis, mortuus conciderit. Hoc forte indicat Grotius, nam quod transferendum esset ad praeclarum militis Itali factum, qui vulneribus fere confectus, ut vidit aquilam suis hostili manu eripi, hanc contumeliam non tulit, sed exsiliens ex strage eum, qui vexillum tenebat, interfecit aquilamque servavit, de quo est Epigramma Crinagorae L. 1. T. 5. e. 25. mihi persuadere non possum, quoniam illud ad Danubii fines, hoc ad Rheni littora actum memoratur, neque aliud de tali re me invenisse carmen memini.

v. 11. *Aureoli ejus, cujus sepulcro inscriptum carmen ex Gruteri collectione desumsimus, historia et ejusdem carminis latina versio, nostra liberior ampliorque est apud Trebellium Pollionem.* In Mantissa tertia ex Gruteriana collectione p. CLXIII. hoc epigramma invenitur, et apud Trebellium Pollionem, inter Hist. Aug. Script. t. 2. p. 278. et seq. ubi vid. praeclaras Is. Casauboni annotationes, nec non ea, quae habet Salmasius, qui hunc locum etiam attigit in Exercit. Plinianis p. 31. E. conf. et Bonadae Antholog. vol. 1. p. 184. et seq. ut et Burm. ad Anth. Lat. T. 1. p. 244. et T. 2. in Mantissa p. 718. et Tristam. T. III. p. 182. qui non inelegans in hanc rem Gallicum Epigramma dedit.

v. 14. *Ablabium praefectum fuisse praetorio sub Constantio, Ammianum Marcellinum et Eusebium in Chronico testes habemus et Zosimum; et ejus puto fuisse Gothica, quorum Jornandes meminit.* De Ablabio praefecto praetorio mentionem fecerunt Ammian. Marcellinus L. 20. c. 11. Eusebius in Chron. p. 251. ubi Vid. Scaligeri animadversiones, et Zosimus L. 2. c. 40. ed. Cellar p. 201. Ablabii descriptoris Gothorum gentis egregii verissimam esse historiam testatur Jornandes c. 4. conf. c. 14. et 23. Sed an hic Ablabius historicus, tanto opere a Jornande laudatus, idem sit, qui praefectus praetorio, sub Constantio, ut ait Zosimus, secundum ipsius merita necatus est, mihi dubium videtur. Neque puto, eum Ablabium, cujus nomen modo semel in Antholo-

gità occurrit, L. 3. t. 15. ep. 1. ubi, ut medicus, cum Hippocrate et Galeno comparatur, quidquam commune habuisse cum eo historico, quamvis Jo. Brodaeus, quem ut Grotius, sic Tib. Hemsterhusius ad Lucianum t. 1. p. 518. vocat hominem sua aetate et perdoctum et plurimâ lectionis, illud affirmare non dubitet. Potius assentior doctissimo Fabricio, qui Biblioth. Gr. vol. 13. p. 21, hoc valde incertum esse judicavit. Quidquid hujus rei sit, Ablabium praefectum praetorio, de quo praeter Eunapium in vita Ædesii ed. Commel. p. 40, et alios plurimis egit Tillemontius t. 4. p. 91. distinguendus esse mihi videretur a scriptore historico. At vero Grotius in prolegomenis ad Hist. Gothorum p. 62. et 63. et praefectum praetorio, et historicum, et medicum, in Theosebiae Epigrammate celebratum, eamdem personam sustinuisse, existimavit.

v. 17. *Eundem Zosimum, simulque Zonaram vide de versibus Libanii inscriptis Juliani tumulo.* Versus Libanii exstant L. 3. t. 7. e. 19. Eos commemorat Zosimus L. 3. c. 34. p. 340. at longe aliter et plenius hoc epigramma profert Zonaras L. XIII. c. 13. in Hist. Byz. Scr. t. XI. p. 22. conf. Cedrenum t. VII. p. 242. et Anf. Banduri Antiq. Constant. L. 6. t. 30. p. 579.

v. 18. *Cyrum illum, qui praetorianâ functus est praefecturâ, Theodosii minoris et Valentiniani vixisse temporibus — Urbitque Constantinopoleos prolatasse ambitum, facto a mari ad mare pertinente muro, testis est Zonaras; consulem factum in Chronico Marcellinus notat.* Celebre admodum est Cyri nomen in veterum monumentis. Cyri poëtae, cui Calliope Orphei et Homeri vim poëticam tribuisse fertur L. 4. t. 12. e. 67, nonnulla in Anthologiâ inveniuntur Epigrammata; ut L. 1. t. 80. e. 3. L. 3. t. 12. e. 28. L. 4. t. 19. e. 18. t. 23. e. 16. et t. 27. e. 15. ubi dicitur *Consularis*; videtur fuisse praefectus urbis Constantinopoleos, qui magno studio et celeritate terrestrem murum, a mari ad mare pertinentem, intra dies sexaginta absolvit, ut Zonaras narrat; c. XXII. in Hist. Byz. scr. vol. XI. p. 34. Dicitur in Anthologiâ vir consularis et poëta, solus enim Romae consulatum gessit a. u. 441. ut est apud Marcellinum Comitem in Chron. in Sirmondi Oper. T. 2. p. 361, quae Grotius annotare non neglexit. De hoc Cyro Praefecto Praetorio, viro consulari et poëtâ, vera esse videntur, quae Evagrius Hist. Eccles. L. 1. c. 19. p. 274, memoriae prodidit. Vid. ibi Valesii notas, et Suidam in hac voce t. 2. p. 402. qui fere eadem, quae Evagrius, de illo Cyro narrat: quem ad locum etiam consulendae sunt Kusteri notae. Vi-

xit

xit eodem tempore, quo Claudianus, et quam maxime propter poëseos facultatem gratus fuit Eudociae Augustae, Theodosii junioris conjugi, quâ Hierosolymam profectâ, dignitatem suam amisit, et in exilium abire coactus est, quod ipse indicare videtur L. 1. T. 80. c. 3. De illo egregium testimonium dedit Theophylactus Hist. L. 8. c. Hist. Byz. Scr. vol. III. p. 281. ubi, cum eum Ecclesiam Deiparae virginis Constantinopoli aedificandam curasse, scripsisset, illud adjungit: Οὗτος δὲ ἐς ὑπάτων ἀξιάν τὸ τηνικᾶυτα ἀναβεβήκει καιροῦ· τοῦτον ἄνδρα ἀγαθὸν ἐς τὰ μάλιστα γεγονέναι φασὶ, καὶ περὶ τοὺς ἔρωτας τῶν λόγων σώφρονι μανίᾳ τινὶ ἐκφύκει. quae verba hoc modo transtulit Jac. Pontanus. *Hic tum in consulatus gradum adscenderat; ferunique fuisse virum insigni probitate, liberaliumque disciplinarum cum modestâ quadam insaniâ cupidissimum.* ubi illud σώφρονι μανίᾳ τινὶ melius, ni fallor, redderetur *cum moderato quodam furore.* Haec de Cyro poëtâ intelligenda, arbitror, cujus historiam diligentissime persecutus est Tillemontius t. VI. art. 25. p. 37.

v. 27. De illo μὴ θάψῃς τὸν ἄθαπτον. Initium est Epigrammatis L. 1. t. 9. c. 1. Cujus titulus apud Grotium est. *In eum, qui novercam stupro polluerat.* legit enim μητρυιὰν, quod omnes editiones occupavit; at melius Huetius, et eum fere secutus Brunckius:

Εἴς τινα φθείραντα τὴν ἑαυτοῦ μητέρα.

quod postulat in Epigrammate obvia vox μητροφθόρος. Spectatur Persarum mos, quem commemorat Philo de Special. Leg. vol. 2. p. 301. 302. conf. Brisson. de Regno Pers. L. 2. c. 55. p. 493. Menag. ad Diogen. Laërt. Proöem. p. 6. et Interpret ad Catull. Carm. LXXXVIII. 1. in primis vero Jo. Ant. Vulpii commentarium. Verbum φθείρω, quo poëta utitur, mihi apprime convenire videtur cum Terentiano illo *vitiare.*

v. 27. *De Beryto terrae motu collapsâ.* Sex inveniuntur Epigrammata, in quibus deploratur Beryti casus. L. 1. T. 70. c. 20. 21. 22. et 23. T. 90. c. 4. et 5. De nobilis hujus urbis, quae, ut Roma et Constantinopolis, olim sola in orbe Romano Jurisprudentiae schola florebat, eversione ac renovatione, nemo, ut arbitror, accuratius egit, quam vir acutissimus atque eruditissimus P. Baylius in Diction. Crit. Tom. 1. p. 536. Illud tantum observamus, quod in c. 22. Beroë et Berytus eadem urbs fuisse videatur, cum tamen satis cognitum sit, quod Beroea fuerit Macedoniae et Berytus urbs Phoeniciae. Hoc male habuit summum virum Scaligerum ad Eusebii Chronicon p. 130. qui vel duas Beroeas

olim fuisse existimat, quarum altera etiam Berytus dicebatur. At et aliae hujus cognominis fuerunt urbes, et ipsa Berytus fuit dicta Beroea, ut ex Nonno Panopolita demonstravit AEgidius Menagius in Juris Civil. Amoenit. cap. 24. p. 132. ed. Hoffmanni. quod et adnotatum et adsertum fuit a Cl. Jacobsio ad h. l. Observandum interea, quod ambae urbes Beroea et Berytus apud veteres Scriptores propter amoenitatem et hominum frequentiam iisdem fere laudibus ornentur. ut apud Lucian. Afin. t. 2. p. 603. ἐρχόμεθα ἐς πόλιν τῆς Μακεδονίας, Βέροιαν, μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον. quibus verbis etiam utitur Jo. Phocas, in collect. Leon. Allatii p. 7. ubi elegantem Beryti descriptionem dedit. ἡ Βηρυτὸς πόλις μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος. Conf. Berkelii notas ad Stephan. Byzant. p. 221. et de Beroea Abram. not. ad Cicer. Orat. in L. Pison. c. 36. p. 754. edit. Graevii.

Pag. xv. v. 1. *de Daphniacis suis, Agathiam interroga.* Horum Daphniacorum, seu Eroticorum librorum meminit Agathias, L. 6. T. 9. e. 1. et de his ita scribit in proöemio ante Hist. Ἐτύγχανον γὰρ μᾶλλον δή τι ἐκ παίδων τῷ ἡρῴῳ ῥυθμῷ ἀνειμένος, καὶ μοι ἤρεσκε τὰ ἡδύσματα τῶν τῆς ποιητικῆς κομψευμάτων. Καὶ τοίνυν πεποίηταί μοι ἐν ἑξαμέτροις βραχέα ἄττα ποιήματα, ἃ δὴ Δαφνιακὰ ἐπωνόμασται, μύθοις τισὶ πεπεισμένα ἐρωτικοῖς, καὶ τῶν τοιούτων ἀνάπλεα γοητευμάτων. conf. Suidam in v. Ἀγαθίας. Tom. 1. p. 16. et ibi Kusteri notas.

v. 2. *Zonaram de Ponte in Sangari*, Legitur eâ de re Agathiae carmen L. 4. T. 29. e. 4. quod, ut scribit Constant. Porphyrog. de Them. L. 1. th. 5. p. 26. ed. Meursii, insculptum fuit saxo Pontis, quo Justinianus Sangarim fluvium junxerat; et de eo egit Zonaras L. xiv. 7. in Hist. Byzant. Script. vol. xi. p. 50. conf. Procop. de aedificiis L. 5. c. 4. in H. Byz. Scr. vol. 2. p. 460. et 461. et Du Cange Glossar. ποντογέφυρα. tom. 1. p. 1203. quod et a Cl. Jacobsio notatum.

v. 2. *Deque portu, quem Sophiam ex uxoris suae nomine dixit Justinus minor, de quibus epigrammata ejus, quem dixi, Agathiae habemus.* Quod Grotius hic intelligi vult epigramma, invenitur in L. 4. T. 23. e. 9. quamvis illud ibi, ut in Planudeis, sic in magni viri versione Latinâ Mariani Oratoris nomen praefixum habeat, tamen Agathiae esse patet ex Zonara in Hist. Byz. Script. vol. xi. p. 55: quare Brunckius id inter illius poëtae epigrammata recte posuit vol. 3. p. 50. Ad hunc Sophiae portum etiam referenda sunt epigrmmata L. 4. T. 4. e. 4. et e. 21. in quibus illud observandum, quod et Grotius et Brunckius lectionem lemmatis Vat. Cod. secuti pravam e. 21. in-

inscriptionem dederunt, εἰς εἰκόνα τῆς Σοφίας Αὐγούστης ἐν τῷ εἰσόδῳ τοῦ Ζευξίππου. cum tantum scribendum esset, ut est in omnibus editionibus, εἰς οἶκον Σοφίας. Palatium Sophiae, extra urbem conditum, nihil commune habebat cum balneo Zeuxippo, celeberrimo templo Sophiae vicino, ut recte observavit P. Gyllius in Constant. Topogr. Thes. Antiq. Gr. vol. 6. p. 3262. conf. p. 3271. et 3272. in Hist. Byz. Script. vol. 30. p. 296. 300 et 301. Praeclare de hoc Cedrenus in Hist. Byz. script. vol. VII. p. 308. Ἰωστῖνος κτίζει οὖν καὶ τὰ παλάτια, τὰ ἐν τῷ Ἰουλιανοῦ λιμένι. ἀπρακαθαίρει δὲ καὶ αὐτὸν τὸν λιμένα· καὶ στύλας δύο ἐν μέσῳ αὐτοῦ ἵστησι, τήν τε ἑαυτοῦ, καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Σοφίας, μετονομάσας καὶ τὸν λιμένα Σοφίας. Occasionem, quâ Justinus hunc portum in gratiam carissimae uxoris exstruxit, ingenue admodum narrat Anonymus, in Hist. Byz. script. vol. 29. part. 3. p. 49. Conf. Ans. Banduri Comm. ibid. vol. 30. p. 505. Huic negotio praefuisse Theodorum, et opere perfecto statuam Imperatoris Justini, ut et ipsius uxoris Sophiae, ibi collocasse, vere ad e. 4. T. 4. L. 4. adseruisse videtur Jacobsius: male doctissimus Brodaeus, in notis ad e. 21. Sophiam Augustam Justiniani uxorem appellat, cum Justini fuerit.

v. 5. *Polycleti et Polygnoti saepe inter se librariis mixta sunt nomina. Facile cuique restitues, si ex Plinio et Dionysio Halicarnassensi in Demosthenis laudatione notaveris Polycletum statuis, Polygnotum argento coelato et picturâ floruisse.* Quae Plinius de horum artificum ingenio et singulari facultate inprimis L. 34. annotavit, satis nota sunt. Plura colliges ex Franc. Junii Catalogo in his nominibus de Pict. Vet. p. 167. et p. 112. et seq. Egregia Dion. Halicarnassensis de hac re a Grotio indicata observatio legitur in edit. Hudsoni vol. 2. p. 314 et 315. conf. p. 183. ubi Apelles, Polycletus et Phidias ex eâ, quam quisque sibi sumsit perficiendam, arte merito laudantur. De Polycleto est L. 4. T. 9. e. 23. T. 12. e. 65. et L. 7. e. 146. de Polygnoto L. 3. T. 14. e. 21. L. 4. T. 8. e. 21.

v. 9. *Calamitas illa, quam lugens Alpheus titulo de fluminibus inducitur, ad quae tempora referri debeat, dubitavi. Facit Nicetas Choniates, ut putem morientis Graeciae esse foetum, cum Balduini circa tempora nostrates homines Elidem bello vastarunt.* Carmen de Alpheo invenitur L. 1. T. 73. e. 3. Huetio pars majoris operis esse videtur, unde fragmenti hujus pendet intellectus. Quâ in sententiâ etiam Brunckius versatur, qui haec e longiori poëmate decerpta esse existimat, facto in Pisatarum contra Eleos pugnam, in ipsâ ludorum celebritate commissam.

Rec-

Recte vero Grotius morientis Graeciae putat esse foetum. Quâ in opinione optime confirmatur Nicetae Choniotae verbis in Balduino in Hist. Byz. Script. tom. xv. p. 322. et 323. Graecus auctor ibi deplorat Latinorum successus, et immensas populorum caedes, quae quotidie ad ipsius aures ferebantur, cum in expeditione quintâ Sacrâ Palaestinam versus Cruciatae tenderent. Horum praecipuus dux fuit Balduinus, Comes Flandriae, sub quo quae facta sunt enarrat. Captâ enim Constantinopoli hic Graecorum regnum fregit, Latinorum condidit. quod aegre patiens Nicetas se in medio scribendi cursu ad poëtica de Alpheo commenta convertit, et fluvium maritum ne ad uxorem Arethusam, cujus aquas Itali bibebant, tantam Graecorum cladem perferret, sollicitis precibus rogat. Pars enim expeditionis videtur per Peloponnesum venisse; antequam Constantinopolin proficiscerentur, atque Elidem vastasse. Quicunque Nicetae verba cum hoc carmine comparaverit, facile summi Grotii probabit sententiam. Ceterum de Alphei et Arethusae incredibili per subterraneos meatus ab Elide in Siciliam aquarum conjunctione, in quâ describendâ se delectarunt poëtae. Vid. Serv. ad Virg. Eclog. 10. v. 4. et Aeneid. L. 3. v. 694. Burmann. ad Ovid. Metam. L. 5. v. 576. Hemsterh. ad Lucian. tom. 1. p. 294 et 295. atque inprimis P. Cluverium in Siciliâ antiquâ p. 156 et seq. quibus adde Stobaei Florilegium Serm. 62. p 400. edit. Aurel. Allobrog. et Grotii versionem in suis Stobaeis sub T. LXIV. p. 264. non neglige.

v. 14. *Myronem Eleutheris natum, ut ait Plinius, bucula maxime nobilitavit, celebratis versibus laudata; quam suo tempore Romae fuisse in foro Pacis, docet nos Gothicorum quarto Procopius. In eam triginta et septem habemus hic Epigrammata, quorum nobiliora vertit et Ausonius.*

Plinii locus est L. 34. c. 8. tom. 5. p. 112. quâ de re ita scribit Procopius de Bello Goth. L. 4. c. 21. in Hist. Byz Script. vol. 2. p. 220. in foro Pacis est Myronis bucula. *Nimirum prisci Romani id diligenter curarunt, ut excellentissima quaeque ornamenta Graeciae Româ possideret.* Quo studio in investigandis ejusmodi ornamentis, ut olim florebant Romani, sic nostris temporibus excellunt Galli, antiquorum artis monumentorum admodum avidi. L. 4. T. 7. leguntur triginta et sex in buculam Myronis Epigrammata, ut et unum in ipsius equum. et T. 2. c. 4. in Ladam velocissimum Alexandri magni cursorem, et T. 12. c. 118. in Bacchum, quae opera Myron summâ arte perfecit. Vid. Fr. Junium de Pict. Vet. part. 2. p. 127. — 130. ab hoc Myrone statuario bene distinguenda Myro, Poëtria Byzantiae, de quâ fit mentio L. 1. T. 67. c. 8.

et

et L. 5. T. 1. c. 72. ut et Myro puella, quae suarum bestiolarum mortem luget. L. 3. T. 24. c. 8. quam pro Myrone statuario habuit Plinius loco citato. tom. 5. p. 114.

v. 18. *Stratonico Plinius adscribit, quod Diodoro poëta, Satyrum in phialâ dormientem.* Plinius L. 33. c. 55. ita scribit. *Satyrum in phialâ gravatum somno collocavisse veritas, quam caelasse, dictus est Stratonicus.* Illud artificium Diodoro dedit Plato L. 4. t. 12. c. 103. de quo Vid. Harduin. ad Plin. L. 34. p. 167. in notis xxv. Sileni et Satyri, indefessi Bacchi comites erant, secundum Virgilium,

Inflati hesterno venas, ut semper, Jaccho.

Quos e somno excitare erat periculosum. Philostratus Icon. L. 1. Midas p. 796. Καθεύδει ὁ Σάτυρος, καὶ ὑφειμένῃ τῇ φωνῇ λέγωμεν περὶ αὐτοῦ, μὴ ἐξεγείρωμεν, καὶ διαλύσῃ τὰ ὁρώμενα. Recte itaque Jacobsius ad hoc illustrandum elegans attulit epigramma ex Anthol. Lat. L. 1. p. 62.

Hujus Nympha loci, sacri custodia fontis,
Dormio, dum blandae sentio murmur aquae.
Parce meum, quisquis tangis cava marmora, somnum
Rumpere. Sive bibas, sive lavere, tace.

ubi apud Jacobs. *murmura* pro *marmora* male editum. Satyros non nisi vino potuisse compesci, patet ex eodem Philostrato in vitâ Apollonii. c. 27. p. 267. ed. Olear. Proprie admodum igitur unum ex his artifex, sive ille Diodorus, sive Stratonidus fuerit, de quibus Vid. Fr. Junium de Pict. Vet. 3. c. 4. p. 124. part. 1. et p. 77. part. 2. dormientem in phialâ locavit, quasi nihil de ipsius protervitate bibentibus metuendum esset.

v. 20. *Aquila, Sentiens quid in Ganymede rapiat, Leocrae erat opus.* Scribendum ex Leopardi emendatione; Vid. Harduin. in notis. xvi. *Leochāris erat opus.* Plinius L. 34. c. 19. p. 125. *Leochares (fecit) aquilam, sentientem quid rapiat in Ganymede, et cui ferat, parcentem unguibus etiam per vestem.* De Leochare Statuario nulla mentio in Anthologiâ. Tatianus in Orat. ad Graecos §. 56. edit. W. Worth. p. 121. his verbis illius artificis meminit. Τίνος δὲ χάριν διὰ Λεωχάρους Γανυμήδη τὸν ἀνδρόγυνον, ὥς τι σπουδαῖον ἔχοντες κτῆμα, τετιμήκατε? Qui plura de illo Statuario velit, adeat praeclarum Fr. Junii opus de Pict. Vet. part. 2. p. 105. et p. 106. v. Leocras.

Ibid. *Ad matris morientis e vulnere mammam arrepens infans Aristis Thebani.* Lege *Aristidis Thebani.* Plinius L. 35. c. 36. p. 214. et 215. *Aequalis ejus fuit Aristides Thebanus. Is omnium primus animum pinxit, et sensus hominis expressit, quae vocant Graeci ethe: item perturbationes: durior paullo in coloribus. Hujus pictura est, oppido capto ad matris mo-*

ri-

vitalis e vulnere mammam adrepens infans: intelligiturque sedulo metuere et timere, ne emortuo lacte sanguinem lambat. Miror Harduinum, ad Anthologiam Graecorum provocare solitum, hic nullam mentionem fecisse egregii epigrammatis, quod ab Æmiliano profectum Grotius indicavit, et exstat L. 3. T. 12. c. 38. Hujus tituli est apud Brunck. vol. 2. p. 275. Εἰς τάφον τῆς μητρὸς τεθνηκυίας μαστὸν θηλάζοντα. quem unde desumserit, ignoto. Grotius, ut vulgo legitur, epigramma secutus, illud etiam in suâ versione intellexit de infante, qui morientis matris mammis adhaeret, et sugens alimenta quaerit. in quâ opinione etiam fuit peritissimus Winkelmannus de l' art chez les Grecs L. 4. c. 6. tom. 2. p. 37. *Aristide peignit une mère morte avec son enfant attaché à la mamelle.* At vero, si praeclara illa Aristidis pictura nihil aliud habuerit propositum, quam infantem mortuae matris mammam trahentem, non video, quomodo artifex hic animam et sensus hominis tam mirifice exprimere potuisset. Quod eum tamen fecisse ex Plinii verbis apparet. Sed haec verba nobis longe aliam tabulam repraesentant, non quidem hanc, in quâ morientis matris mammae infans adhaerat, (*enfant attaché à la mamelle*,) verum illam, in quâ sanus infans, quod mater vulnerata et jam jam moritura sit, plane ignarus, pro more serpit, seu, ut est apud Plinium, adrepit ad amabilem mammam, quâ etiam, ut ait Lucretius L. 5. vs. 885.

Ubera mammarum in somnis lactantia quaerit.

Hunc saucia mater ad mammas, omni lacte carentes, cum summâ miseriâ, adrepentem cernit timetque ne sanguinem pro lacte hausturus sit. Quare ego hic legendum putarem, pro Ἕλκει κάλαμον — Ἕλκει τάλαν et verterem.

Serpe miser, mammas puer ad genitricis inanes,
Ultima ab exanimo corpore pocla trahe.

Praeterea non Graece dictum videtur: Ἕλκει κατὰ μάζαν. In meorum observationum cursu licet animadvertere, quod Rex Attalus hujus Aristidis Thebani pictoris unam tabulam centum talentis licitus sit, ut est apud Plin. L. 7. c. 39. p. 60. quod sane regis Attali studium Romanos, nondum tam artium cultores, quam quidem bellorum gerendorum artifices, excitasse videtur, ut etiam sibi haec humanae industriae ornamenta diligenter conquirerent. Sic enim scribit idem Plinius L. 35. c. 8. *Tabulis autem externis auctoritatem Romae publice fecit primus omnium Lucius Mummius, cui cognomen Achaici victoria dedit. Namque cum in praedâ vendendâ rex Attalus VI sestertium emisset tabulam Aristidae, Liberum patrem, pretium miratus, suspicàtusque aliquid in eâ virtutis, quod ipse nesciret, revocavit tabulam, Attalo multum querente, et in Ce-*

rerit:

earis diluvio pasuit: quam primam arbitror picturam externam Romae publicatam. Deinde vidae et in foro positae vulgo. At hic *Mummius* ut ait Vellej. Hist. Rom. L. 1. c. 13. *tam rudis fuit, ut, captâ Corintho cum maximorum artificum perfectas manibus tabulas ac statuas in Italiam portandas locaret, juberet praedici conducentibus, si eas perdidissent, novas esse reddituros.* Vere itaque dixit, ut bene ad h. l. animadvertit cl. Ruhnkenius, Strabo L. 8. p. 584. Μεγαλόφρων γὰρ ἂν μᾶλλον ἢ φιλότεχνος ὁ Μόμμιος. Num haec μεγαλοφροσύνη aut φιλοτεχνία magis Reipublicae Romanae profuerit, rerum civilium peritis discutiendum relinquo. Vellejus non dubitat, *quin magis pro republica fuerit, manere adhuc rudem Corinthiorum intellectum, quam in tantum ea intelligi, et quin hac prudentiâ illa imprudentia decori publico fuerit convenientior.* At vero non ratione, sed suspicione quadam Mummii praeclarae Aristidis pictoris tabulae non in Asiam portatae, sed Romae retentae sunt. Vixere tamen iisdem temporibus non minus belli gerendi quam ingenuarum artium periti viri, veluti Scipio, qui, ut nihil in vitâ nisi laudandum aut fecit, aut dixit, ac sensit, sic in excolendis ingenuis artibus studiisque promovendis fuit eminentissimus seculi sui, quocum conjungendus felix Q. Metellus Macedonicus, qui turmam statuarum equestrium, quas perita Lysippi manus elaboraverat, ex Macedoniâ Romam detulit, iisque porticus ornavit; quare, mirum non est, Plinium haec artis monumenta vulgo vidisse posita.

v. 22. *Qui Ajacem et Medeam arte pinxit eximia, Timomachus Caesaris dictatoris aetate vixit: opera ipsa ante eadem Veneris Genitricis dedicavit Caesar Augustus.* verba Plinii sunt L. 35. c. 40. p. 230. *Timomachus Byzantius Caesaris Dictatoris aetate Ajacem et Medeam pinxit.* De Ajace legitur epigramma L. 4. T. 6. e. 5. De Medeâ Timomachi sunt in eodem L. T. 9. e. 7. 8. 10. 11. conf. Plin. L. 7. c. 39. *Octoginta (talentis) emit duas (tabulas) Caesar Dictator, Medeam et Ajacem Timomachi, in templo Veneris Genitricis dicatumus.* et L. 35. c. 9. *Sed praecipuam auctoritatem fecit publice tabulis Caesar Dictator, Ajace et Medea ante Veneris Genitricis aedem dicatis.* Vid. et Philostratum in vitâ Apollon. L. 2. c. 22. p. 76. et N. Heins. ad Ovid. Trist. L. 2. vs. 525. quem non praeterit Philostrati locus. conf. laudatum F. Junii de Pict. vet. opus. part. 2. p. 215. Ausonii Eol. 129. et 130. de quibus recte judicat J. N. Localis Epistill. L. 5. in Lamp. Graev. Tom. 5. Supplem. p. 423. &c. *Illud interea perquam rerum ac memoriâ dignum, quod observat Plinius L. 35. c. 40. p. 237. etiam suprema opera ar-*

 ti-

ficum imperfectisque tabulis, sicut Iris Aetolidis, Tyndaridas Nicomachi, Medeam Timomachi, et quam diximus Venerem Apellis, in majori admiratione esse, quam perfecta. Quippe in iis lineamenta reliquae, ipsaeque cogitationes artificum spectantur, atque in lenocinio commendationis dolor est: manus, cum id agerent, extinctae desiderantur. Vera sit Plinii observatio, illud tamen etiam negari non potest, summos artifices in unâ parte operis polite et splendide perficiendâ saepius tanto gaudere successu, ut nihil amplius ad maximam artis perfectionem addi posse videntur. Quod cum intelligerent viri industrii saepius cetera inchoata reliquerunt, de ulteriore successu non sibi satis fidentes. Illud addam, quod acerrimus artis judex non nunquam aliquâ imperfecti operis perfectâ parte magis delectetur ac moveatur, quam si totum et absolutum opus perspexisset; Forte non dissimilis illi amatori Ovidiano. Amor. L. 3. el. 2. v. 35. 40.

Suspicor ex istis et cetera posse placere,
Quae bene sub tenui condita veste latent.

v. 24. *Cnidia Venus e marmore erat Praxitelis.* Hujus artificis opus, quod Cnidiae Veneris effigiem repraesentat, celebratur a Platone, Luciano, Antipatro Sidonio et aliis. L. 4. T. 12. et 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17 et 18. Quae omnia reperita sunt in Antiq. C. Pol. Part. 3. in Hist. Byz. Scr. vol. 29. p. 120. et 121. De Venere nudâ, Praxitelis opere, quam a Cois rejectam Cnidii emerunt, observatu digna memoriae prodidit Plinius; L. 36. c. 4. p. 274. et 275. Conf. Winkelmann Hist. de L'art. chez les anciens tom. 1. p. 400. M. Larches. Memoire sur Venus ed. 1775. p. 112 — 117. Cedrenus in Hist. Byz. Scr. vol. 7. p. 254. scribit: in Lausi Palatio stabat ἡ Κνιδία Ἀφροδίτη ἐκ λίθου λευκῆς, γυμνὴ, μόνην τὴν αἰδῶ τῇ χειρὶ περιβάλλουσα, ἔργον τοῦ Κνιδίου Πραξιτέλους. At Coa Venus erat velata specie. Vid. porro de Cnidiae Veneris statuâ Ans. Banduri Antiq. c. Pol. L. 7. in Hist. Byz. Scr. vol. 30. p. 599. et Junium de Pict. Vet. part. 2. p. 178. et in Menodoro p. 121.

v 25. *Ejusdem Cupido objectus a Cicerone Verri, ille, propter quem Thespiae visebantur.* De hoc Cupidine Vid. L. 4. T. 12. c 55. et L. 6. T. 9. c. 4. Ciceronis locus, quem indicavit Plinius L. 36. c. 4. est in Orat. in Verrem 4. c. 2. verba apponam, quoniam nativo ac festivo lepore redundant. *Erat apud Hejum Sacrarium magnâ cum dignitate in aedibus, a majoribus traditum, perantiquum; in quo signa pulcherrima quatuor, summo artificio, summâ nobilitate, quae non modo istum hominem,*

in-

ingeniosum atque intelligentem, verum etiam quemvis nostrum, quos iste ideotas appellat, delectare possent: unum Cupidinis marmoreum Praxitelis: nimirum didici etiam, dum in istum inquiro, artificum nomina: idem, opinor, artifex ejusdemmodi Cupidinem fecit illum, qui est Thespiis, propter quem Thespiae visuntur. Nam alia visendi causa nulla est. De Cupidine Thespiensi, quem Praxitelis Ἑταίρη, sive ea Glycera, sive Phryne fuerit, sui amatoris manibus egregie expolitum civibus suis consecravit. Vid. omnino saepius jam laudati Fr. Junii de Pict. Vet. Librum. part. 2. p. 179. conf. c. 52. 53. et 54. ejusdem L. 4. T. 12. Anthologiae. ad quae loca si venerim, et alia, quibus haec magis illustrantur, commemorare conabor. Interea hic afferam Pausaniae verba L. 9. c. 27. p. 761. ed. Kuhnii, in quorum versione latinâ turpissimus irrepsit error. ita legitur. Θεῶν δὲ οἱ Θεσπιεῖς τιμῶσιν Ἔρωτα μάλιστα ἐξ ἀρχῆς· καὶ σφισιν ἄγαλμα παλαιότατόν ἐστιν ἀρχὸς λίθος. ubi ultima verba vertuntur, *rude quoddam saxum*, cum verti debuisset, *saxum candidum, marmoreum*, ut est apud Ciceronem.

v. 26. *Et alter Cupido nudus in Pario Propontidis colonia.* Sic eodem modo pergit Plinius L. 36. c. 4. *Ejusdem et alter nudus in Pario colonia Propontidis, par Veneri Gnidiae nobilitate et injuria.* De illo Cupidine nudo est L. 4. T. 12. e. 56. Cl. Jacobsius ad hoc epigramma illustrandum recte attulit veterum numismata, quae amorem, Delphino insidentem, flagellumque manu tenentem exhibent. Spanhem. de Praest. et usu Numism. Tom. 4. p. 228. et Leon. Augustinus de gemmis. Nr. 209. 210. Laudant hoc epigramma A. Preigerus ad Lucret. L. 4. v. 3. et A. Rivinus ad Pervigilium Veneris p. 80. Legenda etiam Tzetzae verba, quae ad h. l. attulit Brodaeus. Effingitur hic amor nudus, qui tamen fraenum et flagellum tenet, at vero suas non deposuit alas; quare ei, quamvis nec arcum nec tela gerat, non fides habenda, nam et sine his, modo sit alatus, telluri imperat et mari. Cupidinem, plane suis armis ornatum, invocat Orpheus H. 57.

Κικλήσκω μέγαν, ἄγνον, ἀράσμιον, ἡδὺν Ἔρωτα,
Τοξαλκῆ, πτερόεντα, πυριδρόμον, εὔδρομον ἁμῇ·
Συμπαίζοντα θεοῖς ἠδὲ θνητοῖς ἀνθρώποις.

conf. Stob. T. 61. ed. Aurel. Allobr. p. 390. et in Grotii Floril. p. 250. 251. Bellam Cupidinis imaginem plurimi dederunt. Nemo tamen ingeniosius ipsius habitum mihi depinxisse videtur, quam Propertius, L. 2. el. 9. quem fere ad verbum expressit Paulus Silentiarius L. 7. e. 49. ad hoc et illud, de quo agimus epigrammate, suo loco plura erunt dicenda.

v. 27. *Incertum, an ejusdem, an Scopae cum liberis moriens Niobe.*

Horum omnium index nobis Plinius, qui et Laocoontem memorat cum liberis et draconum mirandis nexibus uno ex lapide et ex topazio Arsinoës statuam. Verba Plinii ejusmodi sunt. L. 36. c. 4. p. 278. 279. *Par haesitatio est in templo Apollinis Sosiani, Nioben cum liberis morientem, Scopas an Praxiteles fecerit.* et p. 284. *Sicut in Laocoonte, qui est in Titi Imperatoris domo, opus omnibus et picturae et statuariae artis praeponendum. Ex uno lapide eum et liberos draconumque mirabiles nexus de consilii sententia fecere summi artifices, Agesander et Polydorus et Athenodorus Rhodii.* et L. 37. c. 32. p. 392. dicit *ex Topazio factam statuam Arsinoae Ptolemaei Philadelphi uxori quatuor cubitorum, sacratam in delubro, quod aureum cognominabatur.* De Niobe ejusque liberis fit mentio inprimis. L. 3. T. 7. c. 3. 4. 5. L. 4. T. 9. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. et L. 7. c. 38. conf. c. 3. T. 7. L. 3. cum eo Ausonii 246. p. 186. et c. 1. T. 9. L. 4. cum c. 245. p. 285. De Laocoonte nullum est epigramma in Anthologia. Ad Arsinoen reginam referendum esse L. 4. T. 18. c. 4. censet doctus Brodaeus, qui plura ad h. l. dedit, quibus cum conf. Interpretes ad Ausonii Mosellam v. 314. 315. p. 319. ed. in usum Delph. et in ea Tollii p. 402. — 405, per quos nonnihil etiam illustrari possunt c. 25. 46. et 50. in Manissa secunda T. 4. in quibus agitur de Arsinoës templo, quod Ptolemaeus Philadelphus et Sorori et Conjugi exstrui voluit, ut est apud Plinium L. 34. c. 42. p. 150. conf. L. 36. c. 14. p. 296. De Arsinoës statua illud habet Pausanias L. 9. c. 31. p. 770. Καὶ Ἀρσινόης ἔστιν ἐν Ἑλικῶνι εἰκών, ἣν Πτολεμαῖος ἡμῖν ἀδελφὸς ὤν. De urbe in ipsius honorem condita haec leguntur apud Plin. L. 6. c. 33. p. 732. *Eae viae omnes Arsinoën ducunt, conditam Sororis nomine in Sinu Charandra, a Ptolemaeo Philadelpho, qui primus Troglotyticen excussit et amnem, qui Arsinoën praestrit, Ptolemaeum appellavit.* Vid. et Diod. Sicul. L. 1. p. 39. et L. 3. p. 205. ibique P. Wesselingii notas. ubi quem profert, Strabonis locus p. 1114. εἶτα ἄλλην πόλιν Ἀρσινόην, potius e margine in textum irrepsisse, quam a Strabone memoratus videtur. Casaubonii editiones haec verba saltem non agnoscunt. Certior ille locus. L. 17. p. 1152. ἐν ᾗ ἐστιν ἥτε μικρὰ Τακόνειρις, μετὰ τὴν Νικόπολιν καὶ τὸ Ζεφύριον. ἄκρα νάιδικον ἔχουσα Ἀρσινόης Ἀφροδίτης. Vid. et Steph. Byz. de Urb. v. Ἀρσινόη. et ibi Berkelii not. p. 171. et v. Ζεφύριον p. 374. ut et quae habet Holstenius ad eamdem vocem p. 126. qui viri eruditi horum epigrammatum, 25 et 46, memores fuerunt, ut et c. 50. Jo. de Laet. ad Vitruvium L. 10. c. 12. a quo iisdem fere verbis editum,

qui-

quibus legi voluit Brunckius. Est et alia Arsinoe lanifica, cujus nomen occurrit L. 6. T. 8. c. 15.

Pag. XVI. v. 8. *Thymelicis quae vitae licentia fuerit ex Codice Justinianeo, Titulo de spectaculis, et altero de Episcopali audientia.* Thymelici sunt, ut ait Brissonius de Verb. signif. L. 18. p. 1317. *Musici scenici, qui organis et lyris et citharis praecinebant*, et inde dicti, *quod olim orchestra stantes cantabant super pulpitum*, quod θυμέλη vocabatur. De hoc pulpito, θυμέλη dicto, saepius fit mentio in Anthologiâ, ut L. 1. T. 67. c. 23. T. 90. c. 8. L. 3. T. 25. c. 42. L. 4. T. 25. c. 8. L. 5. T. 1. c. 4. L. 6. T. 25. c. 3. L. 7. c. 30. Θυμελικοὶ hic nusquam memorantur; ad illos pertinent quae sunt in Cod. Justian. L. XI. Tit. XL. de spectaculis et scenicis. et L. 1. Tit. IV. De Episcopali audientiâ. Ulpianus ad Digest. L. 3. t. 2. §. 4. *Neque Thymelici, neque exystici, neque agitatores, nec qui aquam equis spargunt, ceteraque eorum ministeria, qui certaminibus sacris deserviunt, ignominiosi habeantur.*

v. 9. *Monomerium quod sit editionis genus ex Novella centissima et quinta.* Μονομέριον dicebatur, quod ultra unius diei spatium non protuberetur, ut ait Salmasius ad Hist. Aug. Script. vol. 2. p. 79. sq. Justinianus in Novell. cv. ed. Steph. p. 269. μετ' ἐκείνην, τὴν τοῦ λεγομένου μονομερίου, ἐνθα πολλὰς ἐδυσαθείας ἐμπλήσει τὸν δῆμον τό, τε καλούμενον πλήγκαρον θεάτρινον, καὶ θυμέλας προσμαχομένους ἀνθρώπους, καὶ εὐλαβουμένους τῇ πάλμῃ, καὶ πρόσωπα ἀναιρούμενα τὰ θυμέλα, conf. Du Cange Glossar. p. 949. ad hoc certamen spectat. L. 1. T. 1. c. 4.

v. 11. *Tabla alveolum, in quo alea luditur, significari, ex Suidâ, Moschopulo, aliis.* De hoc tabulâ Luforiâ est L. 4. T. 32. c. 4. quod ego Huetium et Brunckium secutus Paulo Silentiario dedi, cum potius Agathiae tribuendum esse censuit Cl. Jacobsius in Comm. vol. 3. part. 1. p. 171. neque aliter Salmasius judicavit in iis, quas in lucem protuli, annotationibus p. 98. Negari tamen non potest in primâ editione omnia, quae praecedunt, uno tenore ad Paulum Silentiarium referri, et huic Epigrammati dein talem titulum dari, τοῦ αὐτοῦ εἰς Ταύλαν. Primus vero Aldus proxime antecedenti epigrammati Ἄδηλον et huic τοῦ αὐτοῦ εἰς ταύλαν, vel ut postea correxit εἰς τάβλαν inscripsit, quamvis ταῦλαν tueatur magnus Jos. Scaliger Lection Auson. L. 2. c. 29. qui inscriptionem L. 1. T. 61. mendosam existimans eam quoque in ταῦλαν immutavit, cum Salmasius et Huetius ibi pro εἰς τὰ λυτὰ Ζήνωνος, εἰς τάβλαν Ζήνωνος reponunt. Quod ad Suidam attinet; Vid. ad v. Τάβλα, ἄθυμα παιδιᾶς L. Kusteri notas. p. 423. de Moschopulo,

quem

Semper amat risum Satyrorum turba: Sed ejus
Materia est ut quem conspicis ecqua tibi?
Miror tesserulis qui de tot et undique lectis
Compositus, factus tam cito sum Satyrus.

Jacobsius, ut jam ante fecerat Jo. de Laet ad Vitruvium L. 7. c. 1. p. 127, putat in hoc epigrammate agi de Satyri imagine ex opere Musivo, et recte quidem; quod vero existimat, J. C. Bulengerum de Pictura L. 1. c. 19. in Gron. Thes. vol. 9. p. 848, hoc minus recte accepisse de simulacro ex lapillis et gemmis facto, illud mihi aliter videtur. Nam si opus Musivum Graece explicatur per ἐμβλήματα διὰ ψηφίδων, aut ut alii loquuntur ψηφίδων μικρῶν ἐνθέσεσιν, vel ἐνθέσεσι λεπτῶν ψηφίδων, ut haec omnia egregie exposuit magnus Casaubonus, quem a Grotio hic indicati loci non fugerunt, ad Sueton. Caes. c. 47. p. 108. et seq. ed. Burm. non video, quare hic non intelligi possit simulacrum e lapillis et gemmis expressum, quale illud erat Theoderici regis apud Procopium, ex quo paulatim illi lapilli et gemmae defluebant. Musivum enim opus, ut vidimus, dicitur illud, quod tessellatum est lapillis variorum colorum, quod huic epigrammati unice convenit. Interea etiam animadvertendum, quod Musivi operis significatio latius pateat, et non tantum dicatur de illo opere, ut in hoc epigrammate, quod variorum lapidum et gemmarum coloribus oculos trahit, verum etiam de opere picturato; ut apud Augustin. de Civ. Dei L. 16. c. 8. memorantur *Hominum genera, quae in maritima platea Carthaginis Musivo picta sunt*, ubi Vid. Jo. Lud. Vivis Comment. vol. 2. p. 290. at inprimis Ael. Spartian in Pescenn. Nigr. c. 6. ubi refert, se in Commodianis hortis Pescennium pictum de Musivo vidisse. Sed Cons. Casauboni et Salmasii ad eum locum notas. ut et Salm. ad Solin. p. 854. et seq. quae de hac re lectu dignissimae sunt.

v. 20. *Die natali barbam primum tonderi solitam, ex Martiali.* Martialis Locus est L. 3. e. 6. ad Marcellinum,

Lux tibi post Idus numeratur tertia Majas,
Marcelline, tuis bis celebranda sacris.
Imputas aethereos ortus haec prima parenti:
Libat florentes haec tibi prima genas.
Magna li et dederit jucundae munera vitae;
Plus numquam patri praestitit illa dies.

Recte V. D. ad eum locum mentionem fecerunt L. 1. T. 26. e. 3. conf. L. 6. T. 6. e. 2. et T. 22. e. 1. ubi Ephebos comam et barbam Apollini aliisque Numinibus totondisse allatis exemplis docuit

Bro-

Brodaeus, quocum junge M. Rallerum ad Martialem. Optime vero ultimum Graecum epigramma, rejecta Salmasii et Brunckii sententia, explicavit Jacobsius, quod suo tempore demonstrare tentabimus.

v. 21. *Persis nefas habitum, ut ignem, sic et aquas, ullis inpuritatibus violare, quod Dioscorides memorat in Euphratis Persae Epitaphio, habes et apud Plinium Historiae Naturalis. L.* 30. *c.* 2. Dioscoridis epigramma invenitur L. 3. T. 13. e. 4. ubi Euphrates Persa dominum orat, ne eum defunctum igne cremet, neque aqua abluat; Persae enim ignem et aquam, veluti numina, colebant, iisque divinos honores tribuebant. Quare Herodotus, quem sequitur Strabo L. 15. p. 1064 et 1065, recte scripsit L. 1. c. 131. θύουσι δὲ ἡλίῳ τε καὶ σελήνῃ καὶ γῇ καὶ πυρὶ καὶ ὕδατι καὶ ἀνέμοισι. quae plane conveniunt cum iis, quae Th. Hyde de veterum Persarum eorumque magorum religione litteris mandavit ex libro Zerâtusht-nâma, vel potius Zerdust-namah. c. 34. p. 406.

Conatum adhibeant ut Elementa quatuor
In puritate conservent absque vitiatione:
Sive sit Ignis splendens, sive Aqua currens,
Sive Ventus subtilis, sive Terra gravis.

At hujus poëtae Persae Zerdust-namah aetas mihi recentior videtur, quam ut ullam hic auctoritatem mereatur. Vid. M. Anq. du Perron Zend-avesta Tom. 1. part. 2. p. 6. et 44. Haec vero aliunde satis constant, ut inter alia ex Sidon. Apollin. Carm. 21. v. 83. et 84.

Magis juratur ab illis
Ignis et unda Deus.

Qui de hac re plura velit adeat Brissonium de Regno Persarum L. 2. c. 22. p. 356. et inprimis ad memoratum Dioscoridis epigramma Brodaeum, qui, licet ad Lib. 2. T. 14. e. 4. ed. Wech. p. 208. se nondum viginti et octo annos natum has notas conscripsisse fateatur, tamen doctissimorum virorum laudes merito assecutus est. Quod vero in exemplum tantum protulit Grotius, ut diligentiam excitaret, eorum omnium privatas sedes digito demonstravi, ne lector tempus tereret in iis conquirendis, quae vel in Anthologia vel in aliorum auctorum scriptis, sine certa significatione loci, ubi ea inveniri possent, erant commemorata. Hinc enim etiam elucescit summi viri ingenium, qui minima non curare solebat, sed qua erat faciei, ac tenaci memoria, cum promptâ atque accuratâ eruditione conjunctâ, statim omnia, quae cognita haberet, in animum revocabat, indicato tantum auctore aut ipsius libro, quod quam bene et vere fecerit, ex his notis apparebit.

HIERONYMI DE BOSCH

OBSERVATIONES ET NOTAE

AD

ANTHOLOGIAE GRAECAE

LIBRUM PRIMUM.

Tit. 1. Ep. 1. vertit Ausonius Ecl. 386.

Quattuor antiquos celebravit Achaïa ludos,
Coelicolûm duo sunt, et duo festa hominum.
Sacra Jovis, Phoebique, Palaemonis, Archemorique.
Serta quibus pinus, malus, oliva, apium.

De his quatuor ludis solemnibus Vid. Lactant. ad Statii Thebaid. L. 6. et qui de iis pluribus egit Lamb. Bos Antiq. Graec. c. 22. 23. 24. et 25. Praemia erant oleaster, malus, apium, pinus. Lucianus de Gymnasiis Tom. 2. pag. 894. Εἶτα, ὦ θαυμάσιε Σόλων, τοιαῦτά μοι καὶ τηλικαῦτα ἔχων ἄθλα διεξιέναι, μῆλα, καὶ σέλινα δηγοῦ, καὶ θαλλὸν ἐλαίας ἀγρίας, καὶ πίτυν. Maximus Tyrius Dissert. VII. p. 67. οὐκ ἀνέχεται ὁ φιλότιμος ψυχὴ βραδύνης πόθῳ τὸ μὴ διὰ πάντων ἐλθεῖν, καὶ μετασχεῖν μὴ κοτίνου μόνον Ὀλυμπιάδοιν, ἀλλὰ καὶ πίτυος Ἰσθμικῆς, καὶ σελίνου Ἀργολικοῦ, καὶ μήλων Πυθικῶν· ubi Vid. Davisii notas. p. 519. At σέλινον de quo praeter Munckerum et van Staveren ad Hygini Fab. 74. etiam egit Reimarus ad Dion. Cassium Tom. 2. p. 1033. §. 49. omittit Chariton. cum scribit. L. 6. p. 99. Σὺ νικᾷς. Ἦν δὲ τὸ ἆθλον οὔ κοτινος, οὐ μῆλα, οὐ πίτυς. Vid. porro Valesium ad Excerpta Peirescii p. 97. et Jo. Bapt. Pii annot. prior. in Gruteri Thesauro vol. 1. p. 384. nec non de oleastro seu potius ἐλαίᾳ καλλιστεφάνῳ Hemsterh. ad Aristoph. Plut. v. 586. Eleganter Philo de eo, quod liber sit, quisquis virtuti studet. Tom. 2. p. 463. Ἀλλὰ γὰρ ὑπὲρ κοτίνων καὶ σελίνων εὐκλείᾳ ἀγωνιζαῖς ἡ τελευτή· σοφοῖς δὲ ἐν πολλῷ μᾶλλον ἐλευθερίας· ὃς ὁ πόθος ταῖς ψυχαῖς μόνον, ὃν δεῖ τάληθῆς αἰπεῖν, ἐνίδρυται. Thu. Johnson in Novo Graec. Epigr. delectu recte ad haec illustranda protulit Graecum Ang. Politiani epigr. quod legitur in edit. Ascensii 1519. p. 101. vo. Ad Exemplar Lubini, quod

olim

olim Th. Munckeri fuit, annotatum video de *Archemoro* Hygin. fab. 74. et *de Palaemone* fab. 2. Hujus epigrammatis mentionem fecit Th. Beza ad Ep. Pauli ad Corinth. I. cap 9. v. 25.

V. 4. lege Ἄθλα.

Ep. 2. Inter ea Callimachi est in editione Ernesti. p. 329.

V. 2. scribendum Ἄδε. Sic Cod. Vat. editio princeps, Aldina prima, et Frobeniana 1549. Vid. de hoc Epigr. D'Orville ad Chariton. p. 514.

V. 3. 4. Diotimi animo obversabantur Homeri versus ex Iliade X. 159. — 161. quos et Lucianus meminit in Eunucho. Tom. 2. p. 352. cum scribit καὶ τὰ ἄθλα, οὐ βοείη τις ἦν, κατὰ τὸν ποιητὴν, οὐδ' ἱερεῖον. Vid. et Cicer. Ep. ad Atticum L. 1. ep. 1. Hinc Virgilius L. 12. v. 764. 765.

Neque enim levia aut ludicra petuntur
Praemia: sed Turni de vitâ et sanguine certant.

ad quem locum doctissimus Ursinus etiam hos Diotimi versus commemorare non neglexit. Eodem modo C. Valer. Flaccus Argon. L. 4. v. 230. et 231. dixit.

Nec pretium sonipes, aut sacrae taurus harenae;
Praemia, sed manes, reclusaque janua leti.

conf. ultimos versus Ep. 4. T. 8. L. 7.

Οὐ γὰρ τοι κρητὶν χαλκήλατος, οὐδὲ λέβητες,
Ἀλλ' ὁδὸς εἰς ἀυλὴν Ζηνὸς, ἔπαθλον ἔφυ.

V. 3. Ad Exemplum Ruhnkenii ἀμφὶ, et sic omnino legendum. Vid. Salmasii notas p. 26. neque aliter in Gruteri exemplo.

V. 5. Apud Brunck. Ἀνταίου δὲ τὸ πτῶμα nulla hujus lectionis ratione reddita. quod non probat Jacobsius. De Antaeo Vid. praeter Salmasium ad Solinum p. 205. Philostratum 844. 845. Lucan. L. 4. 590. et V. D. notas ad Hygin. fab. 31. et Fulgent. Lib. 2. VII. p. 676. ad Ovid. Heroid. ep. 9. v. 97. et Propertium L. 3. El. 22. v. 9. 10. ed. Vulpii.

Ep. 3. Vid. de hoc Epigrammate M. Burette Mem. de L'Academ. Royale des Inscript. et B. L. tom. 3. p. 317. de Litterature.

V. 2. Tarsus Ciliciae oppidum, cujus conditor Perseus. Vid. V. D. notas Selectas ad Juvenal. Sat. 3. v. 117. et Huetii ad h. l.

V. 5. ὑσπληγγωτὶ. Schol. ad h. l. ὕσπληγξ ξύλον τι εὐθὺ ἔμπροσθεν τεθειμένον τοῦ ῥαδίου, ἵνα μήτις τῶν ἀγωνιστῶν προδρόμῃ. de vocis ὕσπληγγος usu non ab his, aliena disputavit Salmasius ad Solinum. p. 648. cum ait; *Signo dato currendi, ruebat repente regula illa, sive ὕσπληγξ, et in lineam cavatam incidebat, ad cujus cavi modulum ita adtemperata facta erat, ut decidens lineae cavitatem impleret et exaequaret. Quo facto et limine complanato in cursum se dabant ac pedum certamen auspi-*

adhantur, cadiis. Regula itaque quae ruit apud Statium Lib. 6. v. 593. est ὕσπληγξ, quae in lineam decidens cavum ejus implet, et limen aequum facit. Talem etiam ὕσπληγγος descriptionem dedit Henricus Stephanus in suo Thesauro Tom. 3 p. 1150. verum et aliam hujus vocis significationem affert, quae magis ad intellectum Anthologiae mihi facere videtur, quamque secutus est Magnae Etymologiae seu Grammaticae Conditor, cum scribit. ὕσπληξ λέγεται, παρὰ τὸ ἀπὸ τῶν τριχῶν τῶν ὑῶν (τοστέστι τῶν χοίρων) γίνεσθαι τὴν μάστιγα. οἶμαι δὲ καὶ ἡ ἀφετηρία, ἐκ τοῦ ἐκεῖσε πλήττεσθαι τῇ μάστιγι τοὺς ἵππους. Hoc modo ὕσπληξ seu ὕσπληγξ significationem habebit scuticae vel flagelli, e setis porcinis conflati, ad cujus strepitum equites aut cursores e carceribus protinus erumpebant, ut metam tangere possent. ad quod amplius explicandum egregie facit Lucillii Epigramma L. 2. T. 1. c. 9. Καὶ ψόφος ἦν ὕσπληγγος ἐν οὔασι. quod recte, ni fallor, eruditissimus Henr. Stephanus l. c. intelligit de strepitu seu crepitu scuticae, quo cursoribus signum cursus dabatur. Grotius cum aliis hoc ad repagula transtulit, vertit enim

Regula jam sonuit. —
Melius forte.
Jam scuticae resonant —

Ad hunc scuticae crepitum saepius alluserunt ingeniosi scriptores, ut Lucianus in Timone p. 130. ἐπότταν δὲ ἀπαλλάττεσθαι δεῖ, πτηνὸν ὄψει, πολὺ τῶν ὀρνέων ὠκύτερον ἅμα γοῦν ἔπεσεν ἡ ὕσπληξ, κἀγὼ ἤδη ἀνακηρύττομαι νενικηκὼς, ὑπερπηδήσας τὸ σάδιον, οὐδὲ ἰδόντων ἐνίοτε τῶν θεατῶν. quo in loco ἅμα γοῦν ἔπεσεν ἡ ὕσπληξ, minus recte vertitur. *ubi primum excidit circi repagulum.* cum forte verti debuisset, *quam primum cecidit, sive resonuit scuticae plaga.* Ut apud Lucianum de Calumnia, Tom. 3. p. 141. et 142. Κἀκεῖ γὰρ ὁ μὲν ἀγαθὸς δρομεὺς, τῆς ὕσπληγγος εὐθὺς κατακρεσούσης, μόνον τοῦ πρόσω ἐφιέμενος, καὶ τὴν διάνοιαν ἀποτείνας πρὸς τὸ τέρμα, κἂν τοῖς ποσὶ τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἔχων, τῷ πλησίον οὐδὲν κατακυρεῖ, οὐδέ τι τῶν κατὰ τοὺς ἀγωνιστὰς πολυτραγμονεῖ. ubi animadvertendum ὕσπληγγα καὶ τέρμα eleganter sibi invicem opponi, quod in hoc epigrammate Antipatrum fecisse etiam Tib. Hemsterhusius observavit ad Pollucem L. 3. Segm. 147. p. 343. simili modo Plutarchus in Reipublicae gerendae praeceptis, ed. Rualdi p. 804. et Stephani p. 1440. ὅπερ δὲ ὅσπερ ἐπὶ τοῦ Λάβδα λέγουσιν, ὁ φόβος ἦν ὕσπληγγος ἐν ὠσὶν. quae ultima verba ita latine redduntur. *Carcerum funiculo adhuc in auribus a laxatione sonante.* aut tali modo. *Cujus auribus plausus spectaculi, atque sonitus ille carcerum dies noctesque obstrepere solitus dicitur.* Quod ad me, quamvis hic non de equite, sed tantum de cursore sermo

sit,

fit, tamen non illum carcerum funiculum, in auribus a laxatione sonantem, neque illum spectaculi plausum, aut carcerum sonitum intelligi posse, putarem, sed quidem illam striduli flagelli plus semel repetitam concussionem, quae simul ac aures sive equitum, sive cursorum tetigisset, protinus illi e carceribus evolabant. Quâ in opinione me quam maxime confirmavit et alius Plutarchi locus de Genio Socratis. ed. Rualdi p. 588. et Stephani p. 1045. ψυχὴ δὲ ἀνθρώπου μυρίκις ἑρμαῖς οἷον ὕσπληξιν ἐντεταμένη, μακρῷ πάντων ἐργάνων εὐτροφώτατόν ἐστιν· ἂν τις κατὰ λόγον ἅπτηται, ῥοπὴν λαβοῦσα πρὸς τὸ κινηθὲν κινεῖσθαι. Quae verba vir optimus et eruditsimus, meliore fortunâ sane dignissimus, G. Xylander non bene a Graecis transtulisse mihi videtur. *Animus autem hominis innumeris appetitionibus quasi rudentibus constrictus, longe est quam ullum aliud instrumentum versatilior, facilique momento ab eo quod intellexit impellitur, si quis ratione tangat.* pro iis saltem, *quasi rudentibus constrictus*, legi mallem, *quasi scuticae habenis exagitatus*, ut illud etiam explicuit Henr. Stephanus, aut, si quis in significatione repaguli acquiescere velit, *quasi repaguli sonitu incitatus.* Quamvis, ut ego quidem sentio, in iis cadentibus repagulis non ea mihi occurrat agitatio, quae a striduli flagelli repetito crepitu venit, et quam Plutarchus hic indicare videtur. Jo. Tzetzes, in suis ad Lycophronem Scholiis, non tantum de scuticâ, verum etiam de ferreis calcaribus, quibus equi expellerentur ad cursum cogitasse videtur. Scribit enim ad Alexandr. v. 15. ἐν τῇ ἀφετηρίᾳ τῶν ἱππικῶν τοὺς μὲν ἵππους κεντοῦσιν οἱ παρεστῶτες σιδηροῖς κέντροις, ὡς ἂν ὀξυτέρως ἐκπηδήσωσι τῇ πληγῇ. Interea, ut jam vidimus, minime negandum, ὑσπληγγας etiam de carceribus eorumque repagulis recte posse dici: forte in hoc ipso, de quo agimus, epigrammate, intelligenda sunt ista repagula. Saltem in L. 6. T. 2. c. 2. haec ita accipienda sunt.

Τίς τὸν ἄχνουν Ἑρμῆν σε παρ' ὑσπληγγεσσιν ἔθηκεν;

Neque aliter apud Lucian. Catapl. Tom. 1. p. 625. ὥσπερ ἀπὸ ὑσπληγγος θέοντες, καταλαμβάνομεν αὐτὸν ἤδη ἐν Ταινάρῳ. et apud Pausaniam in Eliacor. L. poster sive sexto. ed. Kuhnii. p. 503. πρὸ δὲ τῶν ἁρμάτων ἡ καὶ τῶν ἵππων τῶν κελήτων, διήκει πρὸ αὐτῶν καλώδιον ἀντὶ ὑσπληγγος. eodemque sensu usus est Dionys. Halicarn. Antiq. Rom. L. 3. p. 192. ed. Hudsoni, de Spectaculorum locis. ἡ δὲ λοιπὴ τῶν ἐλαττόνων πλευρῶν ἀθρόος ἀνειμένη ψαλιδωτὰς ἱππαφέσεις ἔχει, διὰ μιᾶς ὑσπληγγος ἅμα πάσας ἀνοιγομένας. At meis rationibus, ut statim apparebit, magis convenit, ut vocis ὑσπληγξ significatio, quâ flagellum e setis porcinis

con-

consectum intelligi volo, e veterum auctorum locis adstruatur. ad quod bene agendum mihi, praeter ea, quae jam dicta sunt, unus nunc sufficiat ad Dionysium Periget. v. 121. Eustathii locus. ὀνομάζεται δὲ οὕτω καὶ ἡ ὑστριχὶς, οὐ τὸ ζῶον, ἀλλὰ τὸ πληκτικὸν ὄργανον, λεγόμενον οὕτω διὰ τὸ ἐκ τριχῶν ὑείων εἰς πληγὴν συγκροτεῖσθαι. δέρμα γὰρ ὑὸς ἐνδὸν, καὶ ἐπίμηκες ἀποτεμόμενοι τινες αὐταῖς θριξὶ, καὶ τοῦ μήκους τῶν τριχῶν κείραντες, ὡς ἂν ἔχοιεν αὗται οὕτω κεντεῖν καθηρότερον, ἔτυπτον τοὺς μαστιγίας. καὶ ἐκαλεῖτο ὕσπληγξ τὸ τοιοῦτο τῆς μάστιγος ἐργαλεῖον. καὶ ἄλλως δέ ἡ τοιαύτη ὕσπληγξ, πλέγμα ἦν ἀπὸ ὑείων τριχῶν. Et quae plura ad illustrandum hujus vocis usum ibi adferuntur. Quibus verbis sponte adducor ad vulgatam lectionem confirmandam. in Ep. 1. T. 2. L. 6. ubi inter ea dona, quae Charmus dicaverat Neptuno, Philodemus memorat καὶ σύϊνην ῥάβδον, ut constanter legitur in omnibus editionibus. At duce Scaligero Huetius, Brunckius atque alii viri docti hanc lectionem repudiarunt et pro eâ legi maluerunt Καὶ σιβύνην καὶ ῥάβδον, vel κ'οισυΐνην δ'ἔτι ῥάβδον propter insolentiam vocis σύϊνην, ut videtur, ad eam sententiam amplectendam compulsi. Sit vero, quatenus illud nobis innotuerit, ignota vox σύϊνος. quot autem sunt voces, quae apud optimos et Graecos et Latinos scriptores non nisi semel occurrunt, quarumque omnis auctoritas, in uno veteris auctoris loco feliciter conservato, consistit? Quam late praeterea patet eorum verborum copia, quae antiquitati plane incognita posterior aetas invenit et in communem usum produxit? Ne dicam, quod ut apud Plinium L. 28. c. 37. p. 604. memoratur suillus adeps, axungiae suillae, sic etiam apud Suidam T. 3. p. 391. legi, Σύϊνον ἔλαιον, qui tamen ex Xenophonte desumtus locus pro σύϊνον dat σύειον quae vox suspecta fuit Mureto V. L. Libr. 19. c. 5. Quidquid hujus rei sit per σύϊνην ῥάβδον in dicto Ep. 1. T. 2. L. 6. recte posse intelligi arbitror illam virgam, seu scuticam e setis porcinis compositam, quam et ὕσπληγγα dici demonstratum est. Hoc enim in loco non de telis, jaculis aut venabulis agi, sed tantum de iis instrumentis, quibus equi vel ornantur vel diriguntur; ex tota epigrammatis indolê, apparet. Caeterum qui de hac voce ὕσπληγξ plura requirit, adeat Schol. ad Theocrit. Id. 8. v. 57. Du Cange Glossarium in voce κάγκελος et Eustath. ad Homerum p. 629. §. 53. Harpocrat. v. Βαλβίς. Jo. Bourdelotium ad Heliodor. L. 2. p. 3. V. D. ad Moerin p. 376. et ad Hesych. h. V. Nec non Jul. Caes. Bulengerum de Circo Rom. Ludisque Circens. in Thes. Antiq. Rom. vol. 9. p. 586. et seq.

Ep. 4. Μονημέριον dicitur Venationis spectaculum, quod ultra unius diei

fiat spatium non protraheretur. De quo jam diximus ad Grotii Prolegomena p. XVI. v. 9.

V. 3. Ἐπιψαύσαι eleganter Jacobsius illud reddidit *tangere*, *fortasse etiam levi vulnere perstringere*, quod eodem modo expressit Grotius scribendo.

Sed corpora tantum
Ut tangant hominum.

Lucian. Dial. Meretr. T. 3. p. 317. τιτρώσκει με, ἀλήγων ὅσον ἐπιψαύσας τῷ δόρατι, μικρὸν ὑπὲρ τὸ γόνυ, *vulnerat me, aliquantum hastâ perstringens paullum supra genu*. male in optimâ Hemsterh. editione legitur ὅσον et γόνου.

Porro de Monemerio Vid. J. C. Bulengerum de Venatione Circi, in Thes. Antiq. Roman. vol. 9. p. 798.

Ep. 5. Integrum fere legitur apud Suidam. v. ἀτρόμητος. pars in v. Ἄτλας et τείνοντας, quod ad suum exemplum etiam notavit Ruhnkenius.

V. 4. Vid. D'Orville ad Chariton. p. 61, et 513: Hemsterh. ad Lucian. Timon. p. 106. et 107. et Harduin. ad Plin. L. 35. c. 40. p. 233. ubi animadvertendum, D'Orvillium tertium accusativum hic non probasse, ideoque legi voluisse Ὀλύμπια; cum Harduinus in Grotii versione Latinâ pro *Olympiis* dedit *Olympia*, quod verum puto. De pugilatu apud veteres egregie egit M. Burette Mem. de L'Acad. Royale des Inscript. et B. L. de Litteratt. vol. 3. p. 255. et seq. Cum Brodaei notis comparentur, quae ad h. l. attulit Jacobsius.

V. 6. Brunck. πυγμάν.

Ep. 6. Ad hoc epigramma illustrandum praeclare facit Plutarchi locus, quem indicavit Brodaeus ex Apophthegm. Lacon. ed. Lond. p. 67. Rualdi p. 233. et Steph. T. 2. p. 415. Τοῖς παλαίουσι παιδοτρίβας οὐκ ἐδίδασκον, ἵνα μὴ τέχνης ἀλλ' ἀρετῆς ἡ φιλοτιμία γένηται. P. Burmannus Secundus, vir doctissimus, praeceptor quondam meus carissimus, in Comment. ad Numism. Sicula in D'Orvilli Siculis, part. 2. p. 300. hoc modo disputat. *Male igitur Brodaeus in Epigr. Damageti L. 1. T. 1. c. 6. de Messeniis interpretatus est. Nam si Messenios et Argivos illic pungit poëta, quia cum utrisque Lacones bella gesserunt, ut vult Brodaeus, illic certe pro* Μεσσάνας *corrigendum erit* Μεσσήνης, *nam Messana Siciliae ab aliis quidem scribitur* Μεσσήνη, *sed Messene Peloponnesi nunquam* Μεσσάνη. At de Peloponnesiis hic agi, certum est. Siculos enim arte luctandi excelluisse, nemo tradidit. Forsitan hunc nodum solvet Cellarius Geograph. Antiq. L. 2. c. 22. T. 1. 974. ubi de Messenis, et in Sicilia et in Peloponneso, verba faciens haec ait. Nomen

Graecis idem planè est, quam Sicilia et Peloponnesi urbis appellatio. Utramque enim Μεσσήνην *Strabo, Ptolemaeus, Scylax, Thucydides, Diodorus vocant: in nummis autem Siculorum est* Μεσσανίων, *quam formam Latini imitantur, Siciliensem urbem Messanam, Peloponnesiacam Messenen constanter nominantes.* Quae si vera sint; haec scribendi diversitas non, ut quidem existimavit Burmannus, apud Graecos sed apud Latinos tantum locum obtinuisset, quod tamen refellitur P. Pap Statii loco Achill. L. 1. v. 22.

Murorum tormenta Pylos, Messanaque tendunt.

ubi Maturantius in Comment. *Pylos urbs Nestoris in Peloponneso; Messana urbs conterminа Pylo, et regio ejusdem nominis est.* Praeterea quod Messene Peloponnesiaca etiam Μεσσάνα dici potuerit, patet ex nomine conditoris urbis in Peloponneso Messa dictae, de quâ haec habet Pausanias Laconic. c. 25. p. 276. Ὀλίγον δὲ ἀνωτέρω Μέσσα πόλις καὶ λιμήν. Ἀπὸ τούτου τοῦδε τοῦ λιμένος πεντήκοντά ἐστι καὶ ἑκατὸν ἐπὶ Οἴτυλον. ὁ δὲ ἥρως ἀφ' οὗ τῇ πόλει τὸ ὄνομα ἐγένετο, Ἀργεῖος τὸ ἀνέκαθεν, Ἀμφιάνακτος ἀνὴρ υἱὸς ὢν τοῦ Ἀντιμάχου. Recte itaque animadvertit Jacobsius apud Nicandrum Colophonium ep. 3. ubi de Messene Peloponnesi agitur, scribi Μεσσένη.

Ep. 7. Legitur hoc Ep. apud Fulv. Ursin. in Fragm. Lyric. p. 161. v. 2. παλιμπαιστοῖσι δεξιὸν ἡνίοχον. Recte ad h. l. observavit doctissimus Brodaeus vocem ἡνίοχος etiam ad alia transferri, sed in ejus notis turpissimus est error, qui omnes editiones occupavit. Legitur *Timotheus nobilis Fidicen apud Stephanum in voce* Μίλητος. cum omnino legendum sit Μίλητος. Hoc enim modo scribit Stephanus Byzantinus de Timotheo Citharoedo. v. Μίλητος. p. 560. θήσει δ' ἐν Μακεδονίᾳ ἐπιγράμματα δ' ἐνεῖ τάδε.

Πάτρα Μίλητος τίκτει τὸν Μούσαισι πολιοῦν
Τιμόθεον, παλίμπαιστοῖσι δεξιὸν ἡνίοχον.

— ubi Vid. L. Holsten. notas. suis adjecit Epigr. Brunck. tom. 3. p. 264. ep. DXXXVIII. quamvis alio sensu non dissimile illud Anacreontis v. 956. 957.

Δεξιὸν γὰρ ἐκτυπεῖν
Οὐκ ἔχεις ἐκεμβάτην.

primum versum optime mihi emendasse videtur Jacobsius, legendo vol. 3. part. 2. p. 269.

Πάτρα Μίλητος ἔκτικτε τὸν ἐν Μούσαισι πολιοῦν.

Latine verterem.

Pa-

Patria me genuit, Musis Miletus amicum
Aurigam dextrum Timotheum citharae.

Hujus Epigr. etiam mentionem fecit Eustathius ad Homer. Iliad. B. p. 313. v. 12. et ad Dionys. Perieget. v. 825. Eodem modo cujuscumque rei princeps, dux, moderator et gubernator dicitur ἡνίοχος, ut apud Pollucem L. 1. c. 9. segm. 98. κινεῖται δὲ ὑπὸ ποιητῶν, καὶ ἡνίοχος τῆς κίνησεως, quibus adde quae dedit L. C. Valckenaer. ad Euripid. Hippolyt. v. 1223. p. 296. et conf. doctissimi Jacobsii animadv. in Euripid. p. 308.

V. 3. Br. μορφῶς. V. 4. ἐστεφάνωτο πάλιν. non tantum homines verum ipsae civitates, cum ornarentur, dicebantur coronari. Vid. L. 4. T. 2. e. 5. neque aliter in Ep. quod edidit Jos. Scaliger ad Euseb. Chron. p. 428. et Wesseling. ad Diodor. Sicul. Tom. 2. p. 14. et apud Brunck. Tom. 3. p. 174. et in meis ineditis p. 227. ἐστεφανῶ τ' ἄστυ Συρακουσίων. Vid. Jacobs ad hoc et ad Ep. 3. Meleagri, vol. 1. p. 17. C. Paschal. de Coronis L. 7. p. 470. et Onuphr. Panvin. de Ludis Circ. in Thes. Antiq. Rom. vol. 9. p. 201. et 202.

Ep. 8. Legitur apud F. Ursin. p. 161. est in πενταθλον, de quo etiam exstat Lucillii Ep. L. 2. T. 1. e. 7. Festus *Pentathlum Antiqui quinquartium dixerunt. id autem genus exercitationis ex his quinque artibus constat, jactu disci, cursu, saltu, jaculatione, luctatione.* conf. v. Quinquertium. Inter ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ΑΔΕΣΠΟΤΑ apud Brunck. tom. 3. p. 247. ep. CCCCLIV. est illud Εἰς τὸ πένταθλον, quod ex Eustathio ad Il. ψ. p. 1320. l. 18. desumtum.

Ἅλμα πόδων, δίσκου τε βολή, καὶ ἄκοντος ἀφετή,
Καὶ δρόμος, ἠδὲ πάλη· μία δ' ἔπλετο πᾶσι τελευτή.

verterem.

Curriculum, discus, saltus jaculique volatus,
Et luctamen; erat cunctis his exitus unus.

Tres inprimis certatores Gymnici memorantur, δρομεῖς τε καὶ πύκται καὶ παλαισταί. apud Dionys. Halicarnass. L. 7. in fine. neque aliter Lucianus in Timone p. 163. νικηφόρε δὲ πύξ, καὶ πάλαιε, καὶ δρόμον ἐν Ὀλυμπίᾳ μιᾶς ἡμέρας, καὶ τελείῳ ἅρματι καὶ συνωρίδι κελητῇ. Qui locus omnino conferri meretur cum eo Ciceronis de Legibus L. 2. c. 15. *Jam ludi publici quoniam sunt cauea circoque divisi, sint corporum certationes, cursu, et pugilatione, luctatione, curriculisque equorum usque ad certam victoriam circo constituti.* Th. Johnson in Epigr. delectu p. 2. legi vult. Ἰσθμοῖ καὶ Πυθοῖ propter similem Æliani locum Var. Hist. L. 4. c. 15. τῇ

ἑξῆς Ὀλυμπιάδι, καὶ ἐν Νεμέᾳ δὲ, καὶ Πυθοῖ, καὶ Ἰσθμοῖ. addi posset Luciani locus de Gymnasiis. T. 2. 894. ὁ δὲ λόγος, οὐκ οἶδ' ὅπως ὑπερβὰς τὴν τάξιν, ἐκείνων προτέρων ἐπεμνήσθη, τῶν Ἰσθμοῖ γιγνομένων, καὶ Ὀλυμπιάσι, καὶ ἐν Νεμέᾳ. Caeterum Vid. Harduin. ad Plinium L. 34. c. 19. p. 114. Vossium de Natura Artium L. 1. p. 7. §. 36. et Onuphr. Panvin. de Ludis Circ. in Thes. Antiq. Rom. 9. p. 3291 et 330.

Tit. 2. Ep. 1. V. 1. In Scholiis vetustis ad hos Homeri versus Odyss. E. v. 404. 405.

Οὐ γὰρ ἔσαν λιμένες, νηῶν ὄχοι, οὐδ' ἐπίκραι,
Ἀλλ' ἀκταὶ, προβλῆτες ἔσαν, σπιλάδες τε, πάγοι τε.

haec leguntur. πάγοι, οἱ ἀξεῖς τόποι, οἱ πετρώδεις ἐξοχὰι, ἢ εἰς ὕψος ἀνέχουσαι πέτραι, ἀνατεταμένοι τόποι. Quod quidem de desertis et sole carentibus scopulis, ut in hoc Epigr. et apud Sophoclem in Antigone v. 363. 364.

δυσάυλων πάγων αἴθρια καὶ
δύσομβρα φεύγειν βέλη.

recte dicitur, non tamen ad fertiles et amoenos colles debet transferri, ut illi apud Euripid. in Jone v. 1479. 1480. 1482.

Ἀν σκάπτλοις ἐκ' ἰδιοῖς
Τὸν ἐλιοφυῆ πάγον θάσσει.
Παρ' ἀηδόνων πέτραν φοίβῳ.

ubi in splendida Musgravii editione v. 1502. Typographi errore pro Τὸν Τὸς et pro θάσσει θάσσει legitur. Neque praetereundus est ille tumulus amoenus, sive πάγος, quem, suavissimis et venustissimis naturae donis exornatum, depinxit Ælianus V. H. L. 4. c. 1. ubi Tempe Thessalica describuntur.

V. 2. Βορέου. Br. legendum mavult Βοῤῥείου. Vid. Lect. et Emend. p. 185. Gruteri exemplum Βοῤῥαίου.

V. 6. Οἱ συφελὴν ἐξέχεον σωγόνα. Non dissimile illud Ep. Seq.

Κέλευα δὲ συφεῖς, χαμάδις βάλεν. Et in Alcaei Messenii L. 3. T. 25. c. 23.

Καὶ πυγόεσσαν ἔχεραδον, ἀπεσύφουσαν ὀδοῦν
Κέλευα.

ubi ad Exempl. Ruhnk. notatum pro ὀδοῦν, ὀδόντων. quidam Sylb. et sic pag. 520. in Sylb. emendationibus, quod necessa non arbitror.

V. 8. Br. θερίσσας dedit e Vat. Cod. quod tamen l. c. improbavit.

In versione latinâ V. 5. lege, pro *incerta*, *incolta*, ut erat in MS. D'Orvilliano.

Ep.

Ep. 4. V. 2. ἐξέταμεν Br. ἐξέταμα.

V. 3. χαμάδις βάλεν. Br. ἀπό μιν βάλεν. vulgata lectio facile se tuetur Homero Iliad. H. v. 190.

Τὸν μὲν πὰρ ποδ' ἑὸν χαμάδις βάλε —

et Odyss. Δ. v. 114.

Δάκρυ δ' ἀπὸ βλεφάρων χαμάδις βάλε —

et T. v. 63.

Πῦρ δ' ἀπὸ λαμπτήρων χαμάδις βάλον.

V. 4. Br. νισσομένοις. recte; ut illud vir doctissimus explicuit ad Apollon. Rhod. L. 1. v. 53. p. 7. in emend. edit. Ald. 1. 2. 3. male legitur νισσόμενος. ἡμιδαὲς σκύβαλον. Vid. D'Orvillii notas ad Chariton. p. 80. quibus propria vocis σκύβαλον significatio illustratur.

Tit. 3. ep. 1. Hoc omnino conferendum cum ejusdem argumenti epigrammate Meleagri L. 6. T. 25. ex 15. de quo Vid. quae habet Manso ad Ep. ox. p. 144. et 145.

V. 1. λάφυρα. spolia, praedae. Hesych. et Suid. λάφυρα. τὰ ἐκ τῶν πολεμίων ἔτι ζώντων λαμβανόμενα. τὰ δὲ τεθνεώτων αὐτῶν, σκῦλα λέγεται. quibus adde Schweighaeuseri Lexicon Polybianum. ab hac voce, ni fallor, derivandum est verbum labarum seu laborum celebre illud vexillum Romanorum, quod, tempore Constantini Magni, Imperatori praeferri et a militibus paene adorari solebat; cujus etymon ex nullis linguis eruere potuerunt V. D. ut intelligitur ex Du Cange Glossario ad Script. med. et infimae Latinitatis hac voce. conf. Edw. Gibbon Hist. of the Decline and Fall. of the Rom. Emp. tom. 2. p. 194.

V. 2. Τὰν ἄχαριν χάριτα. Sic Euripides Iphig. in Tauris v. 570. ed. Musgrave. κἀκεῖς γυναικὸς χάριν ἄχαριν ἀπώλετο. sed Vid. V. D. et Hemsterhusii notas ad Lucian. de Mercede Conductis T. 1. p. 698. ubi, non omisso hoc loco, ejusmodi elegans dicendi formula egregie explicatur, ut δῶρα ἄδωρα, πλοῦτος ἄπλουτος, κόσμον ἄκοσμον, ut in seq. ep. ne plura memorem. J. Jensius similes locutiones Latinas attulit. His adjungens, quem jam olim indicaverat Brodaeus L. 9. Miscell. c. 17, Sophoclis ex Ajace Flagellifero locum v. 665. ed. Brunckii,

Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κοὐκ ὀνήσιμα.

quod proverbium ex Zenobio, Diogeniano et Suida dedit Schottus in Adagiis. Adde ejusdem Sophoclis verba in Oedipo Rege. v. 1214. 1215.

δικάζει τὸν ἄγαμον γάμον πάλαι

τεκνοῦντα καὶ τεκνούμενον.

non dissimile et illud vs. 1256. ibid. γυναῖκα τ' οὐ γυναῖκα — ut apud

Catullum Carm. 63. *Funera ne funera.* ubi Vid. Vulpii not. Porro explicatur hoc epigr. ex op. 13. T. 14. l. 3. ad q. l. Brodaeus recte mentionem fecit adagii apud Erasmum p. 125. *Hostium munera, non munera.*

V. 4. Αἱ κλαδαραὶ ad Gruteri et Ruhnkenii exemplar αἱ κλαμαραὶ sed κλαδαραὶ optime defendi potest ex Polybii L. 6. cap. 25. ubi memorantur δόρατα λεπτὰ καὶ κλαδαρὰ, Vid. Schweighauserum, qui, non negligo hoc loco, rarioris usus et dubiae quodammodo significationis vocabulum erudite explicavit. Tom. 6. p. 356.

V. 5. 6. Eleganter ad h. l. annotavit Jacobsius, ex Eidyll. Theocriti 2. v. 106. 107.

ἐκ δὲ μετώπου
Ἱδρώς μευ κατέχυτον ἴσον νοτίοισιν ἐέρσαις,
Οὐ δέ τι φωνᾶσαι δυνάμαν.

Quem locum Burmannus comparavit ad Propert. L. 2. el. 18. v. 11. 12.

Quae si forte aliquid vultu mihi dura negarat,
Frigida de totâ fronte cadebat aqua.

Valerius Æduuus apud Gellium N. A. L. 19. c. 9. *Per pectus miserum manat subito mihi sudor.* Quoniam vero his elegantiarum deliciis nunquam satis perfrui possumus, propter illud

Ἐκ δὲ μετώπου
Ἱδρὼς ῥέεν· οὔθος ἐπεσταλάει.

iis addam Sapphus oden, quam servavit et tanquam exemplum sublimis dicendi generis nobis proposuit Longinus, eique, quamvis jam olim id magnâ ex parte fecerit Catullus Carm. LI, meam versionem latinam, quâ totum carmen explicabitur, addam. Cum vero id plus semel a viris doctis aliter atque aliter emendatum inveniatur, dabo, ut legitur in editione Longini a Cl. Toupio procuratâ, Sect. X.

Φαίνεταί μοι κῆνος ἴσος θεοῖσιν
Ἔμμεν' ὄνηρ, ὅστις ἐνάντιός τοι
Ἰσδάνει, καὶ πλησίον ἆδυ φωνεῦ-
σας ὑπακούει·
Καὶ γαλαίας δ' ἰμέρεν· τό μοι μὰν
Καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόησεν·
Ὡς γὰρ ἴδω σε, βροχέως με φωνᾶς
Οὐδὲν ἔτ' ἦμι.

Ἀλλὰ

Ἀλλὰ καμοῦν γλῶσσ' ἄγνυται, ἂν δὲ λεπτὸν
Αὐτίκα χρῷ πῦρ ὑποδδράμακεν·
Ὀππάτεσσιν δ' οὐδὲν ὄπημι, βομβεῦν
ἐν δ' ἀκοαί μοι.
Κὰδ' ἱδρὼς ψυχρὸς χέεται, τρόμος δὲ
Πᾶσαν ἀγρεῖ· χλωρότερα δὲ ποίας
Ἔμμι· τεθνάμεν δ' ὀλίγον πιδεύω
Φαίνομαι ἄπτυστος

Sic mi Divis similis videtur,
Iucundus in te prope qui residit,
Auribus captans avidis loquelam
dulce sonantis.
Suave sed rides, tua me venustas
Concutit pectus subito pavore,
Et nihil vocis modo te videntem
pervenit ad me.
Lingua sed torpet, tenuis per artus
Protinus cutem subit ignis, ipsis
Tinniunt aures, oculique nullâ
luce fruuntur.
Labitur sudor gelidus per ora,
Sum tremor totus, velut herba pallor,
Spiritus fugit, videor perire
morte propinquâ.

Caeterum de hoc odario, quo, ut ait Toupius, nihil elegantius vidit Graecia, Consule Burmann. ad Anthol. Vet. Poët. L. 3. Tom. 1. p. 672. J. Vossium et J. A. Vulpium ad dictum Catulli Carm. 51. nec non Tib. Hemsterh. in Observat. Miscell. Tom. IV. p. 287.

V. 10. In versione latina MSS. legitur

Haec data sola juvant!

Ep. 2. Meminit hujus Epigrammatis Mitscherlich ad Horat. L. 2. Od. 2. p. 37. quod suavissimum vocat et illustrat.

V. 5. Οἰνόπλυξ — Georg. Arnoldus, ut ad Exemplar Ruhnken. notatum video, in Misc. Observ. T. V. p. 279. legi mavult, ἀνάφλυξ, *vinum spirantibus*. Sed cum Jacobsio hac conjectura nos supersedere posse, existimo, quoniam si ἀνάφλυξ, ut est apud Etym. Magn. et Pha-

vo-

vorinum dicitur ὁ εἰς τὸν οἶνον ἁρμῶν, illud verbum non magis domui aut tabernae applicari posset, quam οἰνοπλὴξ.

Τεράμνοις. τέραμνα seu τέρεμνα sunt tecta domorum vel aedes ipsae. quâ de voce Vid. Valckenaerium ad Euripidis Phoen. v. 335. p. 118. et ad Hippolyt. vs. 417. hic loci indicari videntur, in quibus epulae et convivia habebantur; ut illud in N. T. Marc. 14. v. 15. et Luc. 22. v. 12. ἀνώγεον cenaculum, quod erat in superiore parte aedium.

V. 6. Κεῖσθαι. Codicum lectio est πλάθειν quam Aldus dedit in primâ editione. at in secundâ, κεῖσθαι, quod in ceteras editiones propagatum esse, existimavit Br. Lect. et Emend. p. 125. Nihilominus in editione Basiliensi, cum annotationibus juvenis Jo. Brodaei post Aldinam secundam et ante tertiam in lucem emissâ, apud Froben et Episcop. 1549. etiam legitur πλάθειν, quod defendi potest ex nonnullis Sophoclis, Euripidis et aliorum Scriptorum locis; dicitur pro πελάζειν, ut monuit Phavorinus; vel ut Suidas πλησιάζειν.

V. 7. Λύθρος Schol. Hom. ad Iliad. T. v. 503. ὁ ἐκ τῆς πολεμικῆς ἐνεργείας μολυσμός. ἢ τὸ μετὰ κονιορτοῦ καὶ ἱδρῶτος ἀνθρώπειον αἷμα, λύθρος καλεῖται. Quod optime huic loco convenit. conf. Hesychium et L. 6. T. 25. c. 15. eodem sensu legitur hoc verbum in L. 4. T. 8. c. 27. Sic μιᾶναι λύθρῳ τὰς χεῖρας, dixit Alciphron L. 1. ep. 8. p. 30. ad q. l. Vid. Bergleri notas, qui afferre non neglexit Luciani locum Tyrann. tom. 2. p. 154. ubi depingit filium ante tyranni oculos jacentem ἁιματος καὶ λύθρου ἐμπεπλησμένον. Hoc elegans Epigramma Dan. Heinsius protulit ad C. Sil. Italic. L. 1. v. 620. ubi male οἰνοπῆξι pro οἰνοπλὴξι legitur. Addidit ei non minus elegantem interpretationem, quam, quoniam in doctissimi viri poëmatibus non invenitur, hic locum habere volui.

Quis clipeis sacram, quisnam splendentibus hastis,
Quis (pudor) illaesâ classide cinxit humum?
Mavorti ingratum suspendit gratus honorem.
Di, precor, a nostrâ sint procul illa domo.
Justius haec Bacchi poterant pendere tabernis,
Haud ea sunt templis, Mars pater, apta tuis.
Mi lacerae exuviae, pulvisque hominumque cruorque
Sint, hominum gaudet caedibus ille Deus.

Ep. 3. Μυσυάλικον τῇ Ἀφροδίτῃ, quod Huetius in εὐμίγγι mutat. cum Jacobsio rectius hoc lemma in Vaticano concipi arbitror, εἰς εὐμίγγιν κειμένην ἀνάθημα τῇ Ἀφροδίτῃ.

V. 1.

V. 1. Ἀ σύμμυε Attice nominativus cum articulo pro vocativo positus. D'Orvillii Critica Vannus p. 141.

V. 4. Br. ex Cod. Vat. pro νίμεται, μίνεται.

Ep. 4. V. 4. Vinc. Opsopaeum, qui hic Νύμφας Ἐφυδριάδας a quercubus ita nominatas putat, optime refellit Adr. Behotius Apophor. Lib. 2. cap. 1. et pro *pura impleamini potione* latine reddendum existimat, hanc domum *puro implete potu*. quod et Burmannus annotavit. Non enim Nymphas impleri, sed a Nymphis fontes aquis impleri, credebant prisci. Neque aliter Grotius

nec ipsam
Destituant unquam pocula pura domum.

et Paulus Stephanus.

Salvete et dulces rivi labantur aquarum,
Heic facite et pedibus ludite amabilibus.

V. 2. ἔσαρο Recte cum spiritu aspero D'Orville in Vann. Critic. p. 491. Br. pro ἀντιάσας dedit ἀντιτυχὼν, quod et ad Exempl. Ruhnkenii notatum. Sed ἀντιάσας ferri potest pro μεταρχὰν, aut κοινωνήσας, ut apud Suidam. conf. L. 6. T. 3. c. 8. et quae dedit Eustath. ad Homer. p. 30.

V. 3. ὑγρόεντα δόμον. Virg. Georg. l. 4. v. 363.

Jamque domum mirans genetricis et humida regna.

domus eleganter dicitur de fonte et antro Nympharum. Ovid. Metam. l. 1. v. 574.

Haec domus, haec sedes, haec sunt penetralia magni
Amnis: in hac, residens facto de cautibus antro,
Undis jura dabat, Nymphisque colentibus undas.

Et Martialis L. 4. e. 57.

Ergo sacri fontes, et littera grata valete,
Nympharum pariter Nereidumque domus.

Et Propertius l. 1. el. 20. v. 34.

Grata domus Nymphis humida Thyniasin.

ubi Vulpius *qualem describit Leonidas Tarentinus Anthol.* L. 1. T. 3. c. 4. Leonidae Tarentino itaque attribuit hoc epigramma Vulpius, quod mihi quidem a re non alienum videtur, quoniam de Hermocreonte Epigrammatario nihil constat, et quod ei detur T. 20. c. 10. h. l. in prima editione Timocreontis esse dicitur. Praeterea hic titulus ex primo versu natus videtur, in quo παῖς Ἑρμοκρέων, quasi qui dona dedisset, et carmen composuisset, idem esset. at puto legendum παῖς Ἑρμοκρέων, ut in-

introducitur puer seu adolescentulus, quem, limpido fonte reperto, poëta gratum animum Nymphis afferre fingit. Grotium secutus latine verterem.

Nimphis, Hermocreon puer hoc vos munere donat,
Mentitis vitreo fonte repertor aquae.

Illud enim τάδε hic facile omitti potest, senilis enim aequè perspicuus.

Ep. 5. V. 1. 2. Hoc distichon laudat Suidas in v. πάγον. ubi vid. Kusteri notas. apud Brunck. Tom. 1. p. 229. legitur ἱερὸν male typographi errore, quod vir doctus ipse monuit in L. et Em. p. 50.

V. 3. 4. Et illud distichon invenitur apud Suidam v. Γλαυκῶνος ubi αἰγιβότων. et v. 3. iterum apud Suid. v. Μαῖα vol. 2. p. 511. quod et ad Exempl. Ruhnk. notatum. De quadrati Mercurii formâ Vid. Brodaeum ad h. l. conf. V. D. ad Thucydidem l. 6. §. 27. et J. A. Bosii indicem in Nepotem, nec non Castellan. de Festis Graecor. in Thes. Antiq. Graec. vol. 7. p. 666.

V. 3. Lege Ἰλάει. et de voce φαιὰ Conf. eruditissimi Ruhnkenii notas ad Timaei Lexic. p. 277. ubi et hujus epigrammatis mentionem facere non neglexit. conf. L. 6. T. 7. c. 12. et c. 13.

Tit. 4. ep. 1. Hoc Epigramma omnino conferendum cum sequente Ep. 3. Platonis junioris, quod cum Ep. 4. Antiphili conjungendum esse monuit Brunck. L. et Em. p. 31.

V. 6. Εἰς ἕλεον. Recte G. Canterus Novar. Lection. L. 3. cap. 23. in Lampade Graeca Gruteri Tom. 3. p. 585. emendat, εἰς τέλεον. quod etiam fecit Jo. Jac. Wetstenius ad Nov. Testam. Tom. 2. pag. 249. ad Exempl. Ruhnkenii legitur. *Dion. Voss.* τέλεον *Vid. G. Canter. Nov. l.* 3. *c.* 23.

Ep. 2. V. 1. ἠρτάζεν. Apollon. Rhod. L. 1. v. 738. et 739.

Ζῶστρα μὲν ἐκπρόσθεν ἠρτάζεν
Οὔρεσι ἠλιβάτοισι κάρη, μεγάλοντι ἐοικώς.

qui locus Brodaeum non fugit. Eustath. ad Homer. Odyss. T. p. 1475. vs. 29. ἀρτάζων δ' ἐστὶν αἴρων. κουφίζων. et sic L. 4. T. 28. ναῦται χείρας ἀρτάζουσιν.

Ep. 3. 4. Haec, ut ab eodem auctore profecta, uno tenore legi posse, arbitrabuit. Sed Vid. de his accurate agentem Jacobsium, in Animadv. vol. 1. part. 1. p. 359. et 360.

V. 2. Ep. 4. ἐκπρόσθεν. Haec vox denotat quidquid ad militiam nauticam pertinet, et ut scribit Eustathius ad Hom. Odyss. Θ.

p. 1592. v. 39. παρὰ ἀφέσεων λέγεται. Unde apud Thucydidem lib. 6. §. 31. p. 397. ὑπηρεσίαι dicuntur navium ministri. Vid. Dukeri notas, et L. 8. §. 1. p. 507. sunt armamenta seu ministeria ad nauticos usus necessaria: et Polybius L. 5. c. 109. Tom. 2. p. 446. ed. Schweigh. τῆς κατὰ θάλατταν ὑπηρεσίας memorat. et L. 1. c. 25. Tom. 1. p. 63. hoc modo scribit, αὐτὴ (ναῦς) μὲν ταῖς ὑπαρσίαις ἐξηρτυμένη, καὶ τὰν χρυσοτοῦσα διέφυγε παραδόξως τὰν κίνδυνον. Verbum, inde ad δουλείαν, ut apud Phavorin, ὑπηρέτης, πυρίως μὲν ὁ ναύτης, καὶ ὁ δοῦλος, et ad alia vilia ministeria translatum. quod et ipse Thucydides jam indicavit, cum ait L. 1. §. 143. p. 94. κυβερνήτας ἔχομεν πολίτας, καὶ τὰν ἄλλαν ὑπηρεσίαν, πλείους καὶ ἀμείνους ἢ πᾶσα ἡ ἄλλη Ἑλλάς. et Polybius L. 15. c. 25. Tom. 3. p. 543. παρεισαγαγὼν ἐκ τῆς διακονίας καὶ τῆς ἄλλης ὑπηρεσίας τοὺς ἀνικανωτάτους καὶ ἀρετωτάτους. Lucian. Dial. Deor. XXIV. Tom. 1. p. 275. Τί μὴ λέγω, ὃς τοιαῦτα πράγματα ἔχω, μείνας κἀμοί γε, καὶ πρὸς τοσαύτας ὑπηρεσίας διακεκριμένος. Gravis imprimis atque elegans locus est ex Xenophontis epistolis, quem nobis servavit Eusebius Praepar. Evangel. L. 14. c. 12. atque etiam invenitur apud Stobaeum Serm. CCXI. ed. Gesneri p. 713. et Aurel. Allobr. Serm. LXXVIII. p. 467. Ὅτι μὲν γὰρ τὰ θεῖα ὑπὲρ ἡμᾶς, πάντι δῆλον. ἀπόχρη δὲ τὸ κρεῖττον τῆς δυνάμεως αὐτοῦ σέβειν. ὃ δὲ εἰσὶν, οὔτε ἐυρεῖν ῥᾴδιον, οὔτε ἐυρεῖν θεμιτόν. οὐδὲ γὰρ δεσποτικὴν φύσιν ἢ πρᾶξιν δούλους δεῖ εἰδέναι, ἃς οὐδὲν πλέον ὑπηρεσίας προσήκει. Elegantissima sane ac prudentissima verba, quibus nos homunculi a divinâ naturâ ulterius perscrutandâ revocemur. Non dissimile sane illud Apostoli Actor. cap. XVII. ubi inutilem illorum laborem depingit, qui Deum, cum ubique sit, procul a se quaerunt. Ζητεῖν τὸν Κύριον, εἰ ἄρα γε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν. ad quem locum miror doctissimum atque accuratissimum Wetstenium hanc Xenophontis sententiam non attulisse, neque illa meminisse, quae Cicero profert de Lega L. 1. c. 23. quem locum, etsi longior, apponam. *Idemque cum coelum, terras, maria, rerumque omnium naturam perspexerit, eaque undique gubernata, quo recurrant, quando, quo modo abitura, quid in iis mutandum et addendum, quid divinum aeternumque sit, viderit,* IPSUMQUE RERUM MODERANTEM ET REGENTEM POENE PREMENDERIT *sesequo, non unius circumdatum moenibus loci, sed civem totius mundi, quasi unius urbis agnoverit; in hac ille magnificentia rerum, atque in hac conspectu et cognitione naturae. Di immortales! quam ipse se noverit.* Nos magnam auctoritatem huic disputationi Xenophontis tribuere, facile apparet, et tamen haec verba non ab eo, sed a seniore aetatis sapiente, quem ipse memorabilia egerat, pro-

profecta putamus. Et primum quidem, quod vox ὑπηρεσία non videtur esse Xenophontea, nam non nisi in uno hoc loco apud eum invenitur; deinde quod auctor, qui illud παῤῥησιάζεσθαι, libere loqui, ubique suis inculcat lectoribus, non adeo praeceptorum suorum oblivisci potuerit, ut servo invideret, si suos animi sensus libere proferret. contra ei praecarum videbatur, aut potius, καλὸν μάχεσθαι, ὅπως μὴ ποτέ τις δοῦλος μέλλοι γενήσεσθαι. de Cyri Instit. L. 3. c. 6. et παῤῥησιάζεσθαι πρὸς ἀλλήλους, l. 5. c. 5. tam sedulo commendat, ut in Agesilao illud maxime laudaverit, quod τῶν παῤῥησιαζομένων δυδένα ἤχθρανε. cap. XI. §. 5. Unde tamen haec Eusebius desumserit, ignoro. Egregia hujus viri fides nuper admodum vindicata est ab eruditissimo Valckenaerio in suâ Diatribe de Aristobulo Judaeo, §. XXVI. p. 79. quem aureum libellum debemus vigilantiae et curis Jo. Luzaci, viri praestantissimi et nobis amicissimi. De voce ὑπηρεσία si quis plura requirat, adeat Phavorin. ubi inter alia ὑπηρέσια dicuntur τῶν κατηφατούντων δέρματά τινα, ὡς, προσκεφάλαια ἐφ' ὧν καθίζονται. et Indicem Graecitatis Demosth. a Reiske confectum vol. 20. p. 767. et adnotat. Schweigh. ad Polybium Tom. 5. p. 214.

Ep. 4. Primum distichon laudat Jac. Gronovius ad Taciti Annales. L. 13. cap. 46.

V. 3. ad Exempl. Ruhnk. ἄιρων, quae lectio Vat. Cod. debetur. Duos postremos versus Grotius latine non reddidit, quare nostrum erat illud tentare. lege itaque

Fit satis amborum sic sensibus una facultas,
Inque vicem, quod ei defuit, ille dedit.

Ep. 5. Ep. 6. Horum epigrammatum mentionem fecerunt Is. Casaubonus ad Hist. Aug. Script. Æl. Spart. Adrian. cap. 26. vol. 1. p. 210. ed. maj. p. 41. et J. Tristan. Comment. Histor. Tom. 1. p. 452. quod et Burm. annotavit. Titulus in Ed. pr. Flor. Ald. pr. et Frobenh. habet Ἀδριανῷ τῷ βασιλεῖ. cum Ald. Secunda Ἀδριανὸν τὸν βασιλέα, dedit, quod alii recte secuti sunt.

V. 2. Ep. 5. Vat. Cod. Ed. pr. Flor. et Ald. pr. ἡμέτερον. at ille in erratis illud in ἡμέτερον immutatum voluit, quod et Vinc. Opsopaeus amplexus est, et in omnes alias editiones transiit. lege etiam Σῶσόν pro Σῶσον.

Ep. 7. Amplius hoc lemma apud Brunck. vol. 2. p. 178. Εἰς τυφλὸν, ὃς ἀνελθὼν εἰς τὸν ἐν Ἐλευσῖνι ἱερὸν, τῆς τελετῆς γιγνομένης, ἀνέβλεψεν, ἀμοῦ δὲ μετέσχε τῶν μυστηρίων.

V. 1. βέβηλον. Scholiastes Sophoclis ad Oedip. Colon. v. 10, a quo

sua desumsit Suidas, haec habet: βίβηλος γὰρ τόπος, ὁ ἀκάθαρτος καὶ βεβήλῳ πᾶσι, καὶ βέβηλος ἀνὴρ ὁ μιαρός. Εὐριπίδης Πρωτεσιλάῳ.

Οὐ γὰρ θέμις βέβηλον ἔστεσθαι δόμων.

καὶ

Ἀείδω ξυνετοῖσι. θύρας ἐπίθεσθε βεβήλοις.

Βέβηλος οὖν, τοῖς πᾶσι βατοὶ μοι τόποι, μηδὲ ἀνειμένοις ἐροῖς· ἐκ μετάφορᾶς δὲ βεβήλους καὶ τοὺς ἀμύητους φησὶ καὶ ἀκαθάρτους. Θύρας ἐπίθεσθε βεβήλοις solemnis est formula ab Ecclesiae Patribus plus semel commemorata. In quâ tamen magna lectionis varietas. βεβήλοις, ut hic, dedit Grotius Stob. Floril. p. 161. et Theodoretus Serm. 1. vol. 4. p. 478. quod et sensum postulare asseris J. M. Gesnerus ad Orphei Fragm. p. 358. aliis βέβηλοι ut apud Schol. Soph. ed. Princ. Rom. et Steph. 1553. p. 104. et Justin. Cohort. ad Graec. Tatian. Orat. ad Graec. ed. W. Worth p. 94. quamvis in eâ ex Congreg. S. Mauri post Justin. p. 251 βεβήλοις legatur. in Clem. Alexandrini Cohort. ad Gentes edit. Sylburgii p. 48. et Potteri p. 63. cui magis placet βεβήλοις tamen βέβηλοι in textu legi voluit, ut illud quoque occurrit apud Lucian. de Sacrificiis. vol. 1. p. 537. ubi Conf. docti Solani notas. et apud Cyrillum contra Julian. L. 1. p. 261 quam lectionem etiam secutus est Erasmus in Adag. p. 796. et 832.

Si Aristobulo fides habenda sit apud Euseb. Praeparat. Evang. L. 13. c. 12. p. 664. illud etiam retinendum.

Φύγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας ἐπίθεσθε βέβηλοι,
Φεύγοντες δικαίων θεσμοὺς, θείου τεθέντος
Πᾶσι νόμου.

Quae Franciscus Vigerus ita interpretatus est.

Fas quibus est narrabo: fores claudunto profani,
Queis sanctae leges odio, quas omnibus auctor
Ipse iubet positique Deus.

Haec vero omnia impudentiam ac fraudem prodere Aristobuli egregie admodum demonstravit A. Ch. Eschenbach in Epigene de Poesi Orph. p. 140. et Seq. Primum enim versum, genuini et antiqui carminis initium, modo attulit idem ille Eusebius L. 3. c. 7. p. 97. ubi de Aristobulo nulla mentio facta. Videtur tamen ubique legendum esse βέβηλοι et vertendum *portas occludite profani.* quoniam hoc praeceptum non ad initiatos, sed ad initiorum Sacris non imbutos pertinet, qui suas aures occludere jubentur, si quid de sacris audiant, quod non intelligunt. Dissimili vero ratione, quam Horatius, qui L. 3. Od. 1. profanum vulgus a suis carminibus arcet Callimachum secutus.

Procul o, procul este, profani.

Huic sententiae favet elegantissimus Galeni locus, de Usu partium L. XII. c. 6. Tom. IV. p. 593. Cujus et meminit hic Brodaeus, et M. Solanus ad Lucian. et Ez. Spanhemius ad Callimachi Hym. in Apoll. v. 2. Ejusmodi est. ὥσπερ οὖν τοῖς μὴν ἐπιθέσθαι θύρας πάνυ βεβήλους κελεύουσιν ἐν τοῖς μυστικοῖς λόγοις, οὕτω κἀγὼ νῦν οὐκ ἀνθρωπίνοις νομοθετήσαιμι, ἀλλ' ἀυτοῖς τοῖς ἀληθεστάτοις τελῶν μυσταγωγοῖς, θύρας ἐπιθέσθαι πολλὰς τοῖς μὴ πρὶν ἀπεδαμασκηκόσι μεθόδου βεβήλους. ὅσοι γὰρ ἂν ἄπτωσι θύρας, ἢ ἐκκλίνωσι τῆς ἀληθείας τῶν ἐντεῦθεν λεγομένων αἴσθησιν. eodem modo Plato in Convivio vol. 3. p. 218. ed. Steph. dixit πύλας τάνυ μεγάλας τοῖς ἄμὴν ἐπιθέσθαι. ad Callimach. vero consulendae praestantissimi Spanhemii notae. Hujus itaque formulae auctor non tam excludi profanos a mysteriis, quam eos quidem deterrere voluit, ne ad sacra accederent, quae, ab ipsis non satis intellecta, audiendo justitiae divinae iram provocarent. Sed vid. Hadr. Junii animadvers. L. I. c. 8. Ceterum ad illud Homeri θύρας ἐπέθηκε φαεινάς. Il. ξ. v. 169. hoc annotavit Eustathius. p. 974. v. 43. ἐπιθεῖναι θύρας ἐστὶ τὸ κλεῖσαι καὶ τὸ ἐπιφράξαι, ἀποκλεῖσαι. ἢ ἐπιφράξαι. Confer. Odyssi X. v. 157.

V. 5—6. Hos versus commemorare non neglexit Wetstenius ad Evangl. Matth. c. 9. v. 31. qui versu ultimo etiam legit δμματι, sed ex Vat. Cod. dedit Brunck δμμασι, quod cum Jacobsio verum arbitror. in versione Latina v. 3. pro *deae* lege *Deae*, et v. 4. pro *ipsa illa*, ut est in MSS. D'Orvill.

Ep. 8. Leg. Erycii. V. 1. Br. Μίδων, ad exempl. Rubnken. Μινδῶν, quod ex Cod. Vat. derivatum. Apposite ad h. l. Jacobsius attulit historiam, quam memorat Lucian. Philopseud. Tom. 3. p. 38. de quodam Mida, vinitore, qui a serpente, e suis latebris prorumpente, crudeliter vulneratus, in pleno foro, jam putrescente crure, jacebat, cujus e corpore vir Babylonius carmen recitando venenum ejecit.

V. 1. Γεράνδαμα. Hesych. γεράνδρυες. αἱ παλαιαὶ δρῦς, καὶ τὸ παλαιὸν δένδρον γεράνδρυα. Suid. Γεράνδρυα. παλαιόν. φυτὸν καὶ γεγηρακὸς καὶ τὰ ἐν τῇ ἰλίᾳ συμφυῆ καὶ ἐξηραμμένον. Unde proverbium Γεράνδρυον μετὰ φυτευόμενον, aut ut apud Apostolium p. 63. Γεράνδρυον μετὰ φυτείαν in Metricis apud Schottum p. 606. Γεράνδρυον παλαιὸν φυλλοστοχοῦντα. de hac voce Vid. omnino virum celeberrimum Ezech. Spanhemium Observat. in Callim. Hymn. in Jovem v. 22.

V. 2. Φωλεὸν in lustro sive spelunca delitescens. Unde φωλεάσιν dicuntur phalangia et alia reptilia, quod in suis plerumque sub terra latent castris. Vid. Salmas. ad Solin. p. 203. et Wetsten. ad N. T. p. 351.

p. 331. 1. 1. et uchuum hoc verbum transtulit Antipater Sidon. T. 56. c. 5. h. l.

V. 4. σηκεδόν Ald. Sec. et Alii, pr. emendata, quam tamen lectionem non secuti sunt alii. Sed notatam video ad Cod. Leid. Recte Salmasius in notis legi voluit χλαῖνα τάφου κατ' ἀμαξιδάλους.

V. 5. Ἐτμήθη δ' ἀπὸ τῆς τιβαρὸν γόνυ. — Illud ἀπὸ τῆς quod nullum idoneum hic praebet sensum, certe vitio non caret. Jacobsius Jos. Scaligeri conjecturam non probat, at neque ego in docti viri emendatione, legentis ἐτμήθη τὸ πάλαι τιβαρὸν γόνυ — acquiescere possum, alio modo mendam tollere conabor. Vulneratus erat Midon, dum veteres arbores radicitus erueret, a phalangio, seu aliâ ex araneorum genere, sub terrâ latente, bestiolâ, quo ictu sinistrum pedem amiserat, in cujus locum successerat baculum ex olivâ. Lege itaque Ἐτμήθη δ' ὑπὸ γῆς τιβαρὸν γονὸ, *disfectum est sub terrâ validum genu*, cum supra terram uno pede et baculo, ex oleâ procerâ facto, incedo. Metrice.

Sub terra sectum juvenile genu; super unus
Pes mihi, at alterius praestat oliva vicem.

Tit. 5. Ep. 1. Conferendum omnino cum hoc Epigr. Epigramma 33. L. 3. T. 5. V. 1. Γυμνὸν Eustath. ad Hom. Iliad. Φ. v. 50. γυμνὸς ἀντὶ τοῦ ἄοπλος, καὶ γυμνῆται φρουροῦνται οἱ ἄοπλοι. p. 1222. v. 52. conf. Odyss. K. v. 301. et 342. vol. 3. p. 1660. v. 40. ut Homerus γυμνὰ τόξα καὶ ἄοπλα sic Cicero *inermem ac nudum* jungit de Fin. L. 1. c. 7. et sic Polybius L. 3. c. 82. γυμνὸν καὶ ἄοπλον sibi invicem opponit, et Lucian. de Parasito Tom. 2. p. 863. ἀνάγκη γὰρ τοὺς μέλλοντας ἐπιλέγεσθαι, γυμνοῦσθαι πρότερον. et Jo. Tzetzes Posthom. v. 394. Γυμνὸς ἰὼν καὶ ἄοπλος. Vid. etiam quae dedit Klotzius ad Tyrtaei Carm. p. 65. et 664.

V. 2. ἰθύτα ad Exempl. Rulnk. ἰθύτα, neque aliter in Emendat. Sylburg. ἰθύτα metur Suidas. v. παλίντροπος.

V. 3. Vid. Ruhnken. Epist. Crit. 1. p. 37. ed. vet. Br. Tom. 3. p. 247. pro Ἀστὴν, Ἄστυν dedit, ut et λόγχαν, et ἐνεκμένα.

V. 5. Aldin. prima emend. πρὸς Ἄδου et Sec. et Tertia ex Cod. Vat. in aliis vulgata lectio.

Ep. 2. Similis omnino argumenti Epigr. legitur in notis L. Kusteri ad Suidam. v. Ἄρης p. 319. quod ad suum exemplar annotare non neglexit P. Burmannus primus. Inter Carmina Jensiana etiam illud dedit Reiske p. 153. quod quamvis elegans est, et doctorum virorum curam plus semel meruit, ut D'Orvillii ad Chariton. p. 82. et Adr. Heringae in Observat. c. 30. p. 268. et D. Ruhnkenii in Epist. Crit. p. 69. proferam,

ut

ut hoc Ruhnkenius legendum esse putavit. cui meam interpretationem latinam addam.

Αὐτὰ τοι τρίσσαντι παρὰ χρόος, ἔπασεν ἔδαν,
Βαψαμένα κείλων ἐντὸς ἄρη λαγόνων,
Μάτηρ, ἃ σ' ἔτεκεν, Δαμάτρι. Φᾶ δὲ σίδαρον
Παιδὸς ἑοῦ φύρδαν μεσὸν ἔχουσα φόνῳ,
Ἀφρόεν κοναβηδὸν ἐπιστρίφουσα γένειον,
Δερκομένα λοξαῖς, οἷα λέαινα, κόραις·
Λεῖπε τὸν Εὐρώτιον, ἴθι Τάρταρον, ἀνίκα δειλὸν
Οἶσθα φυγὰν· τελέθεις οὔτ' ἐμὸς, οὔτε Λάκων.

Intulit ipsa tibi mortem, cum turpe timeres,
Condidit et gladium viscera in ima parens.
Haec quae te peperit, Demetrie, dat tibi ferrum,
Idque suae foedans sanguine prolis, ait,
Dentibus infrendens, spumantiaque ora coruscans,
Convolvens oculos utque leaena truces;
Eurotam linquens pete Tartara; dum tibi nota
Sit fuga, non meus es, nec Lacedaemonius.

hujus Epigrammatis etiam mentionem fecit Suidas in V. V. Ἀφρόεν, Εὐρώτιον, Κόναβος, Λοξὴ φάλαγξ, et Φύρδην. aliud etiam de hac ipsa historia epigramma invenies in L. 3. T. 5. e. 33. quod ad hoc Ep. h. l. attinet, illud laudat Suidas. in δῆρις T. 1. p. 548. et totum distichon in δόρ T. 1. p. 241. et excitat idem in ζώων. T. 2. p. 14. ut et in διεμορόεν T. 1. p. 636. quod et summus in his litteris vir Ruhnkenius notavit. V. 3. Ζώων μὲν, tollatur comma. Est elegans allusio ad hoc in Ep. ab Ang. Politiano Graeco sermone et carmine scripto, in hujus docti viri operibus. edit. 1498. in fine.

V. 6. σωζομένα, in meâ patriâ conservatâ, quod, ut nemo alius, sic legi voluit Johnson p. 2. probari potest ex Euripid. Phoenis. vs. 1096. τῆς δὲ γῆς σεσωσμένης. aliisque e veterum auctorum locis.

Ep 3. initium laudat Suidas v. μνῆσις. T. 2. p 569.

Ep. 4. Respicit poeta ad illud ingens saxum, quod Ajax in Hectorem conjecit. Il. H. v. 268. — et Il. v. 409. V. 1. Lege Αἰάντειον.

V. 4. apud Br. T. 3. p. 62. ἐξεκόλισα et v. ultimo γνάμενος, πολύγνιον. notetur usus vocis admodum propriae, quae saepius in Anth. occurrit ut L. 1. T. 13. e. 8. T. 20. e. 11. T. 61. e. 1. T. 67. e. 25. T. 80. e. 16. L. 3. T. 9. e. 3. T. 24. e. 5. et 8. L. 4. T. 32. e. 4. 5.

4. 5. et 6. L. 5. T. 2. e. 21. L. 6. T. 5. e. 3. T. 22. e. 9. T. 23. e. 1. L. 7. e. 24. 56. 78. 98. et 175. at inprimis elegantes L. 4. T. 20. e. 3. ad Echo imaginem.

Παντοίων σωμάτων λάβρον ἀκόνα, ποιμένων ὕδω
Παλγνιον. ὅσσα λέγεις, ταῦτα κλύω, ἄπιθι.

Sic etiam venuste Vulcanus apud Lucianum Deor. Dial. VII. de Virgâ, Mercurio puerulo in manibus datâ. ἐγὼ ἐκείνον δοκῶ αὐτῷ παλγνιον εἶναι. quare illud ad Echo Epigramma Luciani, non Archiae, ut visum fuit Brunckio, et aliis, esse arbitror. Grotius, cui Graeca Epigrammata latine reddere nullius erat negotii, praeter versionem, quae hic invenitur, aliam dedit in suis poëmatibus. p. 246.

Me petram Ajacis manibus sub pectus adactam
Hectoreum frustra tollere quaeris humo.
Aspra quidem et nigra sum: Sed magnus dicet Homerus
Prostratum nostro pondere Priamiden.
Nunc me vix possunt paullum tellure movere,
Isti homines, saeculi turpia probra sui.
Tu me, hospes, potius terrâ tege; namque pusillis
Jam me ludibrium dispudet esse viris.

Cum geminâ hac interpretatione Latinâ nunc comparet quicumque velit alias hujus Ep. versiones, inprimis eam D. Heinsii, quae est in ipsius poëmatibus p. 615. et fateatur nemini nisi Grotio hoc fuisse datum. In Latinâ versione lege Agathiae.

Ep. 5. v. 1. Edit. vett. βαθύδγγεες, castigavit Brodaeus βαθυάγκεες, quam lectionem secutus est Stephanus, et deinceps alii.

v. 4. ἀερόπτων. bene Ursinus ad ea Virgilii Georg. L. 4. v. 560. 561.

Caesar dum magnus ad altum
Fulminat Euphraten bello —

Non dissimili translatione usus videtur Bassus in quodam Epigrammate.

Ἀερόπτων κελτοῖς κυλὶν ἐκάλιον,

Basso itaque et non Crinagorae, ut est in Cod. Vat. hoc Ursinus cum aliis Ep. dedit.

Ep. 6. Hujus Ep. inter alios mentionem fecerunt Fed. Morellus in notis ad Constant. Porphyrogenn. Opera p. 119. ed. Meursii; et Cunr. Rittershusius Sacri Lection. L. 8. c. 11. atque illud etiam latinis versibus reddiderunt.

v. 2. Οὐδ' ἦν Ταρταρίη ῥῆνα ἔπεστα πλίν. quem versum neque Ursinum neque Guellium attigisse miror, ad eum Virgilii Ecl. I. v. 63.

Aut Astarim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

Sic Seneca Medeae v. 373. 374.

Indus gelidum potat Araxem:
Albim Persae, Rhenumque bibunt.

Et Lucanus L. 7. v. 187. 188.

Tyriis qui Gadibus hospes
Adjacet, Armeniumque bibit Romanus Araxem.

v. 4. Haec annotavit Th. Johnson. Καλωφ. *nempe Germanico; qui, post amissam Oceano classem, fudit Germanos. Vid. Tacit. Annal.* L. II. c. 25. *Invictos ea nullis casibus superabiles Romanos praedicabant* (Germani) *qui perditâ classe, amissis armis, — eadem virtute, pari ferocia, et veluti aucti numero irrupissent.* Quae observatio quam maxime convenit cum hujus Ep. auctoris, Crinagorae junioris, aetate, de quo praeclare egit Reiskius in notitia Poët. Anth. p. 221. et sqq.

v. 5. Br. οὕτως quod nullae editiones agnoscunt. Recte animadvertit Jacobsius eleganter et ingeniose Crinagoram usum esse imagine apud Homer. Il. μ. v. 132. sqq. quam exornavit Virg. Aen. IV. v. 441.

Annosa validam cum robore quercum
Alpini Boreae nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant: it stridor, et alte
Consternunt terram concusso stipite frondes.
Ipsa haeret scopulis.

Ursinus putat Virgilium ante oculos habuisse non dissimilem locum ex Il. II. v. 765. qui itaque huc etiam referri potest. Quamvis cum Burmanno frequentem esse epithetorum variationem agnoscam; tamen h. l. probarem *Annosam valido*, quam lectionem omnes meae priscae et optimae notae editiones confirmant; inter quas ea praestantissima Aldi 1514. ab Heynio tantopere laudata. quid enim est annosum ventorum robur, qui sane suam vim non, ut arbores, a tempore accipiunt?

Ep. 7. Hoc Ep. explicatur his Ciceronis verbis, de Fin. Bon. et Mal. L. 2. c. 34. *Si Xerxes, cum tantis classibus tantisque equestribus et pedestribus copiis, Hellesponto juncto, Athone perfosso, maria ambulavisset, terramque navigasset; si, cum tanto impetu in Graeciam venisset, cladem ejus quis ex eo quaereret tantarum copiarum tantique belli?* Hanc historiam et poëtae exornarunt. Vid. Jacobs ad h. l. Burm. ad Anth. Lat. T. 1. p. 190. et Th. Johnson hoc modo Νάθων. *Xerxem intelligit, qui Atho montem perfodit, ut classi iter pateret, et Hellespontum junxit, qua exercitum transmitteret.*

V. 3.

V. 3. ἴσχειν, *cohibuit*, *sustinuit* recte cum Elsnero defendit Jacobs. Eodem enim modo voce σέχειν usus est Polybius L. 3. c. 53. Οὗτοι γὰρ ἔσεξαν τὴν ἐπιφορὰν τῶν βαρβάρων. et L. 18. c. 8. θεωρῶν οὐ δυναμένους τοὺς παρ' αὐτοῦ στέγειν τὴν τῆς φάλαγγος ἔφοδον. Attamen non nihili est, quod ad suum exemplar summus in his litteris vir annotavit Ruhnkenius ἴσχειν. ἴσβεσεν. *Vid. p.* 569. L. 6. T. 15. e. 24. *Oppianus Halieut.* L. 5. v. 13.

Θῆρας ὑπερφιάλους βροτὸς ἴσβεσεν.

At vero ita et e. 20. L. 2. T. 13. etiam ultimus versus emendari posset legendo σβέσσαι pro στέξαι. ut morbus enim, sic omnis longius evagantis animi impetus, non tantum cohiberi, verum etiam exstingui debet. Hom. Il. π. v. 621. πάντων ἀνθρώπων σβέσσαι μένος. — *Sed nequeo me compescere* scribit Grotius, quod receptae lectioni favet

V. 4. αἰσχύνεστ' Vett. quaedam; Aldina secunda primum αἰσχύνεσθ'. at tertia αἰσχύνησθ', Sec. aldinae lectio probata in reliquis.

Ep. 8. V. 2. ὅλως Edd. vett. usque ad Ascens. quae ὅλος dedit. similis de Aelio Romano historia tractatur ab Apollonidâ, et Philippo Thess. L. 3. T. 5. e. 14. et 15. v. 1. Lege ὄν.

Ep. 9. Desumtum hoc Ep. ex Stobaeo ed. Gesn. apud Wechel. p. 171. et Aur. Allobr. p. 91. Grotii p. 51. Callimachi et Cynegiri strenuorum militum, in campo Marathonio fortiter pro patriâ pugnantium, mentionem fecerunt Plutarchus in Catone p. 647. ed. Steph. et Rualdi Tom. 1. p. 353. ut et qui in parallelis minoribus Plutarchi nomine abusus est p. 543. ed. Steph. et Rualdi Tom. 2. p. 305. Justin. L. 23 c. 9. et Ammian. Marcell. L. 24. c. 6. ubi eos *Medicorum in Graecia fulmina illa bellorum* nominat. Aelian. Hist. Anim. L. 7. c. 38. Maxim. Tyr. L. 5. c. 9. Simson. Chron. p. 708. at in primis Vid. Herodot. L. 6. p. 491. et ad eum locum doctissimi Valckenaerii not. Seorsum de Callimacho Vid. Suid. Tom. 2. p. 231. et v. Ἱππίας p. 142. et Pausaniam in Atticis c. 15. p. 37. Cynegiri factum laudatur, in e. 25. h. Tit. et L. 2. T. 10. e. 13. et L. 4. T. 8. e. 32. et 33. ut et apud Sueton. in Jul. Caesaris vitâ cap. 68. et Valer. Maxim. L. 3. c. 2. 251. Amborum fortium virorum laudes etiam praedicarunt duo Sophistae, Polemo et Himerius, quorum declamationes primus edidit Henr. Stephanus 1567. quibus hoc Panteleï carmen adjecit, eique elegantem versionem addidit, quae, quoniam non alio in loco invenitur, mihi hic denuo transcribenda videtur.

Tentata o vano belli fortuna labore.
Heu regi nostro quae fari verba queamus?
Cur immortales, ô rex, nos mittis in hostes?
Quos non prosternunt ictus, non vulnera terrent.
Unus totum agmen spoliavit, ibique cruentus
Permanet, indomiti veluti Mavortis imago,
Et stat tanquam arbos radix quam ferrea firmet,
Ac renuit labi: fors classem irrumpet in ipsam.
Solve age, Solve, minax fugiamus nauta cadaver.

Recte judicat Jacobsius, Sophistis miraculum illud de Cyneo Elateio obversatum fuisse, de quo haec habet Ovidius Metam. L. 12. v. 205.—207.

Voto Deus aequoris alti
Adnuerat: dederatque super; ne saucius ullis
Vulneribus fieri, ferrove occumbere posset.

Quare cum in hunc unum omnes simul irruerent, ut est v. 496.—499.

Tela retusa cadunt. manet imperfossus ab omni,
Inquecruentatus Caeneus Elateïus ictu.
Pecerat attonitos nova res. Heu dedecus ingens!
Monychus exclamat: populus superamur ab uno.
Μόνος ἀνὴρ σύλησεν ὅλον στρατόν.

Conf. Apollon. Rhod. L. 1. v. 59.—64. quem locum dabimus ut legitur apud Scholiast. Homeri ad Il. A. v. 264.

Καινέα γὰρ τὸν πρόσθεν ἐπικλείουσιν ἀοιδοὶ
Κενταύροισιν ὀλέσθαι, ὅτε σφέας οἶος ἀπ' ἄλλων.
Ἤλασ' ἀριστήων. οὐδ' ἔμπαλιν ἀρμηθέντες,
Οὔτε μὲν ἀγκλίναι προτέρω σθένον, οὔτε δαΐξαι·
Ἀλλ' ἄρρηκτος, ἄκαμπτος ἐδύσατο νείοθι γαίης,
Θεινόμενος στιβαροῖσι καταΐγδην ἐλατῆσιν.

Quae verba hoc modo latine verterem:

Caenea nam quondam memorant periisse poëtae
Contra Centauros, cum pugnam solus iniret,
Et bene rem gereret, quem missis undique telis,
Non turbare loco, poterant non laedere ferro,
At stetit impavidus, terramque immotus obivit.
Desuper injectis quaterens cum pectora ramis.

v. 3. τί μ' ἔπεμπες sic in editis; in Grotii Florilegio typographi, ut videtur, errore τί μ' ἔπεμπας, cum omnino scribendum sit, ut voluit Brunck. in Lect. et Emend. p. 219. τί μ' ἔπεμψας.

v. 6. in editione Steph. et Wechel. versus omissus est,

Αἱματόεις ἔσηκεν ἀτειρὲς Ἄρεος εἰκών.

v. 7. Qui editionem Wechelianam Francofurti 1600. curavit Stephanum videtur secutus, neque Stobaeum consuluisse, hinc δένδρεον ὡς, pro δένδρον δ' ὡς, et v. 8. τάχα νέεται pro τάχα δ' ἔρχεται. et v. 9. νέκυς δὲ φύγωμεν ἀπειλάς. pro νέκυς προφύγωμεν ἀπειλάς. δένδρεον ὡς tamen facile defendi possit ex Homero, Il. N. v. 437. 438. ubi magnanimum Alcathoum depingit.

ὅτε σήλην, ἢ δένδρεον ὑψιπέτηλον,

Ἀτρέμας ἑσταότα.

In versione Latina lege Pantelei.

Ep. 10. v. 7. ἀνύσει ita omnes, ante edit. Basiliensem 1549. quae probante Obsopaeo dedit ἀνύσει. lege ἀνύσσει.

Ep. 11. v. 4. Ἴλιον ἐξαλάπαξας proprie de Ilii excidio. Hom. Iliad. A. v. 129.

Τροίην εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι.

conf. Il. Δ. v. 33. 40. et Θ. v. 221. et 288.

v. 5. δεκέτηρος Ἐνυοῦς Recte ad illa Virgilii Aen. L. 2. v. 197. 198.

Quos neque Tydides, nec Larissaeus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinae.

Germ. Val. Guellius citât. e. 8. T. 70. h. 1.

Ἀ δὲ τοῦ ἁ κλεινὰ Πριάμου πόλις, ἂν ἐλαπάξαι
Ἑλλάνων δεκέτης οὐκ ἐτάλασσεν Ἄρης
Ἀμφαδόν.

Conf. e. 9. eodem in loco. v. 6. lege ἀνύσσει.

Ep. 12. v. 1. ὀφρυόεσσα. De voce ὀφρύς usu agemus ad e. 20. T. 33. h. 1. Hom. Il. X. v. 411.

Ἴλιος ὀφρυόεσσα πυρὶ σμύχοιτο κατ' ἄκρης.

Conf. et Heins. ad Ovid. Heroid. ep. 1. v. 48.

v. 2. ὁπκότ' Lege ὁπκότ'.

v. 3. Μῆνιν ἀποβλίψας.

Non dissimile illud.

Il. I. v. 513. 514.

Οὐκ ἂν ἔγωγέ σε μῆνιν ἀποβλίψαντα πελοίμην
Ἀργείοισιν ἀμυνέμεναι, χατέουσί περ ἔμπης.

Ep. 13. Τίνας ἂν Ἕκτωρ Ald. prima emendata, secunda et tertia.

Ep. 14. v. 1. Brunck. ἀδεινῶν nullâ in notis ratione redditâ; hunc sequitur Jacobsius, cum omnes priscae editiones vulgatam lectionem τὸ σθένων tuentur.

Ep. 15. In editione Badii Ascensii 1531. additum Patrocli responsum receptum est a Stephano et aliis.

Ep. 16. et Ep. 17. in antiquis editionibus non inveniuntur. ex margine Wechel. in textum recepta sunt, ubi v. 3. legitur ἐν ἑλλιπῆ. v. 2. in versione Lat. lege pro *ego haec*, *ego sed* ut in MSS.

Ep. 18. Hoc explicatur ab Abramo ad Ciceron. Oration. in L. Pisonem part. I. p. 892. et ed. Graevii Tom. 3. part. I. p. 743. Vid. et Erasmi adagia p. 1118. qui illud hoc modo vertit.

Nunc telis petitote meum post fata cadaver,
Audet vel lepus exanimi insultare leoni.

Ep. 19. Q. Septimius, Dictyos Cretensis, ut videtur, interpres L. 2. c. 3. *Telephus, quum obstinate Ulyssem — insequeretur, praepedimus trunco vitis ruit, id ubi Achilles procul animadvertit, talo jaculatus femur sinistrum regi transfigit.* de Telepho plura erunt dicenda ad Ep. 36. L. 7. Quod ad mortem Achillis Vid. Dict. Cret. L. 4. c. 10. et 11. At Guido de Columna in Historiâ Trojanâ narrat, Paridem, Hecubae matris precibus et lacrymis permotum, se cum viginti sibi fidelibus in templo Apollinis latenter occuluisse, quo cum Achilles, Polyxenae amore captus, nuptiarum contrahendarum causâ, hortatu Hecubae, venisset, in eum ensibus irruisse, nudumque et inermem interfecisse, quamvis alii scribant, Paridem, post simulacrum Apollinis cum lateret, sagittam in Achillem, nil tale opinantem, immisisse, unde vulgatum fuit, ipsum Apollinem tela direxisse atque Achillem interemisse, unde Virgil. L. 6. v. 56.—58.

Phoebe, gravis Trojae semper miserate labores,
Dardana qui Paridis direxti tela manusque
Corpus in AEacidae.

Haec explicationi epigrammatis inserviant.

Ep. 20. Macynium sive Macynum fuit oppidum AEtolorum, quod, licet difficillimum esset captu, utpote Taphiasso, alto monti, impositum, tamen expugnavit Philippus, Demetrii filius, rex Macedoniae. Obsopaei errorem, qui Μακύνου a verbo μηκύνεσθαι derivabat, indicavit Lu. Holsten. ad Steph. Byz. p. 197. Vid. et Abr. Berkelii notas h. v. p. 531. Strabo L. 10. p. 692. hujus urbis meminit, ut bene animadvertit Schol.

Quod ad suum exemplar etiam notavit P. Burmannus secundus.

Ma-

Μακεδόνων πόλεμον, oppidulum dicitur Straboni, quare non propter magnitudinem et opes, sed propter situm et celsitudinem inexpugnabile fuisse habitum, existimandum est.

V. 34. Haec non inepte, auctore Jacobsio, conuleris cum ep. 15. sqq. et istis Ennii verbis Anth. Lat. T. 1. p. 213. de Africano.

Si fas caedendo coelestia scandere quoiquam est,
Mi solei coelei maxuma porta patet.

Summus Jurisconsultus Cornelius van Bynkershoek merito, rejectâ Florentis Christiani metricâ versione, cum eam Grotii non haberet cognitam, eleganter admodum hoc epigr. transtulit in suâ de dominio maris dissertatione cap. 8.

Macyul muros potuit superare Philippus,
Claude fores coeli nunc, Deus alme, tui.
Ecce mare et terrae sceptro subjecta Philippi,
Ad tua jam tantum sidera restat iter.

Ep. 21. v. 4. μελισσοβότου. Poëtae et Musae ipsae cum apibus comparantur; Θλίψει δὲ τοῦτο τὸ ζῶον καὶ πάλλαξον μέλος, ut est in Geoponicis Lib. 15. c. 3. Vid. et Jacobsii Exercit. Crit. T. 2. p. 132. et sqq. Nonnus Panopol. in initio interpretationis

Μελισσοβότου δ' ἐν λόγῳ.

Virg. Ecl. 1. v. 55.

Hybleis apibus florem depasta salicti.

ad q. l. recte Guellius. *Unica autem vox Graeca integrum hunc versum exprimit*, μελισσόβοτον. Conf. ad ea Varronis de R. R. c. 16. *Apes Musarum esse dicantur volucres*, Ursini notas.

Ep. 22. De hoc Conf. Miscell. Observat. vol. VII. p. 71. v. 4. οὐρανὴν ὄλμος conf. L. 4. T. 23. e. 17. Dictus Bynkershoekius et hoc ep. l. cit. latine reddidit.

Claude, Deus, magni portas sublimis olympi,
Custodi coelum, Jupiter, ipse tuum:
Namque mare et tellus Romano ducta triumpho,
Nunc super est coeli Regia sola tui.

Ep. 23. Similis omnino argumenti est ep. Antiphili T. 32. e. 2. h. l. unde hoc videtur desumtum. v. 3. Br. dedit

Κ'νὰ νεκύων δ' ἥμεν ὁ τᾶς Σκάρφας τολὺς ἥρως.

Quas lectiones nulla editio agnoscit. at v. 5. αἶρε τὰ Πέρσων, quod Ed. princ. Ald. pr. et Juntina 1519 tuentur, etiam Grotius probavit, et est ad exempli. Ruhnk. notatum, qui ex Gruteri exemplo etiam Ἀστὶς ἄμοι legi maluisse vi-

detur. Inter plures, qui hoc ep. latine reddiderunt, est etiam Nic. Cragius de Rep. Lacedaem. L. 3. in Thes. Antiq. Graec. T. 5. p. 2598.

V. ultimo Lege Ἅιδην.

Ep. 24. Optime ad v. 1. Ἀθαλῆς ἀκάτοιο attulit Jacobsius ex Tibulli L. 3. el. 5. v. 23. et 24.

Elysios olim liceat cognoscere campos
Lethaeamque ratem Cimmeriosque lacus.

Addi potuisset ex eodem Tibullo L. 3. el. 3. v. 10.

Nudus Lethea cogerer ire rate.

Et Propert. L. 3. el. 3. v. 36.

Nudus ab inferna Stulte vehere rate.

ubi Vid. Burmanni notas, qui meminit ep. 61. T. 13. h. l. conf. et ep. Gaetul. L. 3. T. 5. e. 51. et Simonidae. ibid. e. 52.

V. 3. Ita; distingue.

Σπάρτας ὁ τόλος, εἶπεν· ὃ δὲ πάλι πρόσθια πάντα. Sic Dioscorides L. 3. T. 5. c. 11. Τραύματα δεξάμενος, Δεινὺς πρόσθια πάντα. adversa i. e. in anteriore parte corporis accepta, honesta vulnera vocant Latini. Vid. omnino G. Cortium ad Sallust. Catil. c. 61. p. 391. et sqq. Non dissimile et illud Catulli Carm. 63. v. 339.

Hostibus haud tergo, sed forti pectore notus.

Ἐμφατικώτερον Ovid. L. 1. Art. Amat. v. 209.

Tergaque Parthorum, Romanaque pectora dicam?

Conf. et AElian. V. H. L. 12. c. 21.

V. 4. Ad Exempl. Ruhnk. καὶ τέρνοις, secundum Sylburgium.

V. 5. In animo habuit poëta ista Homeri, Il. H. v. v. 117.

Εἴπερ ἀδείης γ' ἐσί, καὶ εἰ μόθου ἐς ἀκόρητος.

et N. v. 639.

Τρῶες δὲ μάχης ἀκόρητοι ἔασιν.

Neque aliter Il. T. v. 2. Achillem belli insatiabilem, μάχης ἀκόρητον appellat. Virg. AEn. L. 11. v. 304. et sqq. Nam pulchros versus citare pulchrum est.

Bellum importunum, cives, cum gente Deorum
Invictisque viris geritis, quos nulla fatigant
Proelia, nec victi possunt absistere ferro.

Ep. 25. Scaliger Codici Lugdunensi adscripsit v. 1. ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος.

V. 3. Pro Ἀρεος Ἄρης et supra id Ἄθλου. tanquam novi epigrammatis initium, quod et commemoravit Huetius, qui eodem codice usus est.

De

De praeclaro hujus militis Itali facto diximus ad Grotii Proleg. p. xiv. v. 8. p. 155. D'Orvillius ad Chariton. p. 601. quem secutus est Brunck. legi voluit v. 2. ἔργα κάλλιστα πολέμων. Conf. Salmasii notas p. 28. 29.

V. 7. ad Exempl. Ruhnk. ἀνεστωσάτω. et ita Ald. nempe Secunda et Tertia et Venetiana. ταγοῖς. hanc vocem male Homero tribui recte docuerunt V. D. ad Il. Ψ. v. 160. ubi in optimis et vetustissimis editionibus legitur παρὰ δ' οἵ τ' ἀγοὶ vid. Barnesii notas, qui et h. ep. mentionem fecit. Cicero tamen hac voce videtur usus ad Atticum L. 4. ep. 6. atque etiam hic plus semel occurrit. ut L. 3. t. 5. e. 49. et L. 4. t. 8. e. 42. Imperfecta autem habetur primorum versuum sententia, quare V. D. quemadmodum Huetius, primum distichon uno aut altero verbo, ut οἷγα, vel αὐχεῖς per interrogationem, supplendum suspicabantur. Huic vero malo Jacobsius aliam medelam parat, legendo:

Ὀθρυάδην ΠΑΡΑΘΕΙ, τὸ μέγα κλέος ἠ Κυνέγειρον
Ναύμαχον ἠ πάντων ἔργα καλιστολέμων
Ἄρριος αἰχμητὴς Ἰταλὸς· παρὰ χεύμασι —

Arrius Romanus miles omnium, qui unquam claruerunt bello, Othryadis, Cynegiri, aliorum, facinora superat.

At mihi illud Σπάρτης propter singularem ἐνέργειαν hic non rejici posse videtur. Si quid emendare vellem, potius id in voce αἰχμητὴς quaererem. Nemo enim, qui Romani militis acta legerit, dubitat, quin bellator fuerit. tale quid itaque tentabo, et nonnihil litterarum ductum secutus pro αἰχμητὴς conjiciam legendum αἰσχύνει *pudorem injicit, pudore confundit*, aut ἀμβλύνει *aliorum facta hebetat, obscurat*. ut illud in Ep. Lollii Basii L. 3. T. 5. e. 49. ubi simile quid enarratur.

Οἱ Σπάρτας ἀπὸ γᾶς τηλοῦ πέσον, ἀμβλύνοντες
Ἄρεα καὶ Μήδων καὶ Λακεδαιμονίων.

conf. L. 3. T. 14. ep. 1.

Quod tamen ad me, hos versus minime sollicitandos esse, arbitror. et primo quidem, quia saepius apud Graecos accusativus adhibetur, ut non conveniat proximis, sed absolute prorsus videatur poni, et quasi extra constructionis rationem, ut hic *Othryaden*, scilicet, *quid memorem*. Vid. Periz. ad Aelian. V. H. L. 2. c. 13. p. 101. conf. c. 11. p. 90. et Kuhnium, v. *Nominativus* in Indice. deinde vero, quia in veterum et praesertim poëtarum scriptis, ut recte monuit summus Hemsterhusius ad Lucian. Deor. Dial. 14. p. 239. et Matin. 14. p. 323. ejusmodi ἀνακολουθίαι, sive per incogitantiam oblatae sive studio quaesitae,

scae; quando ad animandam orationem ars consuetas structurae leges contemnere non reformidat, satis frequenter inveniuntur. Quae neglectio orationis series, a severis et morosis Grammaticis non satis intellecta, saepius non optimas emendationes peperit, cum castigatissimi scriptores eam decoram putent et a suis scriptis abesse nolint. Vid. porro de hac eleganti ἀνακολουθίᾳ J. A. Ernesti ad Homer. Il. B. v. 355. et citatos locos ad v. 681. conf. Abram. ad Cicer. Phil. Orat. 1. c. 11. p. 348. et Orat. 2. c. 24. p. 514. ed. Graev. et ipsum Graevium ad Orat. in Verr. L. 3. c. 71. p. 136. Burm. ad Virg. Aen. L. 10. v. 244. nec non Davis. ad Cicer. Tuscul. Disp. L. 3. c. 8. quem laudat Valckenaer. ad Eurip. Phoen. p. 101. et denique V. D. ad Hirt. de B. Afric. c. 25. init. De Cynegiro diximus ad ep. 9. h. T. De Othryade Vid. praeter Meursii Miscell. Lacon. L. 4. c. 13. p. 361. et Bentlej. ad Horat. de A. P. v. 402. Herodot. L. 1. §. 82. quem locum illustrat E. H. van Eldik Susp. Spec. c. 2. p. 15. Pausan. Corinth. L. 2. p. 156. Suid. Tom. 2. p. 660. Hemsterh. ad Lucian. de Sacrif. T. 1. p. 524. Barth. ad Statii Theb. p. 902. et sqq. V. D. ad Valer. Maxim. L. 3. c. 2. p. 261. atque hic infra L. 3. T. 5. e. 51. et e. 57. Praeclarum illud Othryadis factum etiam celebratur in Epigrammate Dioscoridis, cujus primam partem protulit Luc. Holsten. ad Stephan. Byzant. p. 241. et plenius dedit Reiske in Anth. No. 621. et Toup, qui de eo erudite egit Ep. Crit. p. 93. Nos dabimus illud, ut legitur apud Brunck. T. 1. p. 496. eique versionem nostram Latinam adjiciemus, breviter Othryadis historia prius explicata. Trecenti Spartani cum totidem delectis Argivis de agro Thyrea conflixerant, omnes erant, ut putabatur, interfecti praeter duos ex Argivis, Alcenorem et Chromium, qui, cum persuasum ipsis esset, neminem adhuc spirare hostium jacentium, tanquam victores Argos contenderunt. Unus vero superstes e Lacedaemoniis, qui inter mortuos jacuerat, Othryades, spoliatis Argivorum cadaveribus, eorum arma ad suorum castra detulit, atque hac ratione victoriam Spartanis vindicare voluit. Quare hi duo juvenes Argivi hic singuntur redire in campum, lustrare mortuos, et stupore perculsi, cernere trophaeum, quod ipsis absentibus erexerat Othryades. Epigramma ejusmodi est.

Τίς τὰ νεοσκύλευτα τοῖ δρῦι τᾶδε κοθᾶψεν,
Ἕνεκ' τῷ πέλτα Δωρὶς ἀναγράφεται;
Πλάθει γὰρ Θυρεᾶτις ὑφ' αἵματος ὧδε λοχιτᾶν,
Κᾶμες ἀπ' Ἀργείων τοὶ δύο λειπόμεθα.

Πάν-

Πάντα νίκαν μάστευε δαϊζοντόνα, μή τις, ἐπ' ἰμπνοῦν
Λειπόμενος, Σπάρτῳ κῦδος ἔλαμψε νόθον.
Ἴσχε βάσιν. Νίκη γὰρ ἐπ' ἀσπίδος ὧδε Λακώνων.
Φαινεῖται θρόμβοις αἵματος Ὀθρυάδα,
Ἰὼ τῶδε μαχθήσας σπαίρει πέλας. ὦ πρόπαππε Ζεῦ,
Στύξον ἀνικάτου σύμβολα φυλόπιδος.

Arma cadaveribus quis rapta hac ilice fixit,
Peltaque cujusnam Doriça nomen habet?
Sanguine plena madet Thyreatis terra cohortum,
Nos duo ab Argivis turba relicta sumus.
Qui cecidere viros lustra, ne viva Laconum
Lumine lqus tollat corda relicta notho.
Siste gradum, in clypeo Spartae victoria fulget,
Spirat et in guttis vulneris Othryadae.
His prope qui steterint, cor palpitat. invida belle
Juppiter invictae despice signa tubae.

Ep. 26. De hoc disputatum est ad Grotii Proleg. p. XIII. v. 26. p. 136.

v. 2. Br. φρὺξ ἐπεὶν δεδαώς. quod merito rejecit Jacobsius.

v. 3. Αἷας δ' ὀυκέτ' ἰμιμνεν. Sic omnino legendum. Sunt enim ipsa Homeri verba. Il. O. v. 727.

Ep. 27. Hoc referatur ad Il. Λ. v. 248. et sqq. ubi Cöon vulnerat Agamemnonem.

v. 2. ταδίκσιν scilicet μάχαις, *pugna stataria.* Sic. Hom. Il. H. v. 240.

Οἶδα δ' ἐνὶ ταδίῃ δηΐῳ μέλπεσθαι Ἄρηϊ.

et Il. N. v. 314.

Ἀγαθὸς δὲ καὶ ἐν ταδίῃ ὑσμίνῃ.

conf. Brodaei notas.

v. 6. Br. πᾶσι quamvis Vat. C. πᾶσιν. Brodaeus et Obsopaeus pro ἀτύχθης ἀτύχθης legi posse putabant.

Ep. 28. Titus Quintius Flaminius, Graeciae liberator, cum Xerxe comparatur. In magno Graecorum conventu ad Ludos Isthmicos celebrandos hoc ita evenisse his verbis, memoratu dignis, narrat Livius L. 33. c. 32. *Romani ad spectaculum consederunt; et praeco cum tubicine, ut mos est, in mediam arenam, unde solemni carmine ludicrum indici solet, processit, et, tubâ silentio facto, ita pronunciat:*

Se-

Senatus Populusque Romanus et T. Quinctius Imperator, Philippo Rege Macedonibusque devictis, liberos, immunes, suis legibus esse jubet Corinthios, Phocenses, Locrensesque omnes, et insulam Euboeam: et Magnetas, Thessalos, Perrhaebos, Achaeos Phthiotas. Percensuerat omnes gentes, quae sub ditione Philippi regis fuerant. Audita voce praeconis, majus gaudium fuit, quam quod universum homines caperent. Vix satis credere se quisque audisse: alii alios intueri mirabundi velut somnii vanam speciem: quod ad quemque pertineret, suarum aurium fidei minimum credentes, proximos interrogabant. Revocatus praeco, quum unusquisque non audire, sed videre libertatis suae nuncium averet, iterum pronuntiaret eadem. Tum ab certo jam gaudio tantus cum clamore plausus est ortus; totiesque repetitus, ut facile adpareret, nihil omnium bonorum multitudini gratius, quam libertatem esse.

Ad q. l. Vid. V. D. notas. Apud Plutarch. in vitâ T. Quintii Flaminii ed. Bryani p. 414. tantus ille clamor prae gaudio gestientis multitudinis fuisse dicitur, ut etiam corvi forte super volitantes delapsi sint in stadium. Haec denique acta videntur circa Olymp. CXLVI. A. U. C. 558. Vid. Simsonii Chron. quibus temporibus Alcaeus poëta Messenius ἐπιγραμματογράφος, seu Comicus, ut putat Is. Vossius ad Catullum p. 42. vixisse existimatur. Ejusdem Alcaei legitur Ep. L. 3. T. 5. e. 19. cui apud Brunck. distichon accessit e Plutarcho desumtum, at non viderunt V. D. quartum versum eundem esse, qui hic secundus. quod notatu dignum. non enim Epigrammatarii, quod in longo opere faciunt poëtae Epici, facile eundem versum repetunt.

Ep. 29. Cl. Bynkershoekius cit. l. primos versus ita latine reddidit.

Qui regit Europam, terris dominator et undis,
Non secus ac coelo Jupiter imperitat.

v. 3. Ἐλυσίᾳ Dianae. Vid. Meursii Miscell. Lacon. L. 1. c. 2. et plura apud praestantissimum Brodaeum ad h. l. pro θρασέος, Ed. Pr. θρασίως. quod licet in Ald. primâ et aliis emendatum, tamen retinuerunt Junt. 1519. et Bas. 1549.

v. 4. Ὀδρυάδος. Brunck. dedit Ὀδρυσίδος, ni fallor L. Holstenium secutus ad Steph. Byzant. p. 230. Ὀδρυσία, Ὀδρυσὶς et Ὀδρυσιάς gentilia foeminina sunt, quem locum et ad suum exempl. Ruhnkenius notavit.

v. 6.

v. 6. Recte Ald. pr. emend. τὸ, ἐγχὶ ἄγχι παρεξιόνας. quod nullae editiones amplexae sunt praeter Brunck., ubi ἄγχι βέβακε. quod verum.

Tit. 6. Ep. 1. Ovidius Fast. L. 1. v. 357. 358. hoc distichon latine reddidit, cujus versionem secutus est Grotius. magis ad verbum Natalis Comes L. 5. c. 13.

Rodas me licet ad stirpem, de palmite fundam
Dulcia mactando vina sed hirce tibi.
Qui rodit vitem, caper est gratissima Baccho
Victima.

Hoc patet ex veterum poëtarum locis.

Virg. Georg. L. 2. v. 380. 381.

Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Caeditur.

Ubi Vid. doctissimi de la Cerdae notas, quem hoc epigramma non fugit. Ovid. Metam. L. 15. v. 114. 115.

Vite caper morsi Bacchi mactandus ad aras
Ducitur ultoris.

Martial. L. 3. Ep. 24.

Vita nocens rosa stabat moriturus ad aras
Hircus, Bacche, tuis victima grata sacris.

Et L. 13. Ep. 39. Haedus.

Lascivum pecus, et viridi non utile Bacche
Det poenas: nocuit jam tener ille dea.

Virgilium nimis libere imitatus est Prudentius contra Symmachum v. 129. 130.

His nunc pro meritis caper omnibus aris
Caeditur.

Hoc Ep. etiam dedit Schol. Aristoph. ad Plut. v. 1130. ubi videnda sunt, quae notavit Hemsterhusius p. 429. legens, ὅμως δ' ἔτι καρποφορήσω. exstat et apud Suidam in Ἀσκὸς Κτησιφῶντος T. 1. p. 354. apud Suetonium in T. Fl. Domitiani vita c. 14. narratur, imperatorem non aliâ re magis ab edicto, de excidendis vineis proposito, deterritum fuisse, quam quod sparsi essent libelli cum his versibus.

Κἂν μὲ φάγῃς ἐπὶ ἐλίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω.
Ὅσσον ἐπισπεῖσαι Καίσαρι θυομένῳ.

Verterem

Me penitus rodas, vini tamen illud habebo,
Quod caeso infusum sat tibi, Caesar, erit.

Vid. omnino Angeli Politiani Lib. Miscellan. c. 26. et Th. Muncker. ad Hygini Fab 274. p. 385. et S. Haverkamp. Comment. in Ph. Paruta Numism. Panorm. in Thes. Antiq. Sicil. vol. 6. p. 71. Tom. 36. quod et Burmannus ad suum exempl. annotavit, et denique Henr. Hogeveen de doctrinâ Particularum Ling. Gr. Tom. 1. p. 623. et Tom. 2. p. 1277. Quod ad auctorem hujus Ep. Ad Exempl. Scaligeri notatum video. *Fuerunt duo Eveni Parii, elegiarum scriptores, quorum meminit Suidas.* His, ut puto, verbis. Tom. 1. p. 889. Εὔηνος. δύο ἀναγράφουσι γεγράφθαι ἐλεγείων ποιητὰς, καὶ ἀμφοτέρους Παρίους. ubi Vid. Kusteri notas, quem non consuluisse videtur Reiskius in notitiâ Poët. Anthôlog. p. 210.

Ep. 2. Expressum ex superiore Epigr. Eveni, ut recte animadvertit Jacobsius. Singulare h. e. lemma dedit Salmasius in not. p. 29.

v. 1. ἴξαλος vox Homerica et antiqua, de quâ Vid. Eustath. ad Il. Δ. v. 105. p. 450. v. 12. de hac mira comminiscuntur veteres. Vid. Etym. Magn. p. 471. Herm. Tollium ad Apollonii Lexicon et C. G. Heyne ad cit. Homeri locum. Ter occurrit in Florilegio Graeco, ut et L. 4. T. 32. e. 14. et L. 6. T. 24. e. 1. quos ambos locos, eo, de quo hic agitur, omisso, commemorat Suidas T. 2. p. 119. ἀγὸς τόσις. Virg. Ecl. 7. v. 7. *vir gregis ipse caper.* ad q. l. Ursinus et Guellius mentionem fecerunt ep. 5. T. 68. h. l.

Σοὶ δὲ καλῶς βωμοῖσι παριστάμενος τόσις ἀγῶν,
Φοῖνιον ἐκ λασίου σήθεος αἷμ' ἐρύγῃ.

v. 3. Τέρε. lege κέρε, quod ad Ex. Ruhnk. notatum, a Salmasio probatum et a Jacobsio illustratum in textum recepimus.

v. 4. γναθμοῖς: *morsibus*, ut bene hanc vocem explicuit Musgravius ad ea Euripid. Med. v. 1210.

Σάρκας δ' ἀπ' ὀστέων, ὥστε πευκίνου δάκρυ,
Γναθμοῖς ἀδήλοις φαρμάκων ἀπέῤῥεον.

ubi aliae editiones γναθμῶν ἀδήλοις φαρμάκοις — et verterunt.

Et caro ex ossibus, sicut piceae lacrymae, per genas defluebat arcanis illis pharmacis.

Melius Musgravius reddit legendo.

Et caro ex ossibus, sicut piceae lacrymae, defluebat arcanis morsibus pharmacorum.

Quare v. 3. et 4. hoc modo verterem.

Talis at e terris huic vox data. Pessime tondis
Frugifera infestis germina nostra genis.

Quod

Quod optime cum Epigrammatis sententiâ convenit.

Ep. 3. Aldinae Παρμενίδου. ut et Veneta 1550. Salm. Παρμενίωνος Μακεδόνος etc. p. 29. Vid. de hoc Ep. Jo. Alberti Observat. Sacr. p. 238. et ad Hesych. v. ἐκκορύσσει. vol. 1. p. 1137.

Ep. 4. v. 6. μόνη. Ut unus, unicus et solus eximiam apud Latinos passim indicant praestantiam, sic apud Graecos vox μόνος. Exempla collegit Wetsten. ad N. T. Tom. 1. p. 942. quod et Jacobsius notavit. Caeteris adde ea Euripidis Alcest. v. 462. sive 467. ὦ μόνα, ὦ φίλτα γυναικῶν. et Lucian. Vit. Auct. p. 559. de Chrysippo. μόνος οὗτος σοφός, μόνος καλός, μόνος δίκαιος; at ne plura in re notissimâ, addam Xenophontis locum de Cyri instit. L. 2. c. 3. §. 5. quem non sollicitandum esse, arbitror, sed legendum, ut habetur in Ed. Princ. p. 12. Ἀλλ' οὗτοι μὲν, ἔντιμον βίον, ὃς βίων βίωνος, ὃς μόνος.

Ep. 5. φρυασσόμενον, proprie de equis; intellige *pallum contra humanam carnem frementem*, ut ille canis apud Horatium L. 1. Ep. 2. v. 65.—67.

Venaticus, ex quo
Tempore cervinam pellem latravit in aulâ
Militat in silvis catulus.

Multi hanc Ep. locum non recte interpretati sunt, quasi agereitur de equo, *humanâ carne comestâ, ferociente*, cum tantum illius impetus appetendi et ardor habendi significatur. Optime And. Rivinus primum distichon vertit.

Vidimus ut monstrum mirabile in Aside cuncti,
Humanae quod equus carnis amore fremat.

Hinc φρύαγμα apud Suid. Tom. 3. p. 635. dicitur ἡ τῶν ἵππων καὶ ἡμιόνων διὰ μυκτήρων ἠχὴ, σὺν ἀγρίῳ φυσήματι ἐκπίπτουσα. quae et in Etym. Magno inveniuntur. Sophocles in Electra v. 717 seu 720. φρυάγματα ἱππικά, memorat. Sic φρυάττεσθαι et φρύαγμα saepius ad superbiam translata, Vid. Phavorini Lexicon p. 1844. v. 50. et 1846. v. 5. et 22. et Hesych. h. v. et V. D. ad Thom. Mag. et ad Callimach. Lavacr. Pallad. v. 2. et Wetstenii notas ad Acta Apost. c. 4. v. 25. conf. L. 4. T. 12. c. 64. L. 1. T. 80. c. 14. et L. 7. c. 74. De his et Jacobsius nonnulla, lectu digna, protulit.

v. 3. Θρῄκιος φάτνης; Diomedis, Thraciae regis, stabulum, in quo equi humano sanguine pasci putabantur. Alii hoc aliter explicuerunt, ut Palaephatus cap. 4. et Suidas v. Διομήδειος ἀνάγκη, T. 1. p. 396. ubi equae, quas Diomedes habuisse fertur, dicuntur ἵππαι ἀν-

θρω-

βρωτοφάγοι, quod confirmaret lectionem apud Quint. Calabrum L. 6. v. 245.—247.

ἀμφὶ δὲ λύγραι
Θρῃκίην ἀνὰ γαῖαν ἴσαν Διομήδεος ἵπποι

Ἀνδροβόροι. Sic de fele L. 3. T. 24. e. 4.

Ἀνδροβόρων δμότεχνε κυνῶν, αἴλουρε κακίστη.

De hoc rege Threicio Vid. Serv. ad Virg. Aen. L. 1, v. 752. L. 3. v. 5. et L. 8, v. 300. quae memorantur fabulosa ad naturales caussas referenda esse, quisque sanus intelligit. Vid. V. D. ad Hygin. Fab. 30. p. 86. πολιὸς λόγος, *fabula cana*, ut idem Rivinus vertit; sic πολιοὶ dicuntur senes L. 3. T. 23. e. 8. et L. 5. T. 2. e. 4. Hom. Odyss. Ω. v. 498.

Καὶ πολιοὶ περ ἐόντες, ἀναγκαίῃ πολεμίζεν.

Vid. de h. v. et Pierson. ad Moerin p. 353.

Ep. 6. Primus hujus Ep. versus in nullis vetust. Ed. ante Stephanum habetur. Exstat apud Herodotum p. 398. Recte Clarkius ad ea Homeri Odyss. N. v. 192. 193.

Μή μιν πρὶν ἄλοχος γνοίη, ἀστοί τε φίλοι τε,
Πρὶν πᾶσαν μνηστῆρας ὑπερβασίην ἀποτῖσαι.

Ut ita legatur omnino postulare videtur vox ἀποτῖσαι. Nam ἀποτίω, voce activâ, semper apud Homerum, LUERE, non, ULCISCI, significat. modeni modo L. 6. T. 11. ep. 2. v. 5. 6.

Μοσχείου δ' ἀπέτισεν ὁ θὴρ ἀνθ' αἵματος αἷμα
Βληθείς.

T. 7. Ep. 1. Legitur in Stobaei Floril. Grotii p. 251. ubi praestantissimus vir eadem versione et lectione usus est. Br. V. 1. Μοίσαιν, et V. 3. Μοῖσαι. quod ultimum ex Ed. Princ. Ald. Pr. et Junt. desumtum. V. 4. ἄμιν. vulgatam lectionem tuetur Hemsterhusius ad Luciani Diat. Deorum 19. p. 251. Apud Diogen. Laërt. in vita Platonis p. 184. V. 2. ἐν τὸν Ἔρωτ' et ad Exempl. Ruhnk. notat. ἔρων γρ. quod habent membranae. Bene Jacobsius, *utrumque est a librario metro perperam timenti.* De voce κοράσιον, quam quidam Grammatici παράλογον esse arbitrantur, Vid. Wetsten. ad N. T. p. 363.

Ep. 2. Grotius in Stobaei Floril. p. 252. eodem modo latine reddidit. in Ed. Basil. 1531. male καὶ πάλαι.

T. 8. Ep. 1. Bis invenitur apud Diogen. Laërt. L. 6. Segm. 14. ubi v. 4. βιότὰν — et v. 6. Ἀ μιὸ τὸν Μυάμης — et L. 7. Segm. 30. ubi v. 4. βιοτὰν ῥύσατο — ex emendatione Meibomii, qui et v. 6. ἀντὶ ἔπεσ-

ἔπε-

ἥνεστοε legendum conjecit. v. 5. ἀ δυπάθημα, v. 6. Ἁ μία τῶν Μνήμης — haec apud Laërtium.

V. 1. apud Br. ex Cod. Vat. Στοϊκῶν —

V. 4. Ed. Princ. Ald. pr. Junt. Basil. 1549. Μούνα καὶ βιοτὸν ῥύσαιτο καὶ πόλιας. at melius ῥῦσατο Ald. Sec. et Tert. et Bas. 1531. Venet. 1550. et Steph. haec de variis lectionibus. Epigr. illustrat Audomarus Talaeus in Academ. Ciceronis Fragm. p. 62. nostrâ lectione usus, nisi quod vs. 2. σελίσιν cum Ed. priscis dedimus. Optimum est quod animadvertit N. Heins. ad Ovid. Metam. L. 5. v. 268. Μνήμης θυγατέρες *dictae primo libro Anthologiae cap.* VIII. *Ep.* 1. *AEschylus quoque Prometheo* Μνήμην *Musarum matrem vocat*, quando ultimum hujus Ep. versum profert, et Athenaeo Epigrammatario tribuit. Locus AEschyli est in Prometh. v. 459. et v. 460.

Ἐξεῦρον αὐτοῖς, γραμμάτων τέ συνθέσεις,
Μνήμην θ' ἁπάντων μουσομήτορ' ἐργάτιν.

ubi Μουσομήτερ' legendum esse bene vidit Cl. Hemsterh. in Miscell. Observat. vol. 7. p. 412. lege v. 4. Μούνα.

Ep. 2. hoc superioris confirmat sententiam; inprimis si hos Aristotelis cum eo compares versus ex Stobaei Floril. p. 7.

Πεῖ γὰρ ἀοίδιμος ἔργοις,
Ἀθάνατοί τέ μιν ἀυξήσουσι Μοῦσαι
Μνημοσύνας θύγατρες,
Διὸς ξενίου σέβας αὔξουσαι.

Vid. Mitscherlich ad Horat. L. 3. Carm. 3. v. 9. videtur tamen desumtum ex notissimis illis Hesiodi verbis.

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι. — conf. Xenoph. Memor. L. 2. c. 1. et ibi Ruhnk. in ed. Zeunii p. 91.

Ep. 4. Praeclara sane sunt, quae veteres memoriae prodiderunt de templo virtutis, quod in alto loco positum difficillimum adscensu et non nisi multo sudore ac labore erat adeundum. Celebrati Hesiodi versus sunt Op. et D. v. 289. et sqq.

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι,
Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα.

Verterem:

Di fore virtutis pretium voluere laborem.
Longa via est, quae praebet iter sublimis ad ipsam.
Aspera sit primum, sed si conscenderis arcem,
Difficilis fuerit, facilis tibi postea fiet.

v. 3. πόνος ὄρθιος videtur desumtum ab Hesiodo l. c. ὄρθιος οἶμος, quam ab Hesiodo indicatam viam plures commemorarunt. ut Xenophon Instit. Cyri. L. 2. c. 2. §. 16. ἡ δ' ἀρετὴ πρὸς ὄρθιον ἄγουσα. et Aelian. V. H. L. 13. c. 32. ὁδὸς δὲ ἡ ἀνοδός ἐστι, καὶ ἀνήθης τοῖς πολλοῖς. et Lucian. Rhetor. Praec. T. 3. p. 3. οὐ γάρ σε τραχεῖάν τινα, οὐδὲ ὄρθιον, καὶ ἱδρῶτος μεστὴν ἡμεῖς γε ἄξομεν. et Maxim. Tyrius Disert. 39. §. 3. Μία δέ τις σενὴ καὶ ὄρθιος καὶ τραχεῖα, καὶ οὐ πολλοῖς πάνυ ὁδεύσιμος, ἐπ' αὐτὸ ἄγει τὸ τῆς ὁδοῦ τέρμα, ἣν μόχις καὶ μετὰ πραγμάτων σὺν πολλῷ πόνῳ καὶ ἱδρῶτι ἀκύουσι κχματηραὶ καὶ ἐπίπονοι ψύχαι. Conf. omnino doctissimi Jacobsii notas ad Simonidis Ep. XIV. vol. 1. part. 1. p. 210. quod epigr. quamvis difficillimum intellectu, mendis foedatum, et metro turbatum sit, tamen propter argumenti similitudinem et sententiarum gravitatem etiam latinis versibus reddere conabor. Ejusmodi est apud Brunck. T. 1. p. 123.

Ἔστι τις λόγος τὰν Ἀρετὰν ναίειν
Δυσαμβάτοις ἐπὶ πέτραις, νῦν δὲ
Μιν θοὰν χῶραν ἁγνὸν ἀμφέπειν.
Οὐδὲ πάντων βλεφάροις θνατῶν ἔσοπτον,
Ὅτι μὴ δακέθυμος ἱδρὼς ἔνδοθεν
Μόλῃ, ἵκητ' ἐς ἄκρον ἀνδρείας.

Difficiles aditu quâ surgunt undique rupes,
Virtutem posuisse ferunt in vertice sedem,
Et sacros lustrare locos velocibus alis,
Non homini cuivis hanc copia facta videndi;
Cui mordens animum non manat pectore sudor,
Evadet nunquam ad fastigia summa vigoris.

Conf. quae diximus ad h. l. Tit. 3. c. 1. v. 5. 6. ad hoc Ep. 4. scribit Jacobsius vol. 2. part. 2 p. 334. v. 3. σοφίῃ *cave pro philosophiae studio accipias; de poësi enim agitur.* Cum autem verum sit, quod ait Quinctil. l. 1. c. 10. et confirmat. Schol. ad Hom. Il. O. v. 412: olim *Musicos et vates sapientes judicari*, non video, quare hic tantum de Poësi ageretur. Obsopoeus, Grotius et omnes alii apud Andr. Rivinum hic sapientiam intelligi voluerunt; ad quam comparandam aeque magno studio ac labore opus esset, ac si quis Heliconem adscendere vellet. Mihi animo obversabantur illi Lucretii versus L. 2. v. 7. — 13.

Sed nil dulcius est, bene quam munita tenere
Edita doctrina sapientum templa serena,
Despicere unde queas alios, passimque videre.

Er-

Errare: atque viam palantis quaerere vitae;
Certare ingenio; contendere nobilitate;
Noctes atque dies niti praestante labore
Ad summas emergere opes, rerumque potiri.

Ep. 5. Legitur in Stobaei Floril. p. 9. ubi Grotius eadem versione usus est. Th. Johnson in Ep. delectu p. 5, ad hoc refert ista Horatii L. 2. c. 10.

Rectius vives, Licini, neque altum
Semper urguendo; neque, dum procellas
Cautus horrescit, nimium premendo
Littus iniquum.

Magis apposite Mitscherlich ad ea Horatii, L. 3. Od. 29. v. 62.—64.

Tum me biremis praesidio scaphae
Tutum per AEgaeos tumultus
Aura feret geminusque Pollux.

ultimos h. e. versus commemoravit. Horatii quoque non immemor fuit Jacobsius. Quis autem, ubi agitur de vitâ recte et sapienter instituendâ, hujus variis praecepta non celebraret?

v. 3. πολεμίζεται. Sic omnes ed. priscae, at Jos. Scaliger ad suum exemplum πελεμίζεται. quod quoniam Grotius in Stobaeo dedit, et ad eam lectionem suam versionem instituit, nos etiam recepimus. non absimilis illa Pindari sententia, Olymp. 7. v. 173.—175.

Ἐν
Δὶ μιᾷ μοίρᾳ χρόνου
Ἄλλοτ' ἀλλοῖαι διαιθύσσουσιν αὔραι.

Terentius Andr. 1. Sc. 5. v. 31. scripsit,

Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur.

Τῇ καὶ τῇ, ut apud eundem. Eun. Sc. v. 25. ἔνθα καὶ ἔνθα. *hac atque illac perfluo*: frequens Homero. Virg. Aen. L. 4. v. 285.

Atque animum, nunc huc celerem, nunc dividit illuc.

Ep. 6. In MSS. D'Orvilliano haec erat inscriptio. *De his, qui de se nimium bene sentiunt.* Brunck. πολλοὶ μὲν ut apud Suidam, et Platonem in Phaed. p. 69. εἰσὶ γὰρ δή (φασὶν οἱ περὶ τὰς τελετὰς) ναρθηκοφόροι μὲν πολλοὶ, βάκχοι δέ γε παῦροι. conf. Erasmi Adag. p. 263. Zenob. V. 77. in quibus πολλοί τοι apud Diogen. VII. 86. πολλοὶ ναρθηκοφόροι. nec dissimile illud apud Zenob. V. 75.

Πολλοὶ θυροβόλοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες.

Multi fortilegi; paucos est cernere vates.

ut bene legitur apud Schottum p. 143. Θριαβόλος enim, ut est apud Suid. T. 2. p. 207. Ὁ ἀπὸ ψήφου μάντις. Vid. et Stephan. Byz. v. Θριαί. ubi Θριόφοροι dicuntur. Conf. L. Holstenii notas. p. 139.

Tit. 9. ep. 1. de hoc egimus ad Grotii Prolegomena. p. 157. v. 2. cum Jacobsio collocationem verborum, ut est in Vat.

Γῆ πάντων μήτηρ μητροφθόρον

elegantiorem esse, arbitror.

Ep. 2. 3. Horribilia Prognes et Philomelae fata vivis coloribus depinxit ingeniosus ille poëta, et summus humanae naturae interpres Ovidius Metam. L. 6. a v. 412. ad 676. et Hygin. fab. 45. at inprimis Serv. ad Virg. Ecl. 6. v. 78. ubi inter alia dicit, *sed Philomela rem in veste, suo cruore descriptam, misit sorori: quâ re cognitâ, Progne Itym filium interemit, et patri epulandum apposuit.* quod his versibus Ep. 3. indicatur.

Ἐμοῦ δέ σοι ἄλγεα θυμοῦ
Πέπλος ἀπαγγείλειε, τά μοι λυγρὸς ὤπασε Τηρεύς.

Ovidius l. c. v. 576.

Stamina barbaricâ suspendit callida telâ:
Purpureasque notas filis intexuit albis,
Indicium sceleris.

Minime casus Ityos, Terei et Prognes filii, confundendus cum eo Ityli, Zethi et Aëdonis filii, de quo Homerus Odyss. T. v. 522. Vid. notas in ed. Barnesii. Hoc factum videtur ab Agathia L. 7. ep. 65. Exstat elegans Ep. Stratonis in meâ Anth. inditâ, p. 2., quod licet a Reiskio not. Poët. Anth. p. 262. Klotzio p. 47. et Ruhnkenio ad Jul. Rufinian. p. 260. jam editum sit, denuo describere lubet, eique meam versionem addere, quod si plus semel tali occasione fecerim, viros ingenuos hoc non improbaturos esse, confido. Ejusmodi est.

Μὴ ζήτει δέλτοις ἐν ἐμαῖς Πρίαμον παρὰ βωμοῖς,
Μηδὲ τὰ Μηδείης πένθεα καὶ Νιόβης;
Μηδ' Ἴτυν ἐν θαλάμοις, καὶ ἀηδόνας ἐν πετάλοισιν·
Ταῦτα γὰρ οἱ πρότεροι πάντα χύδην ἔγραφον·
Ἀλλ' ἱλαραῖς Χαρίτεσσι μεμιγμένον ἡδὺν Ἔρωτα,
Καὶ Βρόμιον· τούτοις δ' ὀφρύες οὐκ ἔπρεπον.

Versibus in nostris Priamum non quaerite ad aras,
Medeae luctus, funera nec Niobes.

Non

Non Ityn in thalamis, et in arbore non Philomelam.
Haec satis a priscis sunt celebrata viris.
At junctae Baccho Charites, dulces & Amores
Sunt mihi; quosque decent nulla supercilia.

T. 10. Ep. 1. Exstat in Stobaei Flori'. Grotii p. 87. ubi non nihil diversa ab eâ, quam hic habemus et meliorem putamus, versio occurrit. Optima, quam a D'Orvillio acceperat Reitzius, legitur in Luciani Epigr. T. 3. p. 674. ad q. l. I. F. R. haec habet. *Quae autem Brodaeus atque Obsopoeus in ed. Francof. ad haec epigrammata exponenda adjecere, non semper ejus sunt momenti, ut hic repetantur*, quando Brodaei notae repetuntur, et additur. *haec pro specimine. Brodaei tamen omnia, Obsopoei potissima deinde addemus.* Cum interea verum sit, Obsopoeum nihil quidquam ad hoc perspicuum Ep. annotasse. Nisi nos ejusdem Luciani verba in Nerone Tom. 3. p. 643. Ἀλλὰ μὴ ἐπευχώμεθα· ἐπὶ γὰρ τοῖς κειμένοις οὔ φασι δεῖν· in memoriam revocaremus, Reitzii imprudentiam notaremus, qui de summis viris, de Anthologiâ Graecâ tam praeclare meritis, non tam temere judicare debuisset. De vitiis typographicis et aliis etiam in eo loco monetur. Nos vero decem editiones vetustissimas et optimas contulimus, et nullam lectionis varietatem in iis invenimus; nisi quod in eâ Basileae apud Froben. 1549. typographi error v. 4. ἥδυ pro ἡδὴ et v. 12. παλλιῤῥόθιον pro παλιῤῥόθιον scriptum vidimus. Omnes habent v. 11. οὕτω pro quo Br. dedit οὕτως. et v. 6. ἐπιμείλιαι pro quo Br. ἐπὶ μείλια. apud Hom. Il. I. v. 147. et v. 289. ἐπιμείλια δώσει. ut in primâ Florentinâ 1488. et in ceteris omnibus vetustis edition. ἐπιμείλια ut hic. ubi Eustath. ἐπιμείλια τὰ ἐπὶ τῇ πρωικὶ διδόμενα δῶρα, ὅτι παρὰ τὸ μειλίσσειν τὸν νυμφίον, οὕτω λέγονται. conf. Schol. tam apud Barnes. quam Villoison. Suidas vol. 1. p. 821. ἐπιμείλιον. τὸ πρωικιόν. ἢ τὸ ἐξώπροικον. ad quem locum Kusterus notat vocem ἐπιμείλιον esse spuriam et ex Grammaticorum errore natam, cum praepositio ἐπὶ non ad μείλια, sed ad verbum δώσω sit referenda. quocum faciunt V. D. ad Hesych. et Cl. Heyne in Var. Lectt. et Obss. ad IX. Homeri I. p. 557. 558. Propter constantem in Vett. libris lectionem, ego hanc vocem non ablegandam esse, arbitrarer. Phavorinus p. 714. Ἐπιμείλια, τὰ ἀπόθετα χρήματα. ἐπιμειλίξαι, δοῦναι. ἐπιμείλιον, τὸ ἐξώπροικον; καὶ ἐπιμειλίδες αἱ νύμφαι. Sed Vid. Omnino H. Stephan. in suo L. Gr. thesauro, de hac voce, non omisso h. ep. loco, eruditissime agentem. Tom. 2. in fine p. 1613. 1614.

V. 15. 16. Hanc sententiam illustrant Cl. Wesseling. ad Herodot.

L. 5. §. 29. p. 385. et Kuhn. ad AElian. V. H. c. 33. p. 64. non neglecto hoc Luciani loco, quod etiam Jacobsius annotavit.

T. 11. Ep. 1. V. 2. Γλάφυρα, legendum ut vulgo Γλαφύρᾳ. Sed Ald. Pr. emend. Sec. et Tert. Γλαφύρῳ, quod Br. probavit. Glaphyrus fuit nobilis Citharoedus, homo scitus, elegans, venustus, politus et jucundus, ut ipsius nomen indicat, quod patet ex Ep. 3. sqq.

Οὔνομα καὶ τέχνης, καὶ σώματος ——
O Glaphyra tam re quam nomine.

De quâ ad nomina propria verborum allusione, ab optimis Graecis et Latinis Scriptoribus summâ cum laude frequentatâ, plura dicemus ad Libr. 2. Tit. 5. ep. 9. De Glaphyro haec habet Juvenalis. L. 6. v. 76. 77.

Accipis uxorem; de quâ Citharoedus Echion
Aut Glaphyrus fiat pater.

Conf. Martial. L. 4. ep. 5.

V. 5. Non recte Obsopoeus ad h. l. Hyagnin Marsyae matrem facit, cum ipsius pater fuerit, ut bene ad Ovid. Metam. L. 6. v. 392. ad 400. demonstravit Burmannus, cujus notas consulere fas est. Sunt, qui, ut Apollodorus, Olympum Marsyae patrem fuisse, existimaverint, inter quos ad Ovid. c. l. etiam Strabonem memorat Heinsius.

At Strabo modo semel Olympum prius quam Marsyam nominavit. L. 12. p. 866. *Ἐντᾶυθα δὴ μυθεύεται τὰ περὶ τὸν Ὄλυμπον, καὶ τὸν Μαρσύαν, καὶ τὴν ἔριν ἣν ἔρισεν ὁ Μαρσύας πρὸς Ἀπόλλωνα.* ubi nihil de patre, et L. 10. p. 720. de Marsyâ prius quam de Olympo mentionem facit, cum scribit *Σειληνὸν, καὶ Μαρσύαν, καὶ Ὄλυμπον συνάγοντες εἰς ἓν, καὶ ἐυρετὰς αὐλῶν ἱεροῦντες.* Olympum autem discipulum et amasium fuisse Marsyae, docet his verbis Suidas. *Ὄλυμπος, Μαίονος, Μυσὸς, αὐλητὴς, μαθητὴς καὶ ἐρώμενος Μαρσύου.* quibuscum conveniunt, quae habet Schol. ad Aristoph. Equites. v. 9. *ὁ δὲ Ὄλυμπος μουσικὸς ἦν, Μαρσύου μαθητής.* Quare magistri et discipuli nomina saepe una memorantur; ut apud Lucian Harmon. t. 1. p. 852. *Οὐδ' εἰ Μαρσύας, ἢ Ὄλυμπος γενήσεσθαι μέλλοιμι λανθάνων.* et t. 3. p. 104. adversus Indoct. *Οὐδὲ γὰρ τοὺς Μαρσύου ἢ Ὀλύμπου κτησάμενος, αὐλήσειεν ἂν μὴ μαθών* conf. Dion. Chrysostom. Orat. 1. init. et Plutarch. de Musicâ ed. Rualdi p. 1132. et 1133. et Steph. p. 2075, et 2076. *Ἀλέξανδρος δ' ἐν τῇ Συναγωγῇ τῶν περὶ Φρυγίας, κρούματα Ὀλυμπον, ἔφη, πρῶτον εἰς τοὺς Ἕλληνας κομίσαι, ἔτι δὲ καὶ τοὺς Ἰδαίους δακτύλους. Ταγνιν δὲ πρῶτον αὐλῆσαι, εἶτα τὸν τούτου υἱὸν Μαρσύαν, εἶτα Ὄλυμπον.* et deinde, *Εἶναι δὲ τὸν Ὄλυμπον τοῦτόν φασιν ἕνα τῶν ἀπὸ τοῦ πρώτου Ὀλύμπου*

τοῦ

παῦ Μαρσύου πεποιημένος εἰς τοὺς θεοὺς τοὺς νόμους· Οὗτος γὰρ παιδικὰ γενόμενος Μαρσύου, καὶ τὴν αὔλησιν μαθὼν παρ' αὐτοῦ, τοὺς νόμους τοὺς ἁρμονικοὺς ἐξήνεγκεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, οἷς νῦν χρῶνται οἱ Ἕλληνες ἐν ταῖς ἑορταῖς τῶν θεῶν. Sed inprimis Pausan. L. 10. p. 873. ubi de picturâ Polygnoti agit. ἐπὶ τούτου ἐστὶν ἐπὶ πέτρας καθεζόμενος Μαρσύας, καὶ Ὄλυμπος παρ' αὐτὸν παιδάς ἐστιν ὡραίου καὶ αὐλεῖν διδασκομένου σχῆμα ἔχων. quae confirmant ea Ovidii v. 393.

Et tunc quoque clarus Olympus.

Porro de Olympo Vid. Periz. ad Ælian. V. H. L. 13. c. 20. Si Palaephati more, qui tantum historiam de Marsyâ enarrat, hanc fabulam ad humanarum rerum cognitionem transferre mihi liceret, versus Ovidii Metam. L. 6. v. 388. —— 391.

Cruor undique manat;
Detectique patent nervi: trepidaeque sine ullâ
Pelle micant venae, salientia viscera possis
Et perlucentes numerare in pectore fibras.

hoc modo immutarem.

Dolus undique manat:
Detectaeque patent fraudes, linguaeque sine ullâ
Laude sonant venae: vanos cognoscere possis
Et perlucentes nudare in pectore fastus.

Non enim dubito, quin fabula spectet ad eorum temeritatem declarandam et puniendam, ad quos cum cujusdam artis, ipsis non satis cognitae, inventio delata sit, statim se istius principes et quasi inventores haberi volunt. De Marsyâ Vid. etiam L. 3. T. 8. c. 3. et V. D. notas ad ep. XV. Dioscoridis apud Jacobsium in Comment. Vol. 1. part. 2. p. 380-382. et ad Ep. X. Alcaei Messenii. ibid. p. 352-354. nec non doctissimam dissertationem de Musicâ veterum Memoir. de Litter. de l'Acad. Royal. des Inscr. et B. L. tom. 10. p. 180. et Sqq. inprimis §. 30. 31. 32 et 33. Interea nostra disputatio eo potissimum tendit, ut Apollodori, cujus magna in his rebus debet esse auctoritas, sententiam, quâ Marsyas Olympi dicitur filius, plane destruamus.

Ep. 2. Est in laudem Pyladis, qui Bacchum saltaverat. Ejusdem argumenti legitur Antipatri Thessal. L. 4. t. 25. c. 8. de hoc praeclaro Pantomimo egit vir omni doctrinâ et virtute ornatus, J. Jos. Scaliger ad Eusebii Chron. p. 169. qui v. 3. et 4. immutatos volebat, non probante Salmasio ad Hist. Aug. Scr. t. 2. p. 828-836. qui vulgatam scripturam hoc modo defendit. Dicit poëta *Pyladem Bacchum saltavisse secundum*

rectas

vetus leges et institutia Tragicorum ἐρχησοδιδασκάλων. οἷον ὠρχήσατο κείνου, subaudi Διόνυσον. Vid. et eximium Commentatorem Casaubonum ad Persii Sat. V. p. 174. et in imitatione Horatiana p. 211. Suetonius in vita Caes. Octavi Aug. c. 46. haec ait. *Augustus Pyladem urbe atque Italia submovit, quod spectatorem, a quo exsibilabatur, demonstrasset digito, conspicuumque fecisset:* Sapiens histrionis hujus Pyladis responsum memorat Dio in Caes. Aug. L. 54. §. 17. p. 747. Συμφέρει σοι, Καῖσαρ, περὶ ἡμᾶς τὸν δῆμον ἀποδιατρίβεσθαι. Vid. Baylii Lexicon T. 3. p. 725. et 726. Diversus ab hoc Pylade est ille Megapolitanus citharoedus, cujus mortem deflet Alcaeus Messenius L. 3. t. 25. ep. 78.

Ep. 3. conf. hoc cum primo Ep. hujus tituli.

V. 5. et 6. omnes edit. vulgatam lectionem tuentur. At Br. Hub. van Eldik, vir doctissimus et mihi amicissimus in Suspicionum specimine c. 5. p. 27. legi maluit.

Οἷα σὺ ποικιλοτερπὲς ἀφυπνώσας κεν ἀκούων
Αὐτὸς Πασιθέης Ὕπνος ἐν ἀγκαλίσιν.

quam emendationem in controversiam vocari non posse existimat Br. L. et Em. p. 152. et vertit *expergisceretur Somnus ipse.* hunc sequitur Jacobsius cum reddit. *Somnus ipse, suaves hos numeros audiens, in Pasitheae ulnis expergisceretur.* At vereor, ut ita satis verba latina Graecis respondeant, atque id intelligi voluerit eximiae emendationis inventor, cum scribit, *Nemini mirum accidat, si Somnus, Deus sua sponte adeo in torporem proclivis, blando tibiarum sonitu delinitus, sopiatur.* At Br. et Jacobs de Somno tibiarum modis expergefacto loquuntur. Quod sensus requirit, cum quid sit Somnus altius sopitus non bene capio. Sed Eldikius significationem verbi ἀφυπνόω secutus esse videtur. Hoc Graecis scriptoribus fere incognitum, unus D. Lucas c. 8. v. 23. usurpavit, et eo quidem sensu, ut sumatur pro somno opprimi, profunde dormire; Cum e somno excito, expergefacio, apud optimos auctores sit, ἀφυπνίζω, ἐξυπνίζω ut recte docuerunt V. D. ad Hesychium p. 653. quo modo Lucian. Ocyp. T. 3. p. 670. dixit διυπνίζω. Homerus ἐξ ὕπνου ἐγείρω, ἀνεγείρω, quod bene Stephanus animadvertit. At forte Eldikii verba non recte intelligo; monuit enim me praestantissimus Wyttenbachius, ut ὑπνοῦν est *dormire*, sic ἀφυπνοῦν esse *edormire*, *expergisci.* Quare haec admittatur lectio. Latine redderem.

Tam bene si caneret tua quam canit: audiat istam,
Pasitheae e gremio surgeret ipse sopor.

Cae-

Caeterum Antipater ante oculos habuit hos Homeri versus Iliad. ξ. ν. 267.—269. ad Somnum.

Ἀλλ' ἴθ', ἐγὼ δέ κέ τοι Χαρίτων μίαν ὀπλοτεράων
Δώσω ὀπυιέμεναι, καὶ σὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν,
Πασιθέην, ἧς αἰὲν ἐέλδεαι ἤματα πάντα.
Carpe viam; formâ dabitur pulcherrima conjux
Una tibi Charitum, vernans splendore juventae,
Pasithea, haec omnes ut tecum transigat annos.

Ep. 4. v. 2. contra omnium librorum fidem dedit Br. pro ἴκνεο ἴκνεπε, quia illud in sq. versu occurrit, sed ex Jacobsii sententiâ cum gravitate quadam idem verbum repetitum puto.

V. 4. Ἔργματα; ἔργμα non satis explicata vox Lexicographis. ἔργματα, sunt πράγματα. Ut apud Hom. Hymn. XXVI. in Dianam. v. 20. et XXXI. in Lunam v. 19. et XXVIII. in Vestam et Mercurium v. 12. ἔργματα καλά. conf. Hesiod. Deor. Gener. v. 822. ubi sibi non constant Interpretes. Optime Illustr. Spanhemius ad Callimach. Hymn. in Jovem v. 92. *Occurrit alioquin eadem vox ἔργματα per metathesin, ut volunt, litterarum pro ῥέγματα praeter Hesiodum apud Alcaeum.* ubi hunc locum innuit et vertit. *canebat autem equi (Trojani) facta.* Neque aliter L. 3. T. 25. ep. 1. idem Alcaeus.

Ὅττι Θέτιν κύδηνε καὶ ὐία, καὶ μόθον ἄλλων
Ἡρώων, Ἰθακοῦ τ' ἔργματα Λαερτιάδεω.
Quod Thetin et Thetidos natum, et patientis Ulyssi
Errores cecinit, factaque clara ducum.

Plura dabit Scott. in append. et quidem ex Pindaro. Euripides hanc vocem quoque non neglexit, ut Orest. v. 161. et Hipp. v. 1107. et alibi. verbum tamen frequentius poëtis, quam prosâ oratione scribentibus usitatum. Phavorinus p. 740. Ἔργμασι, κωλύμασι, περιφράγμασιν. ἔργματα πράγματα. quae priora ex Hesychio desumta sunt. ad quem locum interpretes male afferunt Oppiani verba Hal. IV. v. 477.

Πολλάκι μὲν καὶ νῆες ἐν ἔργμασιν ἠΰτ' ἔκελσαν.

Cum ibi scribendum sit ἐν ἕρμασιν, ex egregiâ emendatione Casauboni ad Strabon. p. 665. quod ultimus Oppiani editor Schneiderus bene intellexit. Non recte apud Phavorinum et Hesychium scribitur promiscue Ἔργματα, cum ἔργματα et ἔργματα diversae significationis sint vocabula.

v. 6. Docte monuit Brodaeus, *alas Momo tribui, quod nil tam volucre sit quam male dictum ac reprehensio, quae facile emittuntur, cito excipiuntur, late dissipantur.* Sic et alas peccatis dedit Euripides in Frag-

mentis dramatis Melanippes III. Δοκεῖτε πηδᾷν τ' ἀδικήματα εἰς θέους πτεροῖσι — Grotio interprete. in Stobaei excerptis de rerum naturâ. p. 120.

Volare pennis scelera ad aetherias domos
Putatis.

Quo de loco, ubi divinae vindictae vis praeclare exponitur, Vid. Valckenaerii Diatrib. p. 183. 184. et Luzacii Exercit. Academ. Spec. Sec. p. 71. et sqq. In versione latinâ v. 4. lege virum. v. 5. numero, tolle comma. et v. 7. corrige pro Lycaei Lyaei.

Ep. 5. Locis ad Ep. 1. citatis adde Xenophontis Cyri Exped. L. 1. c. 2. §. 8. de fluvio Marsya. Ἐνταῦθα λέγεται Ἀπόλλων ἐκδεῖραι Μαρσύαν, νικήσας ἐρίζοντά οἱ περὶ σοφίας; quae, ut pro omni scientia liberali ponitur, sic inprimis apud veteres de Poësi et Musicâ dicitur. Vid. ad dictum locum Hutchinsonii notas et Perizon. ad Aelian. V. H. L. 2. cap. 31.

V. 2. Elegans sane est Jacobsi emendatio, legentis;

Κρούματι εὐτρήτων θελγόμενος δονάκων.

Sive τερπόμενος δονάκων.

tamen leviore medicinâ uti mallem, legendo

Κρούματα εὐτρήτων φθεγγόμενος δονάκων.

Non enim hic tam de fistularum dulcedine, quam quidem de earum bene resonantium efficaciâ, quâ Marsyas spoliaretur, agitur. Κρούματα proprie de instrumentis Musicis. ut L. 7. ep. 76.

Κιθάρης κρούματα Δηλίαδος.

Et de tibiae sono Vid. apud Jacobs. l. cit. φθέγγεσθαι ita dici, ex Platone, Aristotele et Plutarcho demonstravit Steph. in Lexic. Tom. 4. p. 136.

V. 4. ἐπανθήσει omnino scribendum. Sic enim Ed. Princ. Ald. Pr. emend. Sec. Tert. Venet. 1550. et a Scaligero notat. ad Cod. Leid.

V. 6. Lege ἠτίμασας. In versione latinâ distingue: Te, mortalis eras, —

Tit. 12. ep. 1. ad Exempl. Ruhnk. ex membr. Sylb. τραπέζας. male quod nullae Edit. agnoscunt. Non dissimile illud Luciani. L. 2. 52. Ep. 11.

Μὴ δεῖν δουλεύειν γαστρὶ λίγων ἀρετήν.

Ep. 2. v. 2. Bentlejus ad Horat. L. 2. Od. 17. legi maluit.

Οὐκ ὄλβον, πολύχρυσος οἷα Γύγης.

Quod Jacobsius non probat. Eamdem sententiam non uno in loco expressit Tibullus, ut statim in initio L. 1. el. 1. v. 1. 2. 5. 6.

Divitias alius fulvo sibi congerat auro,
Et teneat culti jugera multa soli,

Me mea paupertas vitae traducat inerti,
Dum meus assiduo luceat igne focus.

Et L. 3. el. 3. v. 29.—32.

Nec me regna juvant, nec Lydius aurifer amnis,
Nec, quas terrarum sustinet orbis, opes.
Haec alii cupiant; liceat mihi paupere cultu,
Securo cara conjuge posse frui.

De hoc Epigr. egit D'Orvillius Misc. Obss. T. 7. p. 70. et de praeclaro proverbio μηδὲν ἄγαν, quod etiam Terentiano Sosiae in ore fuit, *ne quid nimis*, Vid. Schol. ad Eurip. Hipp. v. 266. et omnino Valckenaerii adnotat. ad v. 264. p. 192. et Erasm. in adagiis p. 259. et 260. qui et hujus Ep. meminit. conf. L. 2. Tit. 48. e. 1. et Mantiss. Sec. T. 3. e. 40. et 41.

Ep. 3. Paucis exceptis legitur apud Ausonium ep. LIV.

Effigiem, rex Croese, tuam ditissime regum,
Vidit apud manes Diogenes Cynicus.
Constitit utque procul, solito majore cachinno
Concussus dixit: Quid tibi divitiae
Nunc prosunt, regum rex ô ditissime, quum sis
Sicut ego solus, me quoque pauperior!
Nam quaecunque habui, mecum fero: quum nihil ipse
Ex tantis tecum, Croese, feras opibus.

V. 5. πλείω Vat. Cod. quod ad Exempl. Ruhnk. notat. qui et in notis legi voluit pro τόπος πόρος. quod probaret Jacobsii emendationem legentis.

Ἐμοὶ καὶ νῦν πλεύνων πόρος.

Etiam nunc plura possideo. quamvis dubitem, an illa Jonica dictio πλεύνων huic Alpheo Mitylenaeo, qui serioris aetatis, ut ait Reiskius in Poët. Anthol. notitiâ p. 181. fuit poëta, tribui possit.

Ep. 4. Hoc Ep. explicatur ex iis, quae inveniuntur in Tit. 25. et 80. h. l. ubi Ep. 1.

Ἐλπὶς καὶ σύ τύχη μέγα χαίρετε· τὸν λιμὴν' εὗρον
Οὐδὲν ἐμοὶ χ' ὑμῖν. παίζετε τοὺς μετ' ἐμέ.

Optime vertitur,

Inveni portum. spes et fortuna valete!
Sat me lusistis, ludite nunc alios.

Vid. P. Burmanni not. ad Anthol. Lat. L. 4. p. 213. ubi alia versio.

Ep. 5. Hoc Ammiano tribuit Br. T. 2. p. 289. nullâ ratione redditâ.

 Docte

Docte et vere cum his comparantur, quae habet Plautus Amphitr. Act. 3. Sc. 3. v. 4.

Atque ita servum par videtur frugi sese instituere;
Proinde heri ut sint, ipse item sit; vultum e vultu comparet.
Tristis sit, si heri sint tristes: hilarus sit, si gaudeant.

et Terent. Eunuch. Act. 2. Sc. 2. v. 17.

Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt,
Nec sunt: hos confector. Hisce ego non paro me ut rideant,
Sed his ultro arrideo, et eorum ingenia admiror simul.
Quidquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque.
Negat quis? nego; ait? aio. Postremo imperavi egomet mihi
Omnia assentari.

Ovid. Art. Am. L. 2. v. 199. 202.

Arguet, arguito, quidquid probat illa, probato:
Quod dicet, dicas: quod neget illa, neges.
Riserit, adride: si flebit, flere memento.
Imponat leges vultibus illa tuis.

Quamvis cum Plutone Lucianeo de his adulatoribus Thucrito dicente, Dial. M. VI. p. 354.

Μηδὲ πρότερόν γε σὺ ἀποδάκνοις,
ἢ προπέμψεις πάντας τοὺς κόλακας.

tamen illud *ridentibus adridere et flentibus adflere* non semper ad adulationem, sed saepius ad summam vitae integritatem, et intimum amoris sensum transferendum est. ut apud Euripid. Iphig. in Aul. v. 408.

Ἐς κοινὸν ἀλγεῖν τοῖς φίλοισι χρὴ φίλους.

Grotio interprete.

Tangi est amicos par amicorum malis.

Et hoc sensu scripsit Ovidius Ep. 5. v. 45. 46.

Et flesti, et nostros vidisti flentis ocellos.
Miscuimus lacrymas moestus uterque suas.

Et Metam. L. 3. v. 459. de Narcisso.

Cum risi, adrides. lacrimas quoque saepe notavi:
Me lacrimante, tuas.

Haec unice faciunt ad ultimi h. e. versus explicationem,

Ast ego tam Miliae rideo quam lacrymo.

Br. hoc ineptum putet, et Jacobs. Grotium vulgatam lectionem secutum fuisse miretur. Ego de lectionis et versionis veritate non dubito, primum quod in priscis et optimis edit. non aliter legitur, et plane convenit cum

cum fine ep. 2. T. sq. Deinde, quia titulo, sub quo detur, plane respondeat; agitur enim hic de iis, qui sibi ipsi sufficiunt, et domi contenti vivunt, ut poëta, cujus uxor Milia, ut recte animadvertit Obsopaeus, et in ridendo et in flendo cum suo marito easdem partes sustineret. Ne dicam, quod illae compositae et plane inusitatae voces κλαυμιλίη et γελωμιλίη, quae ad oram exemplaris Scaligeri, ut est apud Huetium, erant adscriptae, me graviter offendant. Caeterum v. 2. in priscis ed. δνείδιον legitur, at post Ald. δνείδειον. et v. 4. Br. non male, σὺν γελόοντι γελῶν. ut hanc separationem jam voluit Wetsten. ad Ep. ad Rom. c. 12. v. 15.

v. 5. κλαυθμοῦ et hoc ex Sylb. ad suum exempl. notavit Ruhnkenius.

Ep. 6. Egregiis, quos ad h. e. illustrandum attulit Jacobsius, veterum auctorum locis addam hos praestantissimos Manilii versus L. 4. init.

Quid tam sollicitis vitam consumimus annis?
Torquemurque metu, caecaque cupidine rerum?
AEternisque senes curis, dum quaerimus aevum,
Perdimus; et nullo votorum fine beati
Victuros agimus semper. nec vivimus unquam?

Haec enim plane conveniunt cum istis Senecae de Brevitate vitae c. 4. init. *Tanquam semper victuri vivitis.*

Suffragantur huic sententiae etiam illa Horatii L. 2. Od. 18. v. 17. — 19.

Tu secanda marmora
Locas sub ipsum funus, et sepulcri
Immemor, struis domos.

Partem ep. vertit Ausonius ep. 145. totum nonnihil illustrat R. M. van Goens in suis Observ. Miscell. ed. Traj. ad Rhenum 1764.

Ep. 7. v. 1. ad Ex. Ruhnk. ex Sylb. ὀλιβομένοις. quod in ὀλιβομένους mutandum censet Jacobsius.

Ep. 8. Haec desumta esse ex hymno Cratetis in frugalitatem docet nos Julian. Imp. Orat. VI. p. 199. ubi tamen pro δέσποιν', ἀνδρῶν ἀγαθῶν legitur δέσποινα, σοφῶν ἀνδρῶν. in nostro MSS. p. 783. vulgata lectio probatur. Sed v. 3. pro Σὴν habetur Τὴν. Vid. de hoc Toup ad Suid. vol. IV. p. 155. V. 3. apud Br. δεσπόσυν.

Ep. 9. in Theognidis Ed. Pr. 1495. et eâ rarissimâ M. Neandri 1577. legitur.

Οὔτ' ἔραμαι πλουτεῖν οὔτ' εὔχομαι.

V. 2. Venet. cum Aldinis ζῆν ἐκ τῶν ὀλίγων. Illud Horatianum, *Vivitur parvo bene* plus semel celebratur a poëtis, in primis a Tibullo. L. 1. El. 1. v. 25.

Jam modo non possum contentus vivere parvo.

in quo versu exponendo Cl. Heyne Manutii ad Cic. Ep. L. 1. ep. 9. et Mureti in V. L. p. 231. auctoritatem sequi debuisset. Eruditissimi enim illi viri pro *non modo non*, ut in eadem Cicer. Ep. *non modo non negabo, sed etiam semper et meminero et praedicabo libenter* et L. 10. ep. 10. *Cujus rei non modo non praeterit tempus, sed ne maturum quidem etiam nunc, meo quidem judicio, fuit.* saepius in veterum auctorum scriptis tantum *non modo* legi demonstrarunt, cum simul bene observarint *in omnibus linguis multa dici, quorum ratio non constat: sed in usu loquendi, ipsam bene loquentium consuetudinem pro ratione esse habendam.* Optime ad h. e. Neander.

Τὰ δὲ μέγιστα καλὰ ἄνευ μεγάλων κακῶν οὐκ ἔστι.

quemadmodum id expertus loquitur rex Antigonus apud Stobaeum. Serm. 7. p. 87.

Ep. 11. Hoc attigit Gatakerus ad Marc. Antonin. L. 1. §. 16. p. 28. et Abram. ad Cicer. Orat. in L. in Pisonem c. 21.

Ep. 12. Clem. Alexandr. Paedag. L. 2. p. 166. χαλεπώτατον δὲ πάντων πτωμάτων, τὴν ἄπτωτον ἀγάπην ἄνωθεν ἐξ οὐρανῶν ἐπὶ τοὺς ζωμοὺς βίπτεσθαι χαμαί. Quem locum, gravissimum iis, qui cum cane apud Phaedrum, plagas et catenas pati possunt, si modo ipsorum venter impleatur, recte hic memoravit Jacobsius. Vere etiam Seneca Ep. 60. *Non fames nobis ventris nostri magno constat, sed ambitio. Hos itaque, ut ait Sallustius, ventri obedientes animalium loco numeremus, non hominum.*

Tit. 13. ep. 1. De hoc egimus in Disputatione ad Legati Teyleriani Curatores de Quaestione publice propositâ. *Quae fuerit Veterum Philosophorum, inde a Thalete et Pythagorâ, usque ad Senecam sententia de vitâ et statu animorum post mortem corporis?* ubi illud a meo Nieuwlandio, nimis cito humano generi erepto, elegantissime sermone Belgico legitur redditum. Herodotus sit hujus Epigr. 1. interpres L. 5. p. 374. Τὸν μὲν γινόμενον περιζάμενοι οἱ προσήκοντες ὀλοφύρονται, ὅσα μιν δεῖ, ἐσεί τε ἐγένετο, ἀναπλῆσαι κακὰ ἀνηγεόμενοι τὰ ἀνθρωπήϊα πάντα πάλαι. τὸν δ' ἀπογενόμενον, παίζοντες τε καὶ ἡδόμενοι, σῇ κεύθουσι, ἐπιλέγοντες ὅσων κακῶν ἐξαπαλλαχθεὶς, ἔστι ἐν πάσῃ εὐδαιμονίῃ. ubi Vid. doctissimi Valckenaerii notas. in primis locum Plutarchi Tom. 2. p. 36. ed. Rualdi; et ed. Steph. vol. 1. p. 63. nec non quae collegerunt Davisius et alii

V. D.

V. D. ad Ciceron. Tuscul. Disput. L. 1. c. 48. quibus, si velis, addas annotationes ad Lucret. 5. 223. et Adr. Behotii Apophor. L. 1. cap. 7. Caeteris adjungamus ejusdem Plutarchi, a Jacobsio etiam notatum locum, Conf. ad Apollon. Tom 2. p. 107. ed. Rualdi et Steph. vol. 2. p. 186. Τοιούτου δὲ τοῦ βίου τῶν ἀνθρώπων ὄντος οἷον αὗται φασι, πῶς οὐκ εὐδοκιμονίζειν μᾶλλον προσήκει τοὺς ἀπολυθέντας τῆς ἐν αὐτῷ λατρείας, ἢ κατοικτείρειν τε καὶ θρηνεῖν, ὅπερ οἱ πολλοὶ δρῶσι δι' ἀμαθίαν;

V. 4. Elegantiarum Pater Ruhnken. Ep. Crit. 1. ed. vet. p. 58. et nov. p. 93. ad L. 3. T. 6. ep. 51. docuit κῆρας sive morbos Plutonis canes dici, qui Deorum imperium exsequantur, neque hujus loci fuit immemor.

Ep. 2. Hoc quamvis nullâ emendatione egere videatur, tamen emendare voluit G. Wakefield Silv. Crit. part. 2. pag. 155. quod autem cum Jacobsio minime necessarium esse arbitror.

Ep. 3. et seqq. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 13. 14. et 16. eadem versione dedit Grotius in Stobaei Floril. p. 411. — 413.

Ep. 3. Ep. 4. Haec propter elegantiam et Sententiarum gravitatem plures laudarunt et versione latinâ dignati sunt, ut praeter Auson. Eid. XV. p. 387. inprimis Erasmus in Adagio *Optimum non nasci*, qui tamen vir eruditissimus ad haec latine reddenda plus altero tanto amplioribus versibus, quam Grotius utitur, qui iisdem numeris, ut semper, rem absolvit. Saepius deplorata est humanae vitae conditio, ut ab Homero Il. P. v. 446. 447.

Οὐ μὲν γάρ τί που ἐστὶν ὀϊζυρώτερον ἀνδρὸς
Πάντων, ὅσσα τε γαῖαν ἐπιπνείει τε καὶ ἕρπει.
Nil homine in terrâ quidquam aerumnosius exstat,
Quotquot alit gremio, coeli vescuntur et aurâ.

Et Odyss. Σ. v. 129. — 136. qui sapientissimi vatis versus animis nostris non satis inculcari possunt.

Οὐδὲν ἀκιδνότερον Γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο,
Πάντων, ὅσσα τε γαῖαν ἔπι πνείει τε καὶ ἕρπει.
Οὐ μὲν γάρ ποτε φησὶ κακὸν πείσεσθαι ὀπίσσω,
Ὄφρ' ἀρετὴν παρέχωσι θεοὶ, καὶ γούνατ' ὀρώρῃ·
Ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ λυγρὰ θεοὶ μάκαρες τελέωσι,
Καὶ τὰ φέρει ἀεκαζόμενος τετληότι θυμῷ.
Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ' ἤμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Quos versus egregie latine reddidit Bernardus Zamagna.

Nil hominum fato miserum magis alma creavit
Terra parens genere ex omni, quod vescitur aurâ
AEtheriâ, reptatque solo. Nam tristia sese
Passuros haud ulla putant, dum Numina robur
Sufficiunt, solidaeque virent in corpore vires.
Post ubi versa malis divûm est mutata voluntas,
Dura quoque invito coguntur pectore ferre:
Quippe animi motus varii vertuntur, ut ille
Rex hominum Divumque pater sua tempora vertit.

Quare nonnulli dubitarunt, *an natura parens melior homini, an tristior noverca fuerit*, Plin. Hist. Nat. L. 7. prooem. ubi docti viri partem h. e. memorarunt. Conf. Lactant. de opificio Dei cap. 3. Supra citatis locis, in quibus de illa humanae naturae imbecillitate querelae inveniuntur, insuper adjungas, quae largâ manu dedit Plutarch. in dictâ Conf. ad Apollon. ubi etiam commemorati Homeri versus leguntur, omisso tamen versu secundo, qui, ut vidimus, jam erat in Iliade, quamobrem Plutarchus in suâ Odysseâ eum non invenisse censetur.

v. 1. Br. ad Aristoph. Plut. v. 438. p. 291. pro τάμοι, τάμῃ legi voluit.

v. 6. ζῆς ἐτ' ἐρημότερον, ut apud Metrodorum ζῆς ἐτ' ἐλαφρότερον. at Br. recepit ζήσῃ ex margine Stobaei. in ed. Aur. All. p. 532. Ἐρημότερον est in ed. Princ. Sed in Ald. Pr. emend. Secundâ, et Tertiâ, ut et Venet. 1550. ἐρημότερος quod etiam dedit Br. quamvis omnes in ἐλαφρότερον Ep. seq. consentiant.

V. 9. Br. τοῖνδε δυοῖν pro τοῖν δυοῖν quod vulgatas editiones occupavit. At apud Stobaeum in Floril. Grot. p. 411. legitur.

Ἦν ἄρα τῶν πάντων τόδε λῷον, ἢ γενέσθαι
Μήποτε, ἢ θανεῖν αὐτίκα τικτόμενον.

Quae lectio mihi placet, et quam Grotius etiam hoc in loco probasse videtur.

Nil igitur satius, quam nunquam cernere lucem:
Vel modo conspectâ luce repente mori.

Ep. 4. v. 3. Κῆδεα lege Κοῦδεα, ut apud Br. et in omnibus priscis habetureditionibus. quod recte observavit Huëtius.

Ep. 5. Inter ea Lucillii est apud Br. T. 2. p. 342. ast apud alios Luciano tribuitur, et id non tantum in Ed. Pr. et in ipsis Luciani Op. T. 3. p. 625. et 676. verum etiam apud Stob. in Floril.

Ep. 6. De hoc jam diximus in not. p. 200. ubi P. Burmann. ad Propert. L. 3. el. 3. v. 36. citavimus. Adde Onuphr. Panuvin. de Ludis Circens. in Thes. Antiq. Rom. vol. 9. p. 311. 312. qui non im-

immerito affert illa ex Tzetzae Chiliad. X. v. 139. Γυμνὸς ἐξῆλθον, ἔλεγεν, ἀπὸ μητρὸς κοιλίας. respiciens ad ea Jobi cap. 1. v. 21. Αὐτὸς γυμνὸς ἐξῆλθον ἐκ κοιλίας μητρός μου, γυμνὸς καὶ ἀπελεύσομαι ἐκεῖ. Porro Vid. de hoc Ep. D'Orvillii not. ad Lucian. Tom. 3. p. 675. qui hoc dignius Lucilio vel Palladâ, quam Luciano putat. Ad hujus Ep. sententiam confirmandam plura, ut solet, neque eo ipso praetermisso, collegit vir eruditissimus J. J. Wetsten. ad N. T. Tom. 2. p. 348. 349.

Ep. 7. χειμαζόμενοι. Valckenaerius ad Eurip. Hippol. v. 315. in not. p. 198. docet verbum χειμάζεσθαι de corporis animique morbis adhiberi. Sic apud Sophocl. Antig. v. 391. aut 398.

Ταῖς σαῖς ἀπειλαῖς αἷς ἐχειμάσθην τότε.

Eleganter T. 15. e. 7. h. l.

Οὐκ ἔστι γήμας ὅστις οὐ χειμάζεται,
Λέγουσι πάντες, καὶ γαμοῦσιν εἰδότες.

v. 2. οἰκτρότερα vulgata lectio non repudianda, ut ait Jac. Gronovius ad Herodot. p. 971. in Obs. p. 155. sic etiam non sollicitandam esse arbitror v. 5. εὐπλοΐῃ pro quâ Br. dedit εὐπλοίᾳ. Praeclare hujus Ep. vim expressit primi ordinis poëta Sidr. Hosschius El. 1. quâ vitam mari similem esse demonstrat.

Vita mare est: res plena metu, res plena tumultu
Utraque. Mortales credite, vita mare est.
Neutri tuta fides: quot fluctibus aspera surgunt
AEquora, tot causas illa timoris habet.

Caetera, lectu dignissima, describere non vacat. Praeclare ad h. l. observat Jacobs. Antonin. Philos. L. 3. §. 3. p. 67. ἐνέβης, ἔπλευσας, κατήχθης, ἐκβηθι. Vid. Th. Gatakeri notas, ut et ad Ep. sequens Eundem L. XI. p. 321. ubi hoc etiam latinis versibus redditur, nec non P. Burmanni ad Petron. cap. 80. p. 517. Non dissimile illud, quod olim scripsimus ad Cornelium in nostrorum Poematum collectione p. 81.

An magis hoc verum, populi mirante coronâ,
Quod medio dixisse foro tibi fertur Orontes?
Cuncta meri, credas, humana negotia ludi.

Ut apud Juvenalem L. XIV. v. 264.

Tanto majores humana negotia ludi.

ad q. l. hoc Ep. attulit Grangaeus. Apud Jacobsium vitiose legitur,

Humani negotia ludi.

Conf. omnino Luciani Necyom. §. 16. T. 1. p. 477-479.

Ep. 9. Jacobsius, cui, quod ad interpretationem et ad illustrationem Anthol. Gr. summa quaeque debentur bona, ad hoc Ep. duos veterum

 aucto-

auctorum locos attulit, quos a nobis non negligendos esse existimavimus. Unus est Sophoclis Oedip. Col. v. 1694.

Τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς
Χρὴ φέρειν, μηδ' ἄγαν φλέγεσθον.

vel ut in Ed. pr. μηδ' ἄγαν οὕτω
φλέγεσθον.

Grotio interprete.

Quod fata ferunt, id ferre decet,
Et non nimis luctibus uri.

Adde Terent. Phorm. Act. 1. Sc. 2. v. 88.

Quod fors feret, feremus aequo animo.

Vid. Brunckii notas. Plura in hanc rem collegit Th. Gataherus ad Max. Antonin. L. 3. p. 72. Alter locus est ex Dione Cass. T. 1. p. 170. Οὐδὲ γὰρ οὐδ' αἵρεσίς τις ἐστιν ἡμῖν τοῦ ζῆν ὅπως ἂν θελήσωμεν, ὥσπερ εἶπον. ἀλλ' ἀνάγκη πᾶσα ὑπομένειν ἡμᾶς τὰ δοκοῦντα τῷ δαιμονίῳ. τοῦτο δὲ ἂν μὲν ἐθελοντὰι ποιῶμεν, οὐ λυπησόμεθα· ἂν δὲ ἀκόντως, οὐδὲ ἐκφεύξομεθά τι τῶν πεπρωμένων, καὶ τὸ μέγιστον τῶν κακῶν προσεπικτησόμεθα, τὸ μάτην ἀνιᾶσθαι. locus sane appositissimus. in v. 2. pro *feriat*, lege *feriet*.

Ep. 10. Grotius hoc in duas partes divisit; Fed. Morellus ad Statii Sylv. pag. 50. id latine reddere voluit, quod Grotii, non hujus, erat. ad sensum Seneca Consol. ad Marc. cap. 11. *Quid est homo? imbecillum corpus, et fragile, nudum, suapte natura inerme, alienae opis indigens, ad omnem fortunae contumeliam projectum.* Et Cons. ad Polyb. c. 23. *Non vides qualem vitam nobis rerum natura promiserit, quae primum nascentium omen fletum esse voluit?* Cons. ibi cit. Plinii locum L. 7. init. Caeterum ad bene intelligendam vitae brevitatem ac fragilitatem plura egregia dedit Erasmus in Adagio, *Homo bulla*. p. 500.

Ep. 11. In priscis Edit. hoc etiam adjectum est L. 2. Tit. 48. ep. 2. cum Brunckius illud adjecerit Ep. 4. ejusdem Tit. et libri. Vat. membr. secutus. Grotius, oblitus hos versus jam latine fecisse, hic atque illic aliâ versione usus est.

Ep. 12. v. 2. Br. pro ἄκη dedit ἄχη. quod Jacobsius verum putat, et Grotium secutum fuisse declarat, scribendo *abscondit, si qua molesta, domus*. At mihi hoc longe aliter videtur. Non enim hic agitur de vitae doloribus et miseriis, sed de ejus deliciis atque amoenitatibus, quae hominem ubique comitantur, et quidem tantae sunt, ut, si quae forte oriantur molestiae, iis domus medelam paret, illas ita tegendo atque occultando, ut a nemine exaudiri neque cognosci possint, et hoc est.

Abscondit, si qua molesta, domus.

Ut

Ut enim in Ep. 3. Posidippi, cujus parodia est, scribitur,

Insedit morbida cura domos.

Cui obloquitur carmen 4 Metrodori, ex quo hoc expressum est, dicendo,

requies est sua cuique domus.

Sic hanc sententiam et hic versus postulat. Nam parum sane omnia illa commemorata munera ad vitae felicitatem conferrent, si interea clandestinae curae domi hominum cor ederent, quod Julianus minime voluit, qui potius illud indicare conatus est, quod homines iis commodis gauderent, ut, si quid adversi eveniret, domi haberent, quo confugerent, ubi conquiescerent, et in quorum sermone et suavitate omnes curas doloresque deponerent. quae vera et ab optimis usitata est medela. Egregie illud explicuit Hom. Odyss. Z. v. 180—184.

Σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν, ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς,
Ἄνδρα τε καὶ οἶκον, καὶ ὁμοφροσύνην ἀτάσειαν
Ἐσθλήν· οὐ μὲν γὰρ τοῦ γε κρεῖσσον καὶ ἄρειον,
Ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον
Ἀνὴρ ἠδὲ γυνή.

Di vero tribuant, quaecunque in pectore servas
Vota tuo, sponsum gnatosque et munera pacis
Unanimae: neque enim donum praestantius ullum,
Quam quum tranquillos concordi mente penates
Femina virque regunt.

Br. v. 7. ἀτάσσαι. contra librorum consensum.

Ep. 13. In vulgatis Edit. inter ea est, quorum auctores latent. Vat. Cod. AEsopo vindicat, qui vero ille Aesopus fuerit, se ignorare fatetur Salm. in notis p. 31.

v. 4. σελληναίης κύκλα καὶ ἠελίου. Leon. Tarent. T. 67. e. 1. h. l. ἱερὰ κύκλα σελήνης. et Eurip. Iphig. in Aul. v. 717. ὅταν σελήνης εὐτυχὴς ἔλθῃ κύκλος· Ut apud Ciceronem in Somn. Scipionis cap. 3. Sidera et stellae *circos suos, orbesque conficere celeritate mirabili* dicuntur, sic apud Graecos poëtas vox κύκλα saepius ad signa coelestia transfertur. ut apud eundem Euripid. Hec. v. 412. κύκλονθ' ἡλίου προσόψομαι. conf. Jon. v. 41. Electr. v. 465. et Sophocl. Antig. v. 416. v. ultimo Scalig. ad Cod. Leid. ἀμοιβοῖς Μέμεσις.

Ep. 14. 15. Haec duo Ep. quae etiam secundum Salm. in not. p. 31. Glyconi tribuuntur, a se invicem non disjungenda esse monuit Br. Lect. et Em. p. 195.

Πάντα κόνις. Lucian. Dial. Mort. 1. p. 334. Ἀλλὰ πάντα μία ἡμῖν κόνις, φασὶ, κρανία γυμνὰ τοῦ κάλλους. et Dial. 20. p. 413. Βαβαὶ, Ὅμηρε, οἷά σοι τῶν βαψωδῶν τὰ κεφάλαια χαμαὶ ἔρριπται ἄγνωστα καὶ ἄμορφα, κόνις πάντα, καὶ λῆρος πολύς, ἀμενηνὰ ὡς ἀληθῶς κάρηνα. ad primum locum omnino videndus summus Hemsterhusius, qui eum emendat legendo pro πάντα μία ἡμῖν κόνις — πάντα μία Μύκονος. Quod, si pace tanti viri dicere liceat, mihi non placet. Primum quod Lucianus nullam Myconiorum alibi mentionem fecerit, quamvis eorum singulares mores pluribus proverbiis, ut ab Erasmo discimus, occasionem dederint. Deinde quod verba Plutarchi, quae vir praestantissimus ad suam emendationem confirmandam hic inprimis attulit, nihil faciunt ad ingeniosam Luciani mentem explicandam. Apud Plutarchum enim agitur de iis, qui neque aetatis, neque dignitatis habitâ ratione, sine ullo ordine, temere et fortuito ad coenam veniunt. περὶ δὲ τὰς κατακλίσεις παρόψεται τὰς διαφορὰς, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τὴν λεγομένην Μίαν Μύκονον ἀποφήνας τὸ συμπόσιον, quod agnovit vir eruditissimus. Quomodo vero illud Luciani loco convenit? Ille enim non agit de convivarum bene epulantium ordine et loco, sed de mortuorum conditione et statu, qui non sine ullo ordine, sed, quod multo magis eorum contemtum indicat, sine ullo discrimine, inter se mixti et in unum eundemque pulverem redacti adeo prostrati ac confusi jacent, ut nihil quidquam, quamvis exiguum, quod cuique proprium fuerit, ex iis agnosci possit. Quod longe aliud quid est, quam *Myconiorum more ad coenam accedere.* qui, quia erant pauperrimi atque ciborum avidissimi, non vocati in coenas ruebant, sed tamen suam, cum aliis adaequatam, hominis figuram sustinebant. Vid. Suid. v. Μυκονίων δίκην. vol. 2. p. 586. Praeterea illud μία κόνις, quod eruditorum Pater hic immutatum velit, mihi adeo Luciani ingenio consentaneum esse videtur, ut nihil magis. Diogenes Polluci, cui licitum erat in vitam redire, mandat, ut, si illuc venerit, nunciet Philosophis, Tyrannis, formosis, divitibus et ceteris, qui se aliis praestantiores esse opinantur, apud inferos omnia illa sua insignia exulare, neque aliud quidquam conspici nisi summam unitatem, congruentiam, et species indiscretas, in levem cinerem conversas, quod illud μία κόνις designat. Latini ad illam aequalitatem et perfectam similitudinem demonstrandam non semel voce *unus* usi sunt.

Ut Ovid. Metam. L. 1. v. 6.

Unus erat toto naturae vultus in orbe.

Et Art. L. 2. v. 468.

Una-

Unaque erant facies sidera, terra, fretum.

et ad illam adaequatam et omnibus numeris absolutam confusionem et similitudinem inter mortuos declarandam his utebantur verbis, quemadmodum doctus poëta Propertius L. 3. el. 3.

Victor cum victis pariter miscebitur umbris.

ut ille locus constanter in Edit. vetustissimis legitur.

Et mox eodem in loco.

Lydus Dulichio non distat Croesus ab Iro.

Quippe uterque idem pulvis.

Quae ad meam de hoc Luciani loco demonstrandam sententiam sufficiant. Caeterum Ep. 15. vs. 3. ἐν ἀυτῇ, ut et in Salm. notis p. 31.

Ep. 16. Antiphani hoc tribuunt Vat. Membranae. Vid. Br. L. et Em. Tom. 3. p. 309.

Tit. 14. Ep. 1. Br. Salmasium secutus posuit inter ea Leonidae Alexandrini Tom. 2. p. 196. similis omnino argumenti est Ep. 6. T. 87. h. l.

v. 2. Docta manus ad meum exemplar pro ἤρχετο scripsit ἤντετο, quod non de nihilo est. vox saltem plus semel ab Homero usurpata.

v. 4. Recte λιμοῦ ut Edd. veteres, Scaliger ad Cod. Leid. et Huet. p. 31. βύτορα dedit Br. Edd. vett. constanter λύτρα.

Ep. 2. v. 2. χείλεα fossis et fluminibus dantur, ut apud Hom. Il. M. v. 51. ubi egregie poëta depingit equorum ardorem summo cum timore conjunctum, ad perniciosam fossam transiliendum, quod in margine ripae stantes et hinnientes declarant. Neque aliter Latini marginibus et extremis fontium et Oceani oris labra tribuunt. Vid. Liv. 37. c. 37. Caes. de B. Gall. L. 7. c. 72. Plin. L. 5. Ep. 6. p. 296. et Scalig. ad Auson. Cl. Urb. V. 9. seu cap. 23. L. 1. Ed. El. Veneti.

Ep. 3. v. 1. ἀθρόος. Theocrit. Eid. XIII. v. 49. — 51.

Κατήριπε δ' ἐς μέλαν ὕδωρ
Ἀθρόος, ὡς ὅτε πυρὸς ἀπ' οὐρανοῦ ἤμπεσε δεινὰ
Ἀθροὸς ἐς πάντον.

i. e. ut apud Etym. Magn. αἰφνίδιον *subito*, *celeriter*. Quamvis per hanc vocem *plena et tota ruina domus* cum Grotio etiam intelligi possit. Vid. Warton. ad Theocrit. qui et alia affert.

v. 3. φύσατο. Ald. Sec. Turn. et Vertat. male, pro φέλωσατο quod vidit Brodaeus. Ἐρείπια *rudera*, ut apud Lucian. Q. Hist. scr. vol. 2. p. 44. Hanc vocem Polybio. L. 5. §. 102. restituit Is. Casaubonus, non probante Schweighaeusero.

v. 4. ἀδίνων pro caritate, quâ matres amplectuntur liberos, sumi vult Jacobsius. Sed quare non pro ipsis natis, quos matres non sine summo pepererunt dolore? ut L. 3. Tit. 7. e. 5. T. 12. e. 56. T. 24. e. 14. et L. 4. T. 8. e. 16. Sic et Latini metonymice *partus* pro *prole*. Cic. Tuscul. Disp. L. 5. c. 27. *Bestiae — pro suo partu ita propugnant, ut vulnera excipiant.*

Recte itaque Grotius.

O gloria matrum,
Concedit quarum partubus ipse lapis.

ubi male in MSS. legitur, *quorum.*

Tit. 15. Ep. 1. De hoc egit Erasmus in Adagiis Chil. 1. Cent. v. Prov. VIII.

v. 2. Lege Ναυηγὸς.

Ep. 2. Lege Apollonidae. Br. v. 1. εἶπε. v. 2. σπεῖσαι et v. 4. Δικηβίων. contra omnium Edit. consensum. σπεῖσαι videtur e Vat. Cod. ductum.

v. 3. Errore Typographi omissus in Ed. Ald. 1521. et 1550. unde hanc ex illâ expressam esse, constat. Recte cum v. 2. comparavit Jacobsius ea, quae Alcestis Admetum rogat apud Eurip. v. 304. Grotio interprete. p. 224.

Hoc par liberum
Quos amo, nec ipse tu minus si quidem sapis,
Hos tu relinque sortis haeredes meae.
Sed ne his novercam quaeso superinduxeris.

Hoc tamen Ep. non comparari posse arbitror cum Ep. 20. Tit. 23. L. 3. quoniam ibi de ruinâ domus, et hic tantum de gravi disidio inter amantes agi putamus.

Ep. 3. Idem apud Stob. Tit. 5. p. 39. ubi Grotius eadem versione usus est.

Ep. 4. v. 2. ἐπὶ ξυροῦ ἕσται ἀκμῇ. Sic omnes Edit. priscae, cum legendum sit, ut apud Homerum, a quo proverbialis locutio desumta. Iliad. K. v. 173.

Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἕσταται ἀκμῆς.

conf. Theognidis Sent. v. 557. et Schol. ad Thucyd. L. 1. §. 124. et V. §. 103. Erasmi Adag. p. 33. et V. D. ad Phaedr. L. V. Fab. 8. at in primis Valckenaer. ad Herod. L. VI. p. 443. Ad idem proverbium alluditur L. 3. T. 5. ep. 23. et L. 4. T. 14. e. 1. Huc etiam referatur illud Sophoclis, Antigone v. 996.

Φρόνει βεβὼς, οὐ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης.

et in Ajace v. 786.

Εὑρεῖ γὰρ ἐν χρῷ τοῦτο, μὴ χαίρειν τινά.

et Eurip. Herc. Fur. v. 630.

Τοσῶδε μᾶλλον ἢδ' ἔβην' ἐπὶ ξυρῶν.

Quibus et alia possent addi. Aliter Aristaenetus L. 1. Ep. 14. p. 98. γέγονα ξυρὸν εἰς ἡδονήν. quod dicitur in eos, qui votorum compotes fiunt. Vid. Schott. Adag. ex Diog. Cent. VI. §. 91. et ex Suida Cent. X. §. 66. quod Erasmus non bene intellexisse videtur. Denique cum priore adagio non nihil conveniunt quae scripsit Horatius Serm. L. 1. Ecl. 9. v. 73. 74.

Fugit improbus, ac me
Sub cultro linquit.

ubi Vid. Lambini notas.

v. 4. Κυπρογενείης, de hac, non neglecto hoc loco, egit Jo. Chr. Wolfius ad Sapph. Fragm. p. 241.

Ep. 5. Est pars Epigr. Timonis Phliasii de Dionysio Heracleote, quod nobis servavit Athenaeus L. 7. p. 281. et dedit Br. Tom. 2. p. 72.

Εἰς Διονυσίου Τὸν Ἡρακλεώτην.

Ἡλίκ' ἔχων δύναιν, νῦν ἄρχεται ἡδύνεσθαι.
Ὥρη ἐρᾶν, ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ παύεσθαι.

Videtur poëta in verbis δύναιν et ἡδύνεσθαι lusum quemdam quaesivisse. Quare verterem.

Cum nobis sit ebire, obeamus gaudia vitae;
Nunc ut ames, nuptamque colas, at tempore cesset.

Ep. 6. Optime Epigr. explicuit et eleganti versione condecoravit Erasmus in Adag. Chil. II. Cent. VII. Prov. 98. Ad v. 4. conferri potest praeter alia Chaeremonis dictum apud Stobaeum. Tit. LXVI. p. 421.

Γυναῖκα θάπτειν, κρεῖττόν ἐστιν, ἢ γαμεῖν.
Sepelire uxorem satius est quam ducere.

in versione latina pro

Etiam si tumulo condat et hanc teneat.

erat in MSS. D'Orvilliano.

Etiam si tam mox condat, et hanc teneat.

v. 5. 6. Hos celebrat Haverkampius ad Lucret. L. v. 330.

Ep. 7. v. 1. χαμαιζήλεται Vid. ep. 7. T. 13. h. l. P. Burmannus Sec. ad Anth. Lat. vol. 2. p. 574.

Tam malum est foris amica, quam est uxor domi;
Nemo non haec vera dicit, nemo non contra facit.

haec habet. *Expressit illud veteris poëtae Graeci εἰς γάμον Anth. Gr. L. 1. c. 15. Pithoeus.*

Ep.

Ep. 8. Salmasius Lucillio dedit, et v. 2. ex Cod. Vat. τῶν ἀγαθῶν ἀγαθά. Luciano tribuit Sylb. quem sequitur Ruhnk. quod et ab aliis factum narrat Reitzius Lucian. Op. T. 3. p. 676. Gravis locus est, quem hic quoque memorat Jacobsius, in Orat. Metelli Numidici apud A. Gellium Noct. Att. L. 1. cap. 6. *Si sine uxore, Quirites, possemus esse, omnes eâ molestiâ careremus: sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis satis commode, nec sine illis ullo modo vivi possit; saluti perpetuae potius, quam brevi voluptati consulendum.* Quod autem idem doctissimus Jacobsius ad v. 5. scribit, se non ex eâ sententiâ posse expedire, neque ullam lucem ex Grotianâ versione accepisse, id sane miror. Plani enim et perspicui mihi videntur hi versus, quos hoc modo interpretor. *At prolis habendae caussâ duces uxorem? Sed si modo sis dives illam habebis* (propter frequentem adulatorum copiam;) *si vero pauper, tum tibi illa proles molestiam et curas, non voluptatem et amorem afferet.* An vera sit sententia, non disputo, sed tale quid indicare voluisse poëtam existimo, et a Grotio bene translatum. Illius, qui pro ἕξεις, στέρξεις legendum voluit, emendationem minime probo; non enim adeo ineptus erat poëta, ut tantum locupletioribus verum prolis amorem tribueret. Ludit tantum adulatores, quorum ea erat impudentia, ut genuinos liberos loco movere desiderarent; hos, ut alibi, sic acriter pungit Lucian. Dial. Mort. VI. p. 350. ubi summus Hemsterh. verum exemplum prodidit ex Plinio L. 8. Ep. 18. Domitii Tullii, qui *quum se captandum praebuisset, reliquit filiam haeredem, frustratus improbas spes hominum, quos sic decipere, pro moribus temporum prudentia est.* eodem modo haec intellexit Brodaeus. Br. v. ultimo πτωχὸς οὐδὲ.

Tit. 16. Ep. 1. Hoc scitum et argutum Menecratis distichon laudat Fed. Morellus ad Statii Sylv. L. 1. c. 4. v. 52.

Ep. 2. v. 2. πολλὰς sic Markland. ad Eurip. Suppl. v. 219. id est *ad magnum numerum annorum.* quod probant Br. et Jacobs. L. 7. ep. 74. τῶν δ' ἐτέων ἡ δεκὰς οὐκ ὀλίγη. conf. Ep. 94. et L. 5. T. 2. ep. 26. et 28. et L. 6. T. 8. ep. 5. De magno et insolito Gratiarum numero Aristaenetus L. 1. Ep. 10. Καὶ τοῖς ὄμμασι χάριτες οὐ τρεῖς καθ' Ἡσίοδον, ἀλλὰ δεκάδων περιχορεύει δέκας.

Ep. 3. in Ed. Pr. Theocriti Theogn. v. 527. 528.

Οἴμοι ἐγὼ ἥβης καὶ γήρους ὀνομαίνου·
Τοῦ μὲν ἐπερχομένου· τῆς δ' ἀπαιωρομένης.

reliquae praestantiores Edit. Οἴμοι ἐγὼν ἥβης — ἀπαιωρομένης, quam ultimam varietatem etiam Schol. ad h. l. notavit. Non dissimile illud apud eundem Theognidem v. 1127. 1128.

Ἀλλ' ἥβην ἱμερτὴν ἐλεφόμεθα, ἣ με ἐπιλείπει·
Κλαίω δ' ἀγγαλέον γῆρας ἐπερχόμενον.

Verterem:

Dulce queror tempus quod me juvenile reliquit,
Quodque supervenit triste, senile queror.

Aliter Grotius apud Stobaeum p. 479.

Sed me flere jubet fugiens formosa juventas,
Et veniens tremulo curva senecta gradu.

In eo, de quo agimus Ep. legitur in v. 2. apud Stobaeum.

Quod fugit illa a me, quod venit ista mihi.

Ep. 4. Bene Schol. confert Antiphanis versus.

Σφόδρ' ἐστὶν ἡμῶν ὁ βίος οἴνῳ παρεφερής,
Ὅταν γὰρ τὸ λειπὸν μικρόν, ἕξος γίνεται.
Vino perfimilis aetas est mortalium:
Utrumque acescit minimo cum superest sui.

Vid. Grot. Stob. p. 478.—480.

v. 4. ἐξύχολος. hanc vocem Sophocli restituit Br. Antig. v. 955.

Ep. 5. ad Ex. Ruhnk. ex Sylb. notatum Ὠπίγενου S. Θεσσαλονικέως. *Ald.* Scrib. Ἐπιγόνου.

v. 1. Male admodum, Wechel. Ed. εἰνάνθαις typographi errore. Οἰνάνθη, flos vitis, seu ipsa vitis. conf. L. 3. T. 25. ep. 23. et Eurip. Phoen. v. 238. Phavor. ex Suida. Οἰνάνθη. ἡ πρώτη ἔκφυσις τῆς ἀμπέλου λέγεται. Conf. V. D. ad Hesych. vol. 2. p. 729. at inprimis L. C. Valckenaer. ad Ammon. L. 3. cap. 3. p. 175. et 176. qui etiam v. 2. pro τετανῶν, quod inepte omnes Edit. occupavit, legendum esse demonstrat πεπτωῶν.

v. 3. ἶδ' ὡς χρόνος οἶα. verior lectio Salmasii in notis p. 31. ἶδ' ὁ χρόνος. sed ad Ex. Ruhnk. ex eodem Salm. ἶδ' ὡς χρόνος. at Grut. recte ὁ.

v. 4. vocem σταφυλὴ hic pro *vite* poni notandum putat Jacobsius, sed proprie uva dicitur sentire senectutis rugas. pro vite autem sumitur L. 6. T. 14. ep. 4.

Ep. 6. v. 1. Χειμέριον Edit. omnes, quod defendi potest ex optimis Homeri excusis libris. Il. B. v. 294. ubi in praestantissimis, ut in eâ omnium rarissimâ Juntinâ 1537. ἄελλαι χειμέριαι. et sic L. 3. T. 6. ep. 44. χειμέριον ζωήν. verum etiam hujus vocis femininum frequentari docuit Cl. Heyne ad cit. l. quare illud hic immutare noluimus.

v. 2. Vide doctissimi Brodaei notas, qui hunc explicat.

Ep. 7. et 8. unum faciunt in Ed. vetustis. Grotius ea disiuncit. quod ea Br. ex Vat. Cod. fieri voluit, et primam partem Philoni, alteram Luciano dedit. Jo. Meursius in suis ad Hesych. Milesium notis p. 219. ea conjunxit.

Tit. 17. Ep. 1. v. 1. in Ed. omnibus ad fulciendum versum insertum τε, quod non necessarium. Elegantissimus N. Heinsius ad Virg. Aen. Tom. 2. p. 3. hujus Ep. mentionem fecit, cumque eo contulit Ausonii Ep. 137. A primo Iliadis versu Grammatici Graeci artis suae exercitationem auspicabantur. Vid. Fabric. ad Sext. Empir. p. 244. v. 3. Ὅμοι.

Ep. 2. Hoc Ep. inter alios etiam latinis versibus reddere conatus est Erasm. Schmidius in Hypomnem. post Ph. Melanchtonis Grammaticam.

Ep. 3. v 1. Ὄργανα. Ultimum distichon difficile est intellectu propter illud λόγοι συντάσσομαι ὑμῖν, pro quo Schol. in margine ed. Wechel. legendum voluit λόγοι οὐ τάσσομαι ὑμῖν. si vero Jacobsii explicatio, quam confirmare videtur D'Orvillius ad Chariton. p. 151. ferri potest, adeo ut συντάττομαι ὑμῖν sit nova valedicendi formula, ea difficultas erit sublata vertendo:

Cyrrha vale atque Helicon, vos Sermonesque valete,
Per vos ad restim nam mihi res rediit.

Verum quidem est, quod Steph. et G. Budaeus, qui in Comment. L. Gr. p. 640. accurate de verbo συντάττομαι scripsit, tale nihil quidquam attigerint. Sed hac dubitatione nos liberat Jo. Casp. Suicerus in suo Thes. T. 2. p. 1184. cum ait συντάσσομαι aliquando idem est, quod ἀποτάσσομαι, valedico, unde λόγος συνταακτήριος, est oratio valedictoria. conf. L. Kusteri not. ad Suid. vol. 3. p. 408.

Ep. 4. Lepide sane hoc Ep. contra Grammaticos usus est Erasmus in Stultitiae Laude. Op. T. 4. p. 457. Meminit et hujus Fabric. ad Sext. Emp. l. c. p. 244. v. 7. Lege Γραμματικὸς.

v. 8. Lusus est in πέντε et πένθος. ut non nihil aliter in πτώσεις Ep. sq. 5.

ἠδὲ καὶ αὐτὰς
Πτώσεις γραμματικῆς, πτῶσιν ἔχων πενίης.

v. 3. Iis, quae de voce σύνταξις disputavit Jacobs., adde Phavorini Lex. p. 1713. Σύνταξις καὶ ὁ φόρος παρ' Ἀθηναίοις. at inprimis G. Budaeum Comm. L. Gr. p. 641. qui locum ex Plutarcho attulit e vita Solonis Ed. Bryan. p. 189. unice ad hanc vocis significationem illustrandam aptum. ἃ δ' οὖν οἱ νεώτεροι τοὺς Ἀθηναίους λέγουσιν τὰς τῶν πραγμάτων δυσχερείας ὀνόμασι χρηστοῖς καὶ φιλανθρώποις ἐπικαλύπτοντας ἀστείως ἐκκορίζεσθαι, τὰς μὲν πόρνας, ἑταίρας, τοὺς δὲ φόρους, συντάξεις, φυλακὰς

πᾶς δὲ τὰς φρουρὰς τῶν πόλεων, οἶκημα δὲ τὸ δεσμωτήριον καλοῦντας; πρῶτον Σόλωνος ἦν, ὡς ἔοικε, νόφισμα τὴν τῶν χρεῶν ἀποκοπὴν εἰσάχθεισαν ἐνεμάσαντος.

Ep. 5. v. 4. Jacobsius haec habet. *Hunc versum omittit Cod. ap. Bandin. p. 99. Editio Pr. Flor.* Ald. 1. 2. *Junt. Primum, ni fallor, reperitur in Ald.* 3. *et apud Nicol. Sab.* At fallitur vir doctus, jam erat in Ald. 2. unde solemni more non tantum venit in Ald. 3. et Venet. apud Nic. Sab. verum etiam in Basil. 1531. et 1549. Pro eo, ut est apud Salmas. in notis p. 31. alius est in membranis.

Πρεσβεῖν κατ' ἐμοῦ τὴν ἀσεβῆ τελέσας.

quod et ad exempl. Grut. et Ruhnk. notatum.

v. 5. Marklandus ad Statii Silv. L. 4. p. 205. Θεόφιλε pro Θεόφιλε unâ voce legi mavult. Grotius divisâ voce lectionem Vat. Cod, expressit.

Ep. 6. Hoc ita explicuit Jacobs. vol. 2. part. 3. p. 186. ut nihil addi posse videatur. In lemmate Ald. 2. 3. et Venet. pro ἑξέντος ἑκέντος, unde harum editionum consortium denuo intelligitur. Hunc errorem vidit et sustulit Grut. Lege v. 3. Ὄμματα.

Ep. 7. Ad hoc illustrandum adfertur ex Brodaei notis Plutarchi locus, qui non invenitur in Ed. prima 1549. cum docti viri commentariis, sed in eâ Francorfurti 1600. Certe desumtus ex eo Brodaei auctoris Codice, de quo ibi mentio fit in praefatione. Caeteri Interpretes etiam illum, ut citatur, indicant. Sed molesta, et studio literario perniciosissima res est, modo producere Platonis, Aristotelis, Plutarchi aliorumque veterum scriptorum verba sine ullâ significatione locorum, in quibus ea verba reperiri possint. Quid aliis accidere soleat, ignora, mihi quidem, qui nullum afferam auctoris locum, quin prius ipso eum inspexerim et relegerim, adeoque scriptoris librum, librique caput, et singulares ipsius partes facili negotio commemorem, gravissimum accidit in iis evolvendis scriptoribus, quorum opera vastis comprehendunt volumina, totos ad tale quid, quod memoratur, inveniendum consumere dies; cum alii, hac in re non adeo religiosi, modo arripiunt, quidquid legerint, parum, ut videtur, solliciti, an id ita vere scriptum sit, nec ne. Citatus Plutarchi locus occurrit in Ed. Steph. T. 2. p. 641. Rualdi. vol. 1. p. 350. et Bryan. vol. 2. p. 358. de M. Catone Majore. τὴν δ' ἐνοικοῦντας διατριβὴν ἐπιτακόντων, χρῆσθαι φασὶ παρ' αὐτῷ τοὺς μαθητὰς, ὡς ἐν ᾅδου χρησομένους ταῖς τέχναις, καὶ δίκας ἐρωτῶντας. De ejusmodi doctoribus aut consultoribus, qui usque ad finem vitae in eodem luto haerent, suasque nugas literarias etiam in alterum post mortem statum transferre desiderant, hic agi puto.

Ep. 8. Huic sex versus adjecit Br. quorum duos priores, quos orae Edit. Wechel. adscripserat Salmasius, recepit Grotius; quatuor vero posteriores, qui et notati ad Gruteri exemplar et ad illud Ruhnkenii sunt, idem protulit Salmasius de modo Usurarum p. 65.

Ἦν δέ τις εἰς ἐνιαυτὸν ἄγοι χρυσοῖ νόμισμα,
Ἑνδεκάτῳ μηνὶ, πρὶν προφέρειν, μετέβη,
Ἀγνώμων δὲ φανεῖς, καὶ τὸν πρότερον διασύρας
Γραμματικὸν, σερέσας μισθὸν ὅλου ἔτεος.

Verterem:

Per menses si quis mercedem debeat omnes,
Undecimo, nullo, profugit, aere dato.
Et rudis appares veterem laedisque magistrum,
Anno qui toto praemia nulla tulit.

De Serapide, pro summo Numine culto, haec inter alia leguntur apud veteres. Macrob. L. 1. cap. 20.

Εἰμὶ θεὸς τοῖος δὲ μαθεῖν, οἷον κ' ἐγὼ εἴπω.
Οὐράνιος κόσμος κεφαλὴ, γαστὴρ δὲ θάλασσα,
Γαῖα δέ μοι πόδες εἰσὶ, τὰ δ' οὔατ' ἐν αἰθέρι κεῖται.
Ὄμμά τε τηλαυγὲς, λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

Latine.

Sum Deus, agnosci possim qui quatenus ore,
Cui caput ornatus coeli, praebet mare ventrem,
Dat mihi terra pedes, aures mihi porrigit aether,
Clara meos oculos dum monstrant lumina solis.

Cum mundi universi regimen obscurum atque absconditum haberetur, Veteres in Serapidis imagine non modo Solis potentiam, verum etiam omnium Deorum summam virtutem demonstrari volebant; Hinc sub nomine Jovis, Solis, Osiridis, Herculis, Plutonis, Neptuni, Bacchi aliorumque primi ordinis antiquitus celebratur. Vid. G. Brotier ad Taciti L. 4. Hist. p. 534. et 535. et P. Ern. Jablonski Panth. Aegypt. L. 2. cap. 5. adeoque huc referri debet signum illud Pantheum, quod elegantissime delineatum exhibet Jac. Sponius Miscell. Erud. Antiq. p. 19. Neque etiam omittenda peculiaris illa inscriptio, quae erat Sais ante fanum Minervae, quam eandem cum Iside esse arbitrantur; apud Plutarch. de Iside et Osiride Ed. Steph. vol. 1. p. 631. Rualdi vol. 1. p. 354. et S. Squire p. 22. Ἐγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονὸς, καὶ ὄν, καὶ ἐσόμενον· καὶ τὸν ἐμὸν πέπλον οὐδεὶς πω θνητὸς ἀπεκάλυψεν. Quod, quamvis prosa oratione scriptum videatur, tamen versibus latine reddere conabor.

Sum

Sum quodcunque fuit, quod et est, quodcunque futurum,
Neve, meum peplum qui levet, ullus erit.

Br. Tom. 3. p. 209. dedit Ep. in Sarapin, quod nobis servavit Eusebius Praepar. Evang. L. IX. p. 520. et de Judaeorum Deo interpretatus est. De Serapide vero ibi agi docuit magnus ille veterum scriptorum Interpres Jos. Scaliger, non adeo ad Calcem Libri de Emend. Temporum, p. 38. quam quidem ad Eusebii Chron. p. 132. quem sequitur Valesius in Notis ad Socratis Hist Eccl. L. 5. c. 17. cum paucis tantum modo immutatis eadem repetit in suis Emend. L. 1. c. 2. p. 4. Ejusmodi est.

Εἰς Σάραπιν.

Ἑπτά με φανήεντα θεὸν μέγαν ἄφθιτον αἶνεῖ
Γράμματα, τὸν πάντων ἀκάματον πατέρα·
Εἰμὶ δ' ἐγὼ πάντων χέλυς ἄφθιτος, ἣ τὰ λυρώδη
Ἁρμοσάμην δίνῃς οὐρανίοιο μέλη.

Latine.

Signa Deum magnum septem vocalia laudant,
Cunctarum rerum me celebranique patrem.
Sum chelys, aeternum mundi moderamen, et apte
Harmoniae in coeli vortice dulce melos.

Quibuscum conveniunt ea Aristidis in lectu dignissima Oratione de Serapide. Καὶ πεποίηκεν ἡμῖν οἷος ἁρμονίαν τὸν βίον, καὶ συνῆψε ταῖς δωρεαῖς, σοφὸν ἐρᾷν δὲ ὑγιεινὰς πολήψας. Ed. S. Jebb. Tom. 1. p. 52. Sic etiam memorari atque adnotari merentur quae habet Edw. Gibbon The hist. of the Decline and Fall of te Rom. Empire. vol. 3. p. 82. in notis. *Gerard Vossius de Idol. L. 1. c. 29. strives to support the strange notion of the Fathers, that the Patriarch Joseph was adored in Egypt, as the bull Apis, and the god Serapis.* De Serapide existat elegans Dissertatio Charl. Gallioti, sub hoc titulo. *Dissertation sur Le Dieu Serapis, Ou l'on examine l'Origine, les Attributs, et le Culte de cette Divinité a Amsterdam et a Paris* 1760. ex quibus omnibus intelligitur, quid ex opinione Palladae non misero Grammatico ab irato Serapide esset timendum. De Iside et Serapide, quorumvis scelerum acerrimis vindicibus, a quibus morbi et alia mala fontibus immittebantur. Vid. h. l. T. 22. Ep. 9. et 1. 00. Ep. 10. et L. 2. T. 22. Ep. 4. et Turnebii Adverf. L. 20. c. 1. De Serapidis templi eversione lectu dignissima protulit Theodorit. Hist. Eccl. L. 5. c. 22.

v. 8. Br. pro τὸ ἔθος dedit τὸ ἔτος, quod de annua mercede intelligen-

gendum putat Jacobs. non probante, ut apparet, Grotio, et v. 4. βύβλῳ. v. 5. φέρει et v. 6. μικρὸν. Quas lectiones reliquae Edit. non admittunt.

Tit. 18. ep. 1. Vid. de hoc non invenusto Ep. Guil. Nicols in notis ad Libr. de Literis inventis p. 286. et C. H. Trotz ad Herm. Hugonem de primâ scribendi origine, p. 71. ubi turpibus vitiis inquinatum legitur.

v. 1. ἐκ γὰρ ἐμοῦ Ed. Pr. Ald. Pr. Junt. et Basil. 1531. et 1549. Ald. Sec. ἐκ γὰρ ἐμεῖο. quam lectionem Venet. aliae secutae sunt.

v. 2. Br. μῆλα. et v. 6. λαλῶ, quod probavit D'Orvillius ad Charit. p. 410.

Tit. 19. Ep. 1. Cum hoc conferantur verba Jesu Filii Sirach. cap. XXVI. Γυναικὸς ἀγαθῆς μακάριος ὁ ἀνὴρ et quae sqq.

Jacobs. citat Ὀργὴ δὲ μεγάλη γυνὴ μέθυσος, e Clement. Alexandr. Paedag. L. 2. p. 186. et 187. Edit. Pott. At comparentur ista Euripidea, quae apud Stobaeum leguntur Tit. 71. et ex emendatione Valckenaerii in Ed. Musgravii vol. 3. pag. 596.

Δεινὰι μὲν ὀργαὶ θυμάτων θαλασσίων,
Δεινὰι δὲ ποταμῶν, καὶ πυρὸς θερμαὶ πνοαί.
Δεινὸν δὲ πενίαν, δεινὰ δ' ἄλλα μυρία.
Ἀλλ' οὐδὲν αὔτου δεινὸν, ὡς γυνὴ, κακόν.

Grotio interprete Floril. p. 307.

Vis saeva fluctuum, ira quos ponti ciet:
Saeva est et ignis anima, et amnis vortices:
Res saeva egestas: saeva sunt mille altera.
Tamen muliere saevius nullum est malum.

Grotius in versione, Erasmus in lectione, quam dedit Adag. p. 464. hos versus se optime intellexisse probarunt. Palladas, ut molestiam et saevitiam mulierum demonstraret, utitur exemplo Junonis, quam gravissime castigare coactus fuit Jupiter, Iliad. O. v. 14.—24. in quibus verbis explicandis sane cum doctissimo atque acutissimo Ernesti ad Iliad. Ξ. v. 347. demiror, viros ingenio et doctrinâ praestantes hic repente ad allegoriarum nugas delapsos fuisse, de quibus profecto non venit in mentem Homero.

v. 8. ἐν χρυσέῳ — δαπέδῳ Il. Δ. v. 2.

Ep. 2. Quod Plutarchus Conjug. Praecept. Ed. Steph. vol. 1. p. 144. et Rualdi Tom. 2. p. 140. tantum de Helenae et Paridis conjunctione dixerat, Ἰλιάδα κακῶν Ἕλλησι καὶ βαρβάροις ἐπόιησεν, Palladas in omnes confert mulieres et quidem in ipsum omnium castissimam Pene-

nelopen. Non vere quidem arbitror. Cautius; sed non minus acute poëta Eubulus apud Grotium in Excerptis. p. 657.

Ὦ Ζεῦ πολυτίμητ', εἰ πανῶς ἐγώ ποτε
Ἐρῶ γυναῖκας, νὴ Δί' ἀπολοίμην ἄρα,
Πάντων ἄριστον κτημάτων. εἰ δ' ἐγενετο
Κακὴ γυνή Μήδεια, Πηνελόπεια δὲ
Μέγα πράγμ'. ἐρεῖ τις ὡς Κλυταιμνήστρα πανῦ
Ἄλκηστιν ἀντέθηκα χρηστὴν. ἀλλ' ἴσως.
Φαίδραν ἐρεῖ κακῶς τις; ἀλλὰ νὴ Δία,
Χρηστή τις ἦν μέντοι· τὶς ἄρα οἶμαι δείλαιος·
Ταχέως γέ μ' ἂν χρηστὰ γυναῖκες ἐπέλιπον,
Τῶν δ' οὐ πονηρῶν ἔτι λέγειν πολλὰς ἔχω.

Pol mala discrucier, summe Divûm Juppiter,
Si unquam mulierum sexui maledixero,
Quo nihil est unquam melius. Nam fuerit mala
Medea: quid tum? quanti nam contra prest
Penepole? meruit si Clytaemnestre probum, (lege) probrum
Alcestis laudem oppono. forte aliquis mihi
Phaedram accusabit, sed fuit rursum bona,
Fuit bona aliqua mulier. heu miser haereo:
Nam vito mulieres me destituerunt bonae,
Complures enumerare cum possim malas.

Recte vero magnus ille mulierum contemtor Euripides in Fragm. Protesilai apud Stob. Grot. p. 287.

Ὅστις δὲ πάσας συντίθεις ψέγει λόγῳ
Γυναῖκας ἑξῆς, σκαιός ἐστι, κ' οὐ σοφός.
Πολλῶν γὰρ οὐσῶν, τὴν μὲν εὑρήσεις κακήν.
Τὴν δ' ὥσπερ αὐτὴ λῆμ' ἔχουσαν εὐγενές.

Grotio interprete.

Quicunque passim foeminas uno ordine
Vituperat omnes, errat et pravum sapit.
In classe tanta nempe reperire est malas:
Sunt rursus aliae, ut ista, generosâ indole.

Quod ad Eubulum. In Editione Comicorum curâ Hertelii p. 546. et Paris. apud G. Morelium 1553. non sine varietate lectionis Graeca leguntur. Optime apud Athenaeum. Aldi p. 234. et Casaub. p. 559.

Ep. 3. Jacobsius ad h. l. recte memoravit Hesiodi verba. Op. et D. v. 54. 59.

Ἰα-

Ἰαπετιονίδη, πάντων πέρι μηδέα εἰδώς,
Χαίρεις πῦρ κλέψας, καὶ ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσας·
Σοὶ δ' αὐτῷ μέγα πῆμα καὶ ἀνδράσιν ἐσσομένοισιν·
Τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακόν, ᾧ κεν ἅπαντες
Τέρπωνται κατὰ θυμὸν, ἑὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες.

Quae non satis accurate a Car. Ant. Wetstenio latine versa in Carm. p. 5. hoc modo reddere tentabo.

Japetide, superas qui mentis acumine cunctos,
Quod me subducta deceperis igne, triumpha,
Ipsi magna tibi clades generique futura.
His ignis tribuam vice damna, quibus recreentur
Omnes, cum mala quae dederim sua semper amabunt.

Ceteroquin Vid. Jacobsii notas, qui non reprehendere debuisset Grotium, quod in Carmine Lyrico vertendo Jambis usus sit; si quis enim unquam fuerit, qui in tam immenso carminum numero, quae ex Graecis in latinos versus transtulit, iisdem servandis numeris, religiosum ac pene sanctum se praestitit, Grotius certe is fuit, cujus fertile ingenium non satis admirari possumus.

v. 4. In Latinis Lege *undique*.

Ep. 4. v. 1. Br. προσάγμασι.

v. 2. 3. Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς εἶ Οὐδ' ἀπὸ πέτρης. Proverbialis locutio, quae jam ab Homeri tempore duplicem, si non triplicem, habuit significationem. Iliad. X. v. 126. — 128.

Οὐ μέν πως νῦν ἐστὶν ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης
Τῷ διαριζήμεναι, ἅτε παρθένος, ἠΐθεός τε,
Παρθένος, ἠΐθεός τ', διαριζέτον ἀλλήλοισιν.

Verto:

Non licet ex quercu non fundere rupe cavata
Hoc cum verba viro, juvenes quae saepe loquuntur
Et juvenum socias, quae premunt saepe puellae.

At Odyss. T. v. 162. et 163.

Ἀλλὰ καὶ ὅς μοι εἰπὲ τεὸν γένος, ὁππόθεν ἐσσὶ·
Οὐ γὰρ ἀπὸ δρύος ἐσσι παλαιφάτου, οὐδ' ἀπὸ πέτρης.

Verto:

Unde tuum, mihi dic, genus, et quibus ortus in oris,
Non veteres quercus, non sunt tibi saxa parentes.

Dissimili plane sensu. Vid. ad Iliad. Schol. apud Barnesium et Eustath. p. 1262. et eundem ad l. c. Odyss. T. p. 1859. Haec nonnulli eodem fere.

fere modo interpretantur, quamvis longe diversa sit hujus proverbii significationis ratio. In Iliade deliberat secum Hector, an supplex Achilli obviam iturus, et ab eo pacem precaturus sit: quod dum agit, sibi ferocem illum atque implacabilem Achillis animum ob oculos ponit, quocum non eum sermonem instituere posset, quem simplices pueri atque puellae in silvis, et in rupibus habere solent, quare cum illo dimicandum concludit. In Odyss. pertinet ad Fabulam, quâ homines ex lapidibus et quercubus nati ferebantur. De quâ, licet satis cognitâ, Vid. V. D. ad Hesiod. Theog. v. 35. Jo. Tzetzae Hist. Chil. IX. p. 420. Ed. Jac. Lectii, Erasm. in Adag. p. 329. qui et hujus Ep. mentionem fecit. Virg. Aen. L. 8. v. 315.

Gensque virûm truncis et duro robore nata.

conf. Cicer. Tuscul. Disput. L. 3. c. 6. et Acad. L. 2. c. 31. ubi Vid. Davis. Simile quid lusi in Carmine, a me nondum edito.

Ad Joannem Rudolphum Deiman, cum quid sit lapidibus pluisse, in Sodalitio Concordia et Libertate duabus orationibus exposuisset.

Cum demonstrares lapidum quid proferat imbrem
Sitque cadens coelo qualis et unde silex,
Tu, DEIMANNE! *rogas, cur obstupuere Sodales,*
Cur hominum praesens tanta corona fuit?
Agnovere suos lapides et saxa parentes,
Seque probaverunt Deucalione satos.
Nam veluti variae serpunt in marmore venae,
Quas non ulla valet tollere docta manus.
Sic non tollendis homines affectibus errant,
Durius et duro marmore pectus habent.

Denique hoc proverbium videtur et ad alia posse transferri, ut apud Livium L. 3. c. 25. *Eos AEquorum imperator, quae mandata habeant ab Senatu Romano,* AD QUERCUM *jubet* DICERE. *Se alia interim acturum.* Sed Vid. Jac. Duporti Homeri Gnomol. p. 262. 263. et conf. L. 2. T. 38. Ep. 1.

v. 5. Εἰ δ', Οὐ σανδαλίῳ, φῆς, τύπτομαι. Apposite Terent. Eun. Act. 5. Sc. 8. v. 4.

Utinam tibi commitigari videam sandalio caput.

Conf. Anth. Lat. Tom. I. p. 618. et ibi Burm. et Gatak. in Misc. Adverf. p. 374. quae loca Jacobsius etiam annotavit.

Ep. 5. v. 3. Ἔπταρον εἰς ἀνέμους.

Sternueram ventis.

id est. frustra. Erasmus in Adagiis p. 814. ventis tradere, *pro eo, quod est oblivisci, atque ex animo ejicere*; quod confirmat Horatii locus L. 1. Od. 26. v. 1. — 3.

Tristitiam et metus
Tradam protervis in mare Creticum
Portare ventis.

ubi Vid. Mitscherlich. At saepius nostra vota, quae fuerunt irrita, et facta, quae suo caruerunt successu, tradita aut discerpta fuisse dicuntur ventis. ut apud Virg. Aen. L. 9. v. 314.

Multa patri portanda dabat mandata; sed auras
Omnia discerpunt, et nubibus irrita donant.

Ubi Vid. quae doctissimus de la Cerda annotavit. Plurima in hanc rem colligere possem. Unum modo adjungam Ovidii locum. Heroid. Ep. 2. v. 25. 26.

Demophoon, ventis et verba et vela dedisti:
Vela queror reditu, verba carere fide.

At inprimis ut hic est locutio illustratur. Ep. 10. v. 8. T. 31. L. 3.

Σπειρογόνας φοργὰν ἔπτυσας εἰς ἀνέμους.
Curam Spirogenes exspuis in nebulas.

Κιχάνει *assequitur*, *consequitur*. quod de siti, fame, morbis aliisque malis, et ipsâ morte non uno in loco dicitur apud Homerum. Horat. L. 3. Od. 2. v. 14.

Mors et fugacem consequitur virum.

ubi pauca, sed egregia annotavit Bentlejus, aliter Mitscherlich. Sed Vid. eruditissimum Valckenaer. ad Euripid. Hippol. p. 321.

v. 4. Λύτρον ad Exempl. Ruhnk. quod in membranis scriptum, et a Salmasio probatum dicit Br. Caeterum ad h. L. consule eruditissimi Brodaei notas.

Ep. 6. Vid. Clarkium ad ea Homeri, Odyss. Λ. v. 455.

ἐπεὶ οὐ ἔτι πιστὰ γυναιξίν.
Nec tuta satis jam femina cuiquam.

ut P. Leopoldus, vel ut S. Lemmius.

numquam mulieribus usquam
Tuta fides.

v. 2. δολοφρονεούσας, hanc ingenii facultatem praesertim Junoni et Veneri tribuit Homerus.

Tit. 20. Ep. 1. Vincentius Opsopaeus, optimus hujus interpres, eum scribit. *Querimonia nucis, quod a pueris seu viatoribus praeter eum-*

euntibus certatim lapidibus petatur. Ad hujus Epigrammatis exemplum Ovidius elegantissimam illam de Nuce elegiam haud dubie conscripsit. Vid. et quae sequuntur. Illud idem observat Ciofanus ad v. 107. dictae Elegiae.

Fructus obest; peperisse nocet: nocet esse feracem.
Quaeque fuit multis, et mihi praeda malo est.

v. 6. Ald. Pr. em. Sec. Tert. et Venet. ἐς ἐμὴν. unde rursus earum Edd. mutuus consensus intelligitur. Caeteroquin Vid. de hoc Ep. Jo. Toupii Animadv. in Scholia Theocriti p. 216. quod et ad suum Exempl. annotavit Ruhnkenius.

Ep. 2. Cyllenii apud Br. T. 2. p. 282. De hoc Vid. Lennep. ad Coluth. L. 2. c. 3. p. 89. quod Burm. et Ruhnk. ad sua annotarunt Exempl. in nullâ Ed. tamen invenit Lennepius suum σοῖο φυτουργὲ. Omnes enim unanimiter φυτοεργὲ habent. Sed φυτουργὸς legitur L. 4. Tit. 12. Ep. 116. Lectionem vero φυτοεργὲ non sollicitandam esse demonstravit D'Orvillius ad Charit. L. 3. c. 9. p. 342. Ep. sensum praeter Jacobs. optime viderunt Wetsten. ad Paul. Ep. ad Roman. c. 11. v. 18. et N. Heins. ad Claudian. in Rufin. L. 1. v. 226. De arbore insitâ Ovid. Remed. Amor. v. 195. 196.

Venerit insitio, fac ramum ramus adoptet,
Stetque peregrinis arbor operta comis.

Et Virg. Georg. L. 2. v. 82.

Miraturque novas frondes, et non sua poma.

v. ultimo ἐγγράφομαι recte, ad h. l. Huët. ἐγκεντρίζομαι, quo verbo Paulus etiam usus est l. c. et quod Geoponicis scriptoribus familiare. L. 4. c. 12. et 13. Conf. L. 4. Tit. 8. Ep. 31. v. 5. In versione Latinâ *folia silvae*; haec verba Grotium nunquam scripsisse arbitror; sed legendum *filia silvae*, ut apud Horat. L. 1. Od. 14. v. 11. 12.

Pontica pinus
Silvae filia nobilis.

Pirus enim Silvestris agit rustico gratias, quod ejus operâ in horto inter arbores fructiferas adoptata sit.

Ep. 3. v. 3. Jacobsii emendationem legentis, Ὅσσα γὰρ ἔστι κλάδοισι πεπαίνομεν. probarem. nisi eâ periret illud ὀπτόσα, quod datâ operâ in sequenti versu repetitur. Vulgata lectio ferri non potest, quia prima in κλάδοισι brevis est, ut T. 6. e. 2. h. l. et apud Theocrit. Idyll. 29. v. 14. quare, cum sermo sit de maturis et crudis fructibus, legi posse putarem.

Ὀππόσα μῆλα κλάδοισι πεταίνομεν, ἄλλος ὀφέλκει·
Ὀππόσα δ' ὠμὰ μένει, μητρὶ περιφέρεται.

Poma meis ramis quot dulcia, surripit alter,
Cruda quot, haec matri sola relicta manent.

Vulgatam vero lectionem ὀφέλκει praefero ei, quam dedit Br. ἐφέλκει.

Ep. 4. Inter ea Leonidae Tarentini est apud Br. Tom. 1. p. 232.

v. 4. τὰς ἀπύρους ἀκόλους. Suid. vol. 1. p. 306. Ἄπυρα σῖτα, *alimenta non cocta*, et Ἄπυρος τροφή, *cibus non coctus*, *veluti poma et olera*. Haec aliter Opsopaeus, *non triticeos panes*, *vocat foetus arboreos*, *quibus loco panis vescimur*. quasi ἄπυρος a πυρὸς, non a πῦρ. quo in errore etiam Salmasius fuit, ut legitur apud Jacobsium, qui merito provocat ad praestantium illorum virorum Wesseling. ad Diodor. Sic. T. 2. p. 346. sq. et Valckenaer. ad Eurip. Hippol. p. 266. E. egregias annotationes.

v. 5. Br. ὀχυρὴν, et v. 6. ἀχράντου, quas lectiones veteres Edd. non agnoscunt, ultimam tamen videtur Grotius secutus.

Ep. 5. De hoc et sq. Ep. Vid. Lennepium ad Coluthum L. 2. c. 3. p. 87. qui. v. 2. πάντας. et τύπτε με legendum maluit. quod etiam Ruhnk. notavit; et τύπτε με recepit Br. laudatque Burm. ad Propert. L. 3. El. 15. v. 23. et ad Anth. Lat. Tom. 2. p. 652. in Vett. Edd. nulla diversitas. Nisi quod in Ald. Tertiâ et ejusdem consobrinâ, eodem anno 1550. editâ, Venet. legitur αὐτοτελεῖς, quod ad Cod. Leid. notatum sequitur Arnaldus in Var. Conj. p. 177. Ed. Basil. 1549. pro πάντοτε — πάντα. non recte quidem.

v. 3. ἐκείνου Omnes Edd. deinde a Pr. usque ad Steph. qui dedit τὰ κείνου.

Ep. 6. v. 3. Arborum ramos, quibus insidunt cicadae, quidem avium οἰκία posse dici, non vero hominum domicilia censet Br. quare hunc versum in mendo cubare existimat, et pro φωτῶν aviculae nomen desiderat. Quod sibi videtur invenisse Jacobsius, unâ literâ tantum immutatâ, legendo

Οἰκία φαττῶν. *Coalescentibus literis αι factum est ω.*

Hanc eruditissimi viri emendationem quo minus probem, primum est, quod οἰκία φαττῶν et οἰκία τεττίγων non eam animalium diversitatem indicent, quam quidem poëta οἰκία et οἰκία repetendo sibi proposuisse videtur, deinde cum Bentlejo ad Horat. L. 1. Od. 2. v. 9. 10.

Piscium et summâ genus haesit ulmo,
Nota quae sedes fuerat columbis.

raro admodum aut nunquam columbas, praeter turtures, in arboribus aedificare arbitror; et sic Virgilius Ecl. 1. v. 58. 59.

Nec

Nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes,
Nec gemere aeriâ cessabit turtur ab ulmo.

ubi, licet tantum de rauco columbarum cantu agitur, tamen ulmus tanquam naturalis turturum sedes, aeque ac apud Horatium, designatur. Majores vero columbas apud Veteres non in arboribus habitasse docuit me optimus hac in re auctor M. Varro de R. R. L. 3. c. 7. *Unum columbarum genus agreste, ut alii dicunt saxatile, quod habetur in turribus, ac columinibus villae, a quo appellatae columbae, quae propter timorem naturalem summa loca in tectis captant. Quo fit, ut agrestes maxime sequantur turres, in quas ex agro evolant suapte sponte, ac remeant.* id nos etiam in agris quotidie fieri videmus. Columbarum itaque sedes non sunt arbores, sed turres, rupes et speluncae. ut egregie apud Virg. L. 5. v. 213. — 217.

Qualis speluncâ subito commota columba,
Cui domus, et dulces latebroso in pumice nidi,
Fertur in arva volans: plausumque exterrita pennis
Dat tecto ingentem: mox aëre lapsa quieto
Radit iter liquidum; celeres neque commovet alas.

quare etiam ut aquae piscibus, sic saxosae turres, tanquam ipsarum elementa, columbis tribuuntur. Ovid. ex Ponto L. 1. Ep. 6. v. 51.

Nam prius incipiant turres vitare columbae,
Antra ferae, pecudes gramina, mergus aquas.

At, quod maxime Jacobsii emendationem frangit, illud est, quod tales umbrosae arbores, quales describit Hom. Odyss. T. a v. 439. ad 443. quas simul junctas neque venti, neque imbres, neque ipse sol suis radiis penetret, quaeque, ut hic, erant κεράμων πυκνότεραι *ipsis tectis densiores* non inepte homini, qui aestivi temporis aestum vitare sub earum umbrâ velit, tanquam domicilium dari possint. Tibullus L. 1. el. 4. talia tecta Priapo exoptare non erubuit, precando.

Sic umbrosa tibi contingant tecta, Priape.

et Musaeus de felicibus animis. apud Virg. L. 6. v. 673.

Nulli certa domus. Lucis habitamus opacis.

et sic in aureae aetatis descriptionibus frequenter.

Cum fessis daret herba torum, daret arbutus umbram.

Vid. Burm. ad Lotich. p. 264. et Statii Thebaid. L. 4. v. 278. — 281.

Nondum arva, domusque nec urbes,
Connubiisque modus. Quercus laurique ferebant

Cruda puerperia, ac populos umbrosa creavit
Fraxinus, et foetâ viridis puer excidit orno.

v. 5. Br. καὶ μὲ τὸν ὑμετέραισιν — et κόμαισι.

Ep. 7. Clarissimus Ruhnk. Ep. Crit. 2. p. 170. et 171. ad hos Callimachi versus 47. 48.

Τέκνον, ὅτις τὰ θεοῖσιν ἀνειμένα δένδρεα κόπτεις,
Τέκνον ἐλίωσον, τέκνον πολύθεξε τοκεῦσι,
Παύεο.

Verterem.

Ne sacrata Deis, mi fili, germina caedas,
Hoc caveas, fili; carissima cura parentum,
Desine.

haec habet *ex hoc loco colorem duxit Zonas Anthol. I. 20. p. 4.* item Nonnus L. II. p. 46.

Ἀλοτόμοι τάδε δένδρα παρέλθετε, μὴ φυτὰ Δάφνης
Τέμνετε δειλαίας τετμημένα, φείδεο τέκτων.

Verterem.

Arboris his parcas ramis, et caedere Daphnes
Tu caveas miserae frondes, faber, ante putatas.

v. 5. Κοκκάι. Vid. Toup ad Suid. vol. 2. p. 103. Ed. vet. et novae vol. 1. p. 351. quod et ad Exempl. Ruhnk. notatum. Etym. Magn. κοκκάας, ὁ πρόγονος. ἔστι δε Ἰωνικὴ ἡ λέξις; σημαίνει δὲ τοὺς ἤδη κεκαμμένους, ut ibi legendum putat Toupius.

Ep. 8. Haec inscriptio apud Br. Εἰς ἐλαίαν βαστάζουσαν ἄμπελον. *Vitem adsitam ad olus introrsum se reclinare scribit* Varro L. 1. c. 16. §. 6. Et Columella L. 5. c. 6. nullâ olivae mentione factâ, *Vitem maxime populus videtur alere, deinde ulmus, post etiam fraxinus.* De Ulmo notissima res est, et quidem ex his celeberrimis, quos ipsae Musae et Gratiae scripsisse videntur, Catulli versibus, Carm. 61. v. 49. — 55.

Ut vidua in nudo vitis quae nascitur arvo
Nunquam se extollit, nunquam mitem educat uvam,
Sed tenerum prono deflectens pondere corpus,
Iam jam contingit summum radice flagellum;
Hanc nulli agricolae, nunquam accoluere juvenci:
At si forte eadem est ulmo conjuncta marito,
Multi illam agricolae, multi accoluere juvenci;
Sic virgo dum intacta manet, dum inculta senescit;

Quum

Quum par connubium maturo tempore adepta est,
Cara viro magis, et minus est invisa parenti.

Vitis itaque, quae ulmi, populi, et fraxini conjunctionem amat, olivae vicinitaten non fert, ut legitur in hoc Epigrammate. Quid vero faciemus Cometae et Mariano, qui L. 4. T. 30. Ep. 1. et 3. Bacchi et Palladis conjunctionem celebrant. Primum in Varronis loco cum doctissimo Scaligero *olus* intelligimus *brassicam*, cujus odorem vitis aversatur, ut est apud Theophrast. Hist. Plant. L. 4. c. 20. conf. Plin. L. 17. c. 24. *Quorumdam natura non necat quidem, sed laedit odore, aut succi mixtura, ut laurus et raphanus vitem.* Deinde nonnullâ culpâ eos poëtas liberabit idem Plinius eodem libro c. 23. *Hac ratione et arbores religantur. Prima omnium ulmus, excepta propter nimiam frondem atinia. Deinde populus nigra, eadem de causâ, minus densa folio. Non spernunt plerique et fraxinum, ficumque, etiam oleam, si non sit umbrosa ramis.* Sed de his duobus versibus satis superque.

Ep. 9. Si quis ea legerit, quae habet Vavassor, de Epigr. c. XVI. p. 120. et 121. quaeque repetit Jo. A. Fabricius Bibl. Gr. L. 3. c. XXVIII. p. 688. et p. 689. et Observationes Jo. Jac. Reiske ad notit. Poët. Anth. p. 268. et 269. sane non dubitabit, quin hoc spectet ad illud prodigium, quod in Arâ D. Augusti Caesaris evenisse memoratur, et de quo egit his verbis Quinctilianus L. 6. c. 3. p. 553. *Augustus nuntiantibus Tarraconensibus palmam in arâ ejus enatam*, APPARET, *inquit*, QUAM SAEPE ACCENDATIS. Religionis negligentiam sic acute arguens. Vid. V. D. notas.

v. 3. 4. Cum his Oppiani versus Κυνηγ' v. 3. comparavit Arnaldus Lect. Gr. L. 2. c. 7. quod etiam animadvertit Jacobsius. v. 3. Lege ἀμείνονα.

Ep. 10. In versione Grotius verecunde. *Cum Daphnen opprimeret Mars.* verius *comprimeret.* ludit enim poëta in v. ἐμίγνυτο.

Ep. 12. Hermocreonti ut Ep. 4. T. 3. h. l. recte datur, licet Juntina et Basil. 1549. non animadversâ Emend. Ald. Pr. Τιμοκρέοντος propagaverint.

v. 1. Haec inscriptio apud Br. Εἰς ἄγαλμα Πανὸς ἐπὶ πηγῆς ἱεράμενον.

Ep. 13. v. 1. Br. Ἔρχευ reliquae Ed. Ἔρχεο.

v. 3. Br. ἥνιδε ut L. 3. T. 32. Ep. 22.

Ep. 14. Εἰς ἄγαλμα Πανός. Br. Inter difficillima intellectu Ep. et quidem propter illa Ὑψίκομον et Φωνήεσσαν et Φρίσσουσαν, quae duo postrema fere ejusdem significationis sunt vocabula, cum interea neque hoc, neque illud, neque tertium epitheton habeat ad quod referatur, ut di-

dicitur, substantivum. Desideratur diserta quaedam tantopere laudatae arboris mentio. Ne dicam, quod illud v. 2. κῶμον, ut hic positum, et a nemine intellectum, mendosum habeatur. Summus Scaliger ad Cod. Leid. qui apud me est, jam pro eo scripserat κῶνον. quod vero temere et sine teste pro pinu positum non probabat Huetius in notis p. 461. Wakefield Silv. Crit. T. 1. p. 68. corrigit.

v. 2. Φρίσσουσαν πυκινοῖς κλῶνας ὑπὸ ζεφύροις.

vel

Φρίσσουσαν πεύκαν κλῶνας ὑπὸ ζεφύρεις.

in locis obscuris et corruptis levissima sane medicina est optima, quare ego illud a Scaligero datum κῶνον, nisi quid melius afferatur, non repudiarem. Κῶνος enim apud Phavorin. dicitur ὁ τῆς πίτυος καρπὸς et apud Hippocrat. Oeconom. Ed. Foesii p. 224. τῆς πίτυος, καὶ τῆς πεύκης καρπός. et quae pix liquida est apud Plin. L. 16. c. 11. dicitur in Glossariis κῶνα, ἡ ὑγρὰ πίσσα. Et si plura velis apud Theocrit. Id. V. v. 49.

βάλλει δὲ καὶ ἁ πίτυς ὕψοθε κώνους.

Κώνους, τροβίλους, ut ait Schol. nuces pineas. hinc κωνοφόρος, proprie pinus dicitur, Vid. Theophrasti Hist. Plant. L. 1. p. 59. et L. 3. p. 159. et Suid. in h. v. Tom. 2. p. 365. v. 3. Br. καχλάζουσιν — et v. 4. θελγομένων, quae lectiones in nullis Ed. inveniuntur.

Ep. 15. Vid. de hoc Harduin. ad Plin. L. 15. c. 13. p. 184. Jacobs. recte memorat Scholiasten Nicandri, quem excitavit Salmas. Homon. cap. 68. p. 85. ubi inter alia haec leguntur Πέρσας, φησίν, ἔχοντας θνάσιμον φυτὸν εἰς Αἴγυπτον πέμψαι.

Ep. 16. Inter Ep. Palladae Alexandrini est apud Br. Cod. Vat. secutum, quod ad lemma, in Cod. Leid. dicitur νόθον. Apud Jacobs. optime illud emendavit Jos. Scaliger εἰς ἀχράδα.

v. 1. Cod. Leid. Ὀχνη. Br. pro ἡ ἧς. et v. 2. πτόρθος, ut est apud Huëtium, et v. 3. ῥιζωθεὶς, δένδρειο τομῇ cum tamen vulgatam lectionem Ed. priscae tueantur.

Ep. 17. Integrum legitur apud Br. Tom. 1. p. 377. et infra in Appendice Tom. 3. p. 350. ubi v. 3. et 4. in versione latinâ, ut et in eâ, quam Heinsius dedit p. 416. nonnulla est diversitas, legitur enim

Illic et tremulis mulcentes vocibus aures

Congeminant merulae murmura, roris aves.

ad v. 1. conf. ea Homeri, Odyss. E. v. 63. 64.

Ἕλη δὲ σπέος ἀμφὶ πεφύκει τηλεθόωσα,

Κλήθρη τ', αἰγειρός τε, καὶ εὐώδης κυπάρισσος.

Zamagna interprete.

Circum antrum viridi lucus succreverat umbra
Alnique platanique et odoriferae cyparissi.

v. 4. Br. ἀχεῦσι — μέλη ultimum, ni fallor, typographi errore, non enim illud adoptavit Jacobsius.

v. 5. Br. — ἀνταχεῦσι Warton. et Toupio maxime probantibus. v. 6. τόμασι. et Cod. Leid. μέλπεσσαι. ut etiam in Ed. Heinsii, Valckenaerii, et aliorum.

Ep. 18. Ex Cod. Vat. Anytae dedit Br. Tom. 1. p. 198. et τᾶσδε δάφνας. et v. 2. ἀδὺ, ad v. 4. elegantem emendationem ad suum Exempl. adscripsit Ruhnk. pro τυπτόμενα ponens ψυχόμενα. Sic. L. 4. T. 26. e. 3.

σκιερῇ ψυχομένη κλισίῃ.

Grotius hanc lectionem in animo habuisse videtur, vertit enim,

e Zephyri frigore grata quies.

Ep. 19. Huët. aeque ac ad T. 5. Ep. 25. h. l. sententiam imperfectam esse existimans supplere versum tentat legendo Μῆλον ἄγω. — Sed nos putamus esse ἀνακόλουθον, de quâ orationis figurâ diximus ad cit. locum. Sine ulla varietate, nisi in τρόυθιον et τρόυθειον hic versus legitur apud Suidam v. ἄπιλος. T. 1. p. 356. et v. μῆλον T. 2. p. 552. ubi τρουθίου. et v. πολὴ. T. 3. p. 228. idem auctor hujus Ep. meminit. v. ἀκμή. T. 1. p. 86. v. κρυμός. T. 2. p. 383. et νιφετός. p. 627. quae omnia etiam ad Exempl. Ruhnk. notata sunt. ut quoque v. 1. pro ἀφ' ἑπλοτέρης γρ. ἀπὸ προτέρης quod est ad Ex. Grut. et v. 3. ἀρτιγόνοισιν, Kust. legit, ἀρτιγενείοις. totum Ep. laudat Bodaeus a Stapel Hist. Plant. p. 340. v. 5. apud Suidam in κρυμὸς et νιφετὸς legitur ἄνισσα.

Tit. 21. e. 1. v. 2. οὐδὲν ἔχων πρὸς ἐμέ. *Quocum mihi nihil quidquam est negotii.*

Ep. 2. v. 3. Τατιανὲ Br. Priscae editiones vulgatam scripturam Τιτιανὲ cum Grotio tuentur. ut v. 5. γὰρ pro quo ad Gruteri Exempl. γρ. πρὶν, πλὴν. quod etiam Ruhnk. annotavit.

Ep. 3. Hoc Theocrito tribuit Br. T. 1. p. 382. quod Grotius Schol. secutus probasse videtur. Mira sane sunt, quae scribit Reiskius in fine Ed. suae p. 296. ex Exempl. Anth. quod in Bibl. Senatus Lips. asservatur, quaeque repetit Jacobsius. vol. 1. part. 2. p. 208. *Quod Epigramma in vulgaribus editionibus Anthologiae adscribitur Leonidae in trapezitam Caicum et incipit* ἀεσῖς καὶ ξεινοιῖν, *id in Ed. Princ. a Constantino Lascari curata Theocrito adscribitur hunc in modum:* Θεοκρίτου ἐπίγραμμα· ὡς εὕρηται ἔν τινι ἀρχαιοτάτῳ ἀντιγράφῳ Παύλου τοῦ Βουκάρου ἐν Πατάβλῳ. Qui haec an-

 no-

Ep. 9. v. 2. ἐπιστῆναι proprie de Deorum aut etiam insignium hominum apparitionibus in somno. Vid. Wetsten. ad Nov. Tom. 1. p. 661. qui et h. Ep. mentionem fecit. Homer. Il. B. v. 20. Στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς, Virg. Aen. L. 4. v. 702.

Devolat, et supra caput astitit.

conf. Odyss. Z. v. 21. De Serapide Vid. Huëtii notas, et observationes nostras, ad Tit. 17. Ep. 8. h. l. Versio hic aliter latine legitur, quam apud Stobaeum. p. 58.

Ep. 10. v. 5. 6. arridet mihi Jacobsii emendatio, legentis.

Λοξίου εὐστοχίην θαυμάζομεν, ὅς γε κατ' ἐχθρῶν
Ἤδη καὶ κιθάρην εὔστοχον ὅπλον ἔχει.

Et hanc lectionem Grotiana versio mihi probare videtur. Miror itaque, Jacobsium existimasse, Grotium aliena poëtae affinxisse. paullo enim modo immutatâ versione, versus erunt paene ad verbum translati.

Ecquid adhuc arcum Phoebi miramur, in hostes.
Arcus cum praestet jam lyra tensa vicem?

In MS. D'Orvill. pro *arcus* quod mutavimus in arcum, legitur, *arces*.

Ep. 11. Idem illud occurrit L. 3. Tit. 22. ep. 25. Est autem, ut recte observavit Obsopoeus, de Clitonymo quodam tyrannicida, qui praecipitatus in aquas, tamen ipso littore sepultus est, ne fieret esca piscibus. P. Burmannus Secundus ad ea Propertii L. 3. el. 5. v. 37. et 38. ex egregiâ emendatione Marklandi ad Statium Lib. 4. Silv. 4. p. 211.

Reddite corpus humo; positumque in margine ripae
Paetum sponte tuâ, mollis arena, tegas.

hoc Ep. commemorare non neglexit. addito Petronii loco cap. 114. *Certe diutius juncta nos morte feret: vel, si voluerit misericors, ad idem litus expellet; aut praeteriens aliquis tralatitia humanitate lapidabit, aut, quod ultimum est; iratis etiam fluctibus, imprudens arena componet.* conf. L. 3. T. 22. ep. 38. et 59. et Mitscherlich ad Horat. L. 1. Od. 28. v. 23. 30. 34. v. 3. de voce ἀποσπᾶσθαι vel ἀποσπασθῆναι. Vid. eruditissimi Hemsterh. notas ad Lucian. Deor. Dial. xx. p. 256.

Tit. 23. Ep. 1. Conf. omnino L. 3. T. 22. ep. 34. Raderum ad Martialem p. 310. et P. Burm. ad Anth. Lat. Tom. 2. p. 62. quibus in locis hoc carmen illustratur. D'Orvillius in Observ. Misc. Nov. vol. 1. P. III. p. 151. et Bonada vol. II. p. 264. de illius antiquitate dubitare videntur, cum Obsopoeus et alii illud e Graeco C. Caesarem Germanicum transtulisse affirmant. Quod ad me, e Graeco fonte fluxisse, et versionem Germanici, quae legitur in Pithoei Catalectis

Ed.

Ed. 1590. p. 105. et Scaligeri p. 189. non nihil cum eo, magis vero cum dicto Ep. 34. Tit. 22. L. 3. convenire, arbitror. Ex iis tamen non plane expressum esse Germanici carmen, ille intelliget, qui hujus et Grotii versiones contulerit.

v. 2. Cod. Leid. ἐμβαίνων, quod etiam est in Ed. Venet. Nic. Sabiens. 1550. et Ald. Tert. eodem anno in lucem emissâ.

Ep. 2. v. 5. ad Ex. Ruhnk. Sic γρ. Ald. αὐ ut apud Grut. ἀβλητὲς tuentur Ed. Princ. Juntina Ald. Tert. et Basil. Aldus in primâ se in aliis Exempl. αὐλητὲς quod Ald. Sec. et Venet. dederunt, invenisse testatur. ἀβλητὲς recte, quod balatu caret, in quo stabulo nullae oves amplius inveniuntur. Sic Ep. seq. ἀμυκήτῳ κεκλύβῃ.

v. 6. Br. ἐκρέμασε ex Cod. Vat. Ed. omnes ἐκρέμασεν.

Ep. 3. v. 2. ἤλαυνε. Ed. Princ. Ald. Pr. Juntina et Basil. 1531. et 1549. primum Ald. Sec. 1521. ἔλαυνε, quod aliae deinde secutae sunt.

v. 3. Br. ἀμνὴν λύκος, ἔκτανε δ' ὠδὶς τὴν δάμαλιν.

Quam lectionem, vulgatae multo inferiorem, cur vir Cl. receperit, divinare non possum.

Ep. 4. Vid. de hoc Br. Lect. et Emend. p. 131. qui forte distichon hoc alteri praeferendum putat. Sed tunc primum dejiciendum, et hoc erit ponendum. Quamvis separatim legi posse existimem.

Ep. 5. v. 1. παῖδες *de puellis*. L. 7. e. 5. e. 9. e. 56. e. 120. et 164. v. 3. Br. τρὶς ut Ed. Princ. Ald. Pr. Junt. et Bas. 1549. Ald. Sec. Tert. Venet. Bas. 1531. sed reliquae τρεῖς. De hoc Ep. egit D'Orvillius in Vanno Crit. p. 163.

Ep. 6. v. 3. Ruhnken. ad suum Exempl. ex Grut. χρηστοῖς Φρουδοι. et insuper addit *Hesych. v.* Βουκολεῖσθαι. *Schol. Sophocl. ad Trachin. v.* 137. *Philo Jud. p.* 318. *L.* 428. *G.* apud Hesychium legitur βουκολεῖσθαι χρηστοῖς ἐλπίσι, quod receptam lectionem videtur tueri. Sed Vid. ad eum locum V. D. notas. Schol. ad Sophocl. Trachin. apud Turnebum 1553. p. 122. Ἅπερ καὶ σὲ λέγω κοῦνκι φρονεῖν, καὶ χρηστοῖς ἐλπίσι βόσκεσθαι. Philo Judaeus de Abrahamo vol. 2. p. 2. Ed. Th. Mangey. ὡς μόνου πρὸς ἀλήθειαν ὄντος ἀνθρώπου, τοῦ τὰ ἀγαθὰ προσδοκῶντος, καὶ ἐλπίσι χρηστοῖς ἐφιδρυμένου. Sic et χρηστὰ ἐλπίζειν apud Lucian. bis Accus. vol. 2. 797. Φρουδαῖς defendi potest ex Eurip. Jon. v. 866. et Ed. Musgr. v. 884. Φρουδαὶ δ' ἐλπίδες. Vid. Dierson. ad Moerid. p. 383. qui etiam Ruhnkenii elegantissimam conjecturam et ad ipsius Exempl. annotatam memorat. v. 4. pro ἄεθμασιν legentis νάμασιν. minus Jacobsio probatam.

Ep. 7. v. 2. Petale est vetulae nomen apud Propert. L. 4. el. 7. v. 39.

v. 3. Optime Br. ex Cod. Vat. Δείματι γὰρ μούνην quam lectionem, Grotio probante, recepimus. Vulgata enim Δείματι γὰρ Μόβαν plane sensu caret. Huëtius conjectabat Δείματι γὰρ πόσιος. ad oram Codicis Scaligeri notatum γ' ἀρμόβιον. quae lectiones minus placent.

v. 6. ἄφνω pro αἴφνης dedit Br.

Ep. 8. pro πᾶς ὁ βίος ad Cod. Leid. manu, ut putamus, Scaligeri notatum ὁ πᾶς βιότος. D'Orvillius in Vann. Crit. p. 328. εὐπράττουσιν ἅπας. quod probo. εὐπράττουσιν legit etiam Jac. Pontan. ad Ovid. Trist. L. 3. p. 286.

Tit. 24. Ep. 1. v. 1. Br. ex ingenio, ni fallor, πυρητόκον dedit. Venet. apud Nic. Sabiens. et Ald. Tert. γυητόμον, quod Grotio probatum, olim Brodaeo placuit, in cujus primâ Ed. 1549. legitur γυρητόμον alii γειητόμον. Phavorin. γειότομον, τὸ ἄροτρον. γεωτόμος dicitur agricola L. 4. T. 7. ep. 35. reliquae vulgatam lectionem exhibent.

v. 3. ἀροτροπόνου. Huët. legit ἀροτροπόνους, et Scaligerum dicit legi voluisse μετ' ἀροτροπόνου ζεύγλης. quod ultimum etiam ad Cod. Leid. manu Scaligeri notatum. Notae MSS. quas Jacobsius consuluit, et in quibus nihil de tali annotatione hic invenit, plane diversae videntur ab iis, quas ipsa Scaligeri et D. Heinsii manu exaratas Cod. Leid. habet. Quod vero doctissimus ille vir dicat, Grotium non satis accurate v. 5. et 6.

Si parcere matri
Non vis, at vitulo parce, juvencus erit.

transtulisse, id sane miror. Grotius hic loquendi formulâ utitur, ad Epigr. sensum explicandum aptissimâ, et non semel ab Ovidio usitatâ. Heroid. Ep. 4. v. 162.

Et, mihi si non vis parcere, parce meis.

Ep. 7. v. 75.

Nec mihi parcatur; puero parcatur Jŭlo.

Ep. 19. v. 205.

Si tibi non parcis, dilectae parce puellae.

Art. L. 2. v. 30.

Si non vis puero parcere, parce seni.

Ep. 2. v. 4. ~~Εὐρώπην τωῦρος, Moschus L. 4. Tit.~~ 12. Ep. 49.

Μή σε τὸν Εὐρώπης βοῦν ὑπ' ἄροτρα βάλω.

De bove aratore, quem immolare nefas habebatur, Vid. Jacobsium ad Addaei, Ep. 14. Tit. 7. L. 6. et qui plurlbus de hoc egit B. Averanii

rani Op. vol. 1. p. 63. et sqq. hanc historiam tam graphice descripsit Lucian. Dial. Mar. xv. p. 326. ut summus Hemsterhusius existimet, ei pictoris alicujus, qui fabulam Europae coloribus expressserat, artificem manum animo fuisse obversatam.

Tit. 25. Ep. 1. Vid. ad Tit. 12. Ep. 4. et Tit. 80. Ep. 1. h. l. Praeter alia egregia, quae ad h. l. attulit Jacobsius, est etiam Ciceronis locus de Oratore L. 3. cap. 2. quem, ut totum illud L. 3. praeclari operis initium, semper admirati sumus, sic hodie eum aliis in memoriam revocare lubet. *O fallacem hominum spem, fragilemque fortunam, et inanes nostras contentiones! quae in medio spatio saepe franguntur et corruunt, aut ante, in ipso cursu, obruuntur, quam portum conspicere potuerunt. — Qui Crasso annus primus ab honorum perfunctione aditum, omnium concessu, ad summam auctoritatem dabat, is ejus omnem spem atque omnium vitae consilia morte pervertit.*

Ep. 2. Vid. supra cit. loc. Tit. 12. Ep. 4. et Tit. 80. Ep. 1.

v. 6. Ἔρρε, κακὴ γλήνη. ex Hom. Il. Θ. v. 164.

v. 8. Jacobsius legendum putat. παίζοιτ', εἴ γε θέλοιτε, ἕσους. — — In Gruteri exemplo, quod et Ruhnkenius annotavit, hi versus Ep. adjiciuntur, qui apud Br. separatum Ep. constituunt.

Ἀτρεκεὼς μάλα πᾶσι πλάνη Τύχη ἔστι βροτοῖσι
Ἔστι γὰρ ἀδρανέη, τὸ δ' ἐπιπλέον οὐ δὲ πέλουσα.
Γράψε τίς; οἶδε θεός. τίνος εἵνεκεν, οἶδε καὶ αὐτός.

In nostro autographo p. 365. est pro πέλουσα πέλασα et pro γράψε γράφε. Verterem.

Fortuna est vere cunctis mortalibus error,
Imbecillis enim, nullarum prodiga rerum.
Scit Deus hoc scriptum, quare, cognoverat idem.

Ep. 3. v. 1. Br. ἔτευξα et v. 2. μηδὲν ἄγαν, quod ultimum, etiam a Ruhnkenio notatum, fluxit ex emendatione Graevii ad Hesiod. Op. et D. v. 694. Cujus doctas annotationes Vid. Mihi tamen illud ἵν' ἐλπίζῃς et μηδὲν ἔχῃς acutius dictum videtur, quam μηδὲν ἄγαν, quod moderatae Prudentiae magis, quam Nemesi, quae, immodicas spes frustra eas alentibus tribuendo, graviter illos punire dicitur, convenit. Ex versione forsitan patebit, quid velim.

Ista dat, ut speres: haec nihil ut capiat.

multo ingeniosius, quam languidum illud.

Ista dat, ut speres: haec nihil ut nimium.

praesertim, ubi non de temperatae rationis officio, sed ea de spe, quae a fortunae pendet arbitrio, agitur.

Ep.

Ep. 4. v. 4. pro δολιχαῖς ad suum Exempl. δολίαις notavit Ruhnk. at Mitscherlich ad Horat. L. 1. c. 4. v. 15. et c. 11. v. 7. optime receptam lectionem defendit. Inter alia cum affert hoc egregium Senecae monitum. Ep. 101. *Quam stultum est aetatem disponere? ne crastino quidem dominamur.. O quanta dementia est, spes longas inchoantium?* Plato L. 3. Tit. 32. Ep. 26.

Δαίμονες εὐρείας ἐλπίδας ἐξέχεαν.
At tibi spes longas absecuere Dei.

v. 8. Vid. Barnes. ad Anacreontis Od. 41. p. 142. ubi Fabri, cui miserabile illud odarium visum est, temeritatem reprehendit; Fabro adsentior. Haec saltem magis ex Monachi cujusdam, quam ex ingenio veteris poëtae fluxisse, existimo.

Τὸ μὲν οὖν πῶμα λάβωμεν,
Τὰς δὲ φροντίδας μεθῶμεν·

Ep. 5 v. 3. Br. ἀπ' Ὀλύμποιο — quod non in aliis Edd. Fingit poëta omnia bona e Pandorae pyxide in altum evolasse, neque quidquam eorum in terram fluxisse, quod quâ auctoritate fecerit, ignoro. De Pandora Vid. Hesiod. Op. et D. in primis v. 96. — 98.

Μούνη δ' αὐτόθι Ἐλπὶς ἐν ἀῤῥήκτοισι δόμοισι
Ἔνδον ἔμμενε πίθου ὑπὸ χείλεσιν, οὐδὲ θύραζε
Ἐξέπτη.

ad q. l. Schol. notat verba Theocriti (Id. Δ. v. 42.)

Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν· ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.
Spes inter vivos, defunctis nulla refulget.

Conf. Vulpii et aliorum notas ad Tibull. L. 2. El. 6. v. 21.

Tit. 26. 1. Quare illud inter ea Leonidae Alexandrini T. 2. p. 194. dederit Br. rationem non reddidit. Grotius, Cod. Vat. secutus, Lucillio tribuit. in vulgatis ἄδηλον est. G. Wakefield in Silv. Crit. Tom. 2. p. 86. non nihil hoc emendare conatur, sed, ut puto, frustra.

Ep. 2. Ad quem Imperatorem et victorem hoc referendum sit, non convenit inter viros doctos, Vid. Addenda et Emendanda ad Thucyd. Dukeri. p. 666. et 667. et Casaubon. ad Sueton. in Nerone Claud. c. 25. p. 53. Ed. Burm. et Jacobs. ad h. l. Quod ad me de Nerone Claudio Druso, Tiberii Neronis ex Livia filio, Tiberii Imperatoris fratre, qui in Germania et Gallia multa fortiter gesit, et aequalis fuit Diodori poëtae, intelligendum existimo. Ita saltem judicavit J. Tristan Comment. Historiq. Tom. 1. p. 144. et 145 quod ad suum exempl. P. Burm. Sec. annotavit. Egregium de illo testimonium dedit Vellejus Paterc. L. 2. c. 97. his verbis *Cura deinde atque onus Germanici belli de-*

delegata Druſo Claudio, fratri Neronis, adolescenti tot tantarumque virtutum, quot et quantas natura mortalis recipit, vel industria perficit; cujus ingenium utrum bellicis magis operibus, an civilibus ſuffecerit artibus, in incerto est. Morum certe dulcedo ac ſuavitas, et adverſus amicos aequa ac par ſui aestimatio inimitabilis fuisſe dicitur. Hujus et Fratris ipſius laudes ſplendidisſimo carmine celebravit Horatius L. 4. Od. 4. adeo carus fuit Augusto, ut, cum ille Liviam, eo gravidam, uxorem duxisſet, plerique ipſius filium esſe putarent. In ſpem laetisſimi triumphi rediturus lapſu ex equo, vel morbo in Germania periit, cujus mortem in Conſolatione ad Liviam Augustam elegantisſimus poëta ſinceris lacrymis deflevit.

v. 1. Αἰγιβότου. proprie de Scyro, optimis capris abundante; locis, quos attulit Jacobs, adde Aelian. Hist. Anim. L. 3. cap. 33. Λέγουσι — καὶ Αἶγες αἱ Σκύριαι γάλα ἀφθονώτατον παρέχειν, ὅσον οὐκ ἄλλαι αἶγες. conf. Mich. Apostol. Cent. 1. Prov. 83. et Erasmi Adag. Chil. I. Cent. 10. Prov. 20. p. 373. *Capra Scyria.* ἔπλων Ald. Pr. Em. Sec. Tert. et Venet. 1550.

Ep. 3. De hoc dictum ad Grotii Proleg. p. 170. Recte Ruhnkenius Epist. Crit. 2. p. 163. Apollonidam Callimachea ob oculos habuisſe dicit. Hymn. in Delum v. 297. — 299.

ἥλικα χαίτην
Παρθενικαῖς, παῖδες δὲ θέρος τὸ πρῶτον ἰούλων
Ἄρσενες ἠιθέοισιν ἀπαρχόμενοι φορέουσιν.

Latine.

Virginibus donant aequali aetate capillos,
Quasque comas tulerit primae lanuginis aestas
Primitias pueri certant offerre juventae.

De ſolemni barbam et comam deponendi more Vid. V. D. not. ad Martial. L. 3. Ep 6. Barth. ad Statii Silv. L. 3. Carm. 4. p. 326. et quos laudat Fabric. ad Dion. Caſſ. Tom. 1. p. 551. quod etiam Jacobſ. annotavit. Hunc morem denique accurate illustrat Averanus Op. vol. 1. p. 178. ſqq.

v. 2. κύρεο Ald. Sec. vitioſe, et v. 3. 4. ex Ald. Pr. Em. ἰούλων λέυκιον, quod et in Tert. est receptum.

Ep. 4. Palladae hoc Grotius et Brunck. tribuerunt.

Ep. 5. Ex iis, quae ſcripſimus ad Grotii Proleg. pag. 137. ſatis apparet, hoc carmen non esſe Sidonii Antipatri, quod putabat Scaliger ad Euſebii Chronicon. p. 152. Sed Antipatri Theſſalonicenſis, et referendum

dum ad L. Calpurn. Pisonem. conf. Jacobsii Comm. vol. 2. part. 1. p. 293. et 296. Praeterea ex hoc quidem colligi potest, dictum Pisonem poëtis favisse, non vero ipsum carmina fecisse, quod tantum l. c. demonstrare voluimus. Recte de eo Jacobsius. *Quis enim tam occupatus est, Qui Musis aurem non praebeat?* in versione v. 2. pro *Macedum*, Lege, *Macetum*.

Tit. 27. ep. 1. Ὥραι Deae pulchritudinis, praeclarae illae coeli janitrices, saepius cum Gratiis junguntur, ut apud Xenophont. Sympos. cap. 7. §. 5. Σχήματα, ἐν οἷς Χάριτές τε, καὶ Ὧραι, καὶ Νύμφαι γράφονται. Vid. de His praeter Hom. Il. E. v. 749. et Θ. v. 393. Hesiod. Theog. v. 901. et Op. et D. v. 73. — 75. et Graevii Lect. p. 117. L. 7. ep. 126. Egregiam formosae puellae descriptionem dedit Rufinus, propter venustissimam et prope divinam Grotii versionem hic etiam memoremus.

Os suadae; Veneris species tibi; corpus in Horis
Quale viget vernis; vox tibi Calliopes:
Sancta, Phile, Themidis mens, et manus ipsa Minervae,
Teque sibi quartam Gratia terna vocat.

conf. ejusdem Libri Ep. 194.

v. 3. Br. ex ingenio, ni fallor.

Ἦ γὰρ Ἔρως τρία τόξα κατείρυσεν.

Hanc lectionem quamvis Wyttenbachius Bibl. Crit. vol. 1. part. 2. p. 31. probasse videatur, tamen mecum miratur, nullam in notis mentionem fieri auctoritatis, quâ ista mutatio nitatur. video quidem Aldum in vetustis Cod. invenisse κατήρισεν quod Ald. Sec. Tertia et Venet. more solito secutae sunt, licet Junt. Basil. 1531. et 1549. primae Ed. lectionem κατήρυσεν, quod a κατερύω trahit Opsopaeus, constanter servent.

Ep. 2. Ernesti Obsopaei, ut opinor, auctoritatem secutus, inter Callimachea dedit; P. Burm. ad Anth. Lat. vol. 2. p. 748. propter illud forte quod praecedit Meleagro tribuit. Est sane antiqui coloris. Grotius etiam in Stobaei Floril. p. 253. posuit, ubi ultimum distichon latine aliter quam hic legitur. Et quidem hoc modo

Sume meo lumen de pectore. nam mea flagrat
Intus scintillis flammivomis anima.

Aul. Gell. L. XIX. c. 9. latinam Portii Licinii imitationem laudat. Cum eis Theocriti Id. XIV. v. 23.

Κἤφθα. εὐμαρέως κεν ἀπ' αὐτᾶς καὶ λύχνον ἅψαις.

ver-

versum 3 merito comparavit magnus Casaubon. Lect. c. xv. p. 270. In Ed. Princ. Ald. Pr. Tert. Junt. et Bas. 1549. pro ἄψον, quod primum occurrit in Ald. Sec. et inde in aliis propagatum est, legitur ἄναψον. in Latinâ versione Lege, *Heus.*

Ep. 3. Legitur apud Stob. Ed. Aurel. Allobr. p. 392 et in Grotii Floril. p. 257.

v. 5. ad Ruhnk. exempl. ex Grut. αὐτοῖς et v. 6. παμένος. et apud Stob. v. 8. λεύσομεν.

Ep. 4. Legitur apud Stob. in Flor. Tit. LXI. p. 391. et Grot. p. 253. qui ibi aliâ quam hic, verum aeque eleganti versione usus est. Citat hoc Fr. Junius de Picturâ Veterum L. 3. cap. 11. p. 295. et legit v. 4. πυρὶ φλεγόμενον. quod in nullis est Edit. Recte Jacobsius propter illud κεῖται σκοπὸς memorat Posidippi Ep. quod ediderunt Alberti ad Hesych. v. ἰοδόχη, et Warton. ad Theocrit. Tom. 2. p. 290. Dabo, ut legitur apud Br. Tom. 2. p. 46.

Ναὶ ναὶ βάλλετ' Ἔρωτες· ἐγὼ σκοπὸς εἰς ἅμα πολλοῖς
Κεῖμαι. μὴ φείσησθ' ἄφρονες. ἢν γὰρ ἐμὲ
Νικήσητ, ὀνομαστὶ ἐν ἀθανάτοισιν ἔσεσθε
Τοξόται, ὡς μεγάλης δεσπόται ἰοδόκης.

Ad meum apographum, quod dicitur Ruhnkenianum, haec notata sunt p. 43.

v. 1. *εἰς ἅμα βάλλοις suspectus locus, imo aperte mendosus. Et distingue εἰς ἐμὲ βάλλειν.* v. 2. *κεῖμαι. ἐγὼ σκοπὸς ὑμῖν κεῖμαι, ἐκκείμαι.* v. 4. *ἰοδόκης. ἐμοῦ τοῦ βέλων πλήρους.* quid inde ad emendationem Ep. trahi possit, non video. Consule vero Jacobsii Comment. vol. 2. part. 1. p. 133. Ut ut sit, hoc modo latine verterem.

Unum, quem petitis multorum, figite Amores,
Spicula et amentes parcite nulla mihi.
Nam si victus ero, decus indelebile vobis
Plena sagittarum theca dabit dominis.

In versione v. 2. Lege, *potest.*

Ep. 5. Legitur etiam apud Stob. Tit. LXI. p. 390. et in Grot. Flor. p. 253. Praeclaram Cupidinis leones gubernantis imaginem dedit Onuphr. Panvin. de Ludis Circens. in Thes. Antiq. Rom. vol. 9. p. 61. 62. Vid. et N. Pinelli Addit. p. 489. aliam Cupidinis, qui in ulnis dormit leonis, figuram exhibet Jac. Tollius in Fortuitis p. 265. et sqq.

v. 3. ὡς τᾷ μὲν Br. ex Ed. Princ. et Ald. Pr. Sed Ald. Sec. Opsopaei, ut videtur, sententiam secuta, Ὃς τᾷ μὲν, *qui hac quidem* —

 quam

quam lectionem aliae, praeter Basilienses, tuentur, neque aliter apud Stobaeum. μάστιγα κατ' ἀυχένος L. 6. Tit. 2. Ep. 1. τὴν τ' ἐπὶ κώτων μάστιγα. quod etiam Ruhnk. annotavit.

v. 5. Br. δαμάζων. Doricam scripturam probant reliquae.

v. 6. ὀλίγων Ed. Pr. Ald. Pr. Junt. et Basil. 1531. et 1549. cum reliquae ex Ald. Sec. ὀλίγον exhibent. Br. ὀλίγων, quod et ad Gruteri et Ruhnk. Exempl. notat. in qua lectione oppositionem quandam cum ἄγριον invenisse se existimat Br. L. et Em. p. 193. et 194. v. 5. 6. in Latinis Lege, ut est apud Stobaeum.

Hunc ego crudelem metuo. non parcet opinor
Hic homini, talis cui fera ludus erat.

quod et in MS. D'Orvilliano inveni.

Ep. 6. Apud Stob. Tit. LXI. p. 391. Grot p. 253. ubi v. 2. πῦρ ἀτενές. et v. 3. πυρσὸς Ἔρωτος. unde in versione *semper flagrat amor.* ad v. 2. Ruhnk. in notis πῦρ ἀπνεές. sensus postulat *immensum.* an ἀχανὲς? v. 4. Huët. scribe τεγγόμενος.

Ep. 7. Exstat apud Stob. Tit LXI. p. 392. 393. apud Grot. in Flor. p. 259. qui tertium distichon, tanquam peculiare carmen, a praecedentibus sejunxit, eique aliam versionem dedit.

Nec spes corruptum te mulceat: influit illa
Pascenti venas igne trahens animum.

v. 1. Μήποτε κοιλήνῃς Παφίῃ νόον. Ne mentem Veneri aperias, eique in pectore sedem concedas. κοιλαίνω et κοιλαίνομαι verbum satis notum, Vid. L. 4. T. 9. c. 14. et L. 5. T. 1. c. 60. Rariore usu dicitur διήγησις, narratio apud Lucian. Q. Hist. Confer. Tom. 2. p. 64. cum hiatus habeat κοιλαίνεσθαι. Longe rariore vero hic dicitur κοιλαίνειν νόον, *denudare, aperire mentem.* in quo illud observamus, quod apud Pollucem, qui multus est in rariore hujus verbi usu exponendo, L. 2. c. 4. §. 62. ad dictionem κοιλαίνειν τοὺς ὀφθαλμοὺς Kuhnius notaverit, in praeclaro Cod. Vosf. eo loco legi καὶ νοῦν κυλαίνειν. seu potius κοιλάνειν ut est in comm. Jungermanni. Inter alia apud Pollucem L. 1. c. 9. §. 108. 109. θάλατταν dicitur κοιλὴ, κοιλαινομένη, et κοιλαίνεσθαι, quando, ut apud Virg. Aeneid. L. 1. v. 106. 107.

Unda dehiscens
Terram inter fluctus aperit.

Vid. magni Casauboni not. ad Athen. p. 667. Quare tandem illud κοιλαίνειν Παφίῃ νόον Henr. Steph. in Thes. Gr. L. Phocylidi attribuit, ignoro, nam in ejus Opusculis id non inveni.

v. 4.

v. 4. φλογίου Cod. Vat. φλογεροῦ Vid. D'Orvill. ad Charit. p. 204.

v. 5. Br. in membranis γυιοκόρον, at vulgatam lectionem γυιοβόρον recte defendit Cl. Ruhnken. Ep. Crit. Ed. vet. p. 48. et Nov. p. 81. Sic γυιοβόροις βελέεσσιν. apud Eund. P. Silentiar. L. 7. e. 40.

Ep. 8. v. 1. Τίς πυρὶ πῦρ ἐδάμασσε; Ovid. Heroid. Ep. 16. v. 229. 230.

Saepe mero volui flammam compescere: at illa
Crevit; et ebrietas ignis in igne fuit.

Et Art. L. 1. v. 244.

Et Venus in vinis ignis in igne fuit.

Et Metam. L. 4. v. 194. 195. de Sole.

Nempe tuis omnes qui terras ignibus uris,
Ureris igne novo.

v. 3. In versione pro *orbus* Lege, *ortus*. ut est in MS.

Ep. 9. Quoniam suavissimum Carmen summus in his litteris vir, meus amicus quondam integerrimus, L. C. Valckenaerius edidit et suis notis illustravit, quae editio in omnium eruditorum manibus est, vel saltem esse debet, nos ea tantum attingemus, quae potissimum ad Grotii versionem illustrandam pertinent.

v. 4. Ruhnk. ex Grut. Ex. Μισθὸν —

v. 5. *Basiolum Veneris* — apud Apulejum L. 6. p. 394. et sqq. jubet Venus Mercurium, accurato praeconio investigare fugitivam suam ancillam, nomine Psychen, et ei, quicumque eam indicaverit, promittere *septem savia suavia*, *et unum blandientis appulsu* (suae) *linguae longe mellitum*. ad q. l. doctus Colvius Moschi memor fuit. Haec suavia suavissimo Jano Secundo magis quam acerbissimo Scioppio cognita fuisse, non miror.

v. 13. *Utraque saeva manus*. non est in Graeco. Melius Eob. Hessus *parva manus*, vel ut Politianus; *Exiguaeque manus*. Denique in Stobaei Floril. p. 256. ne de veritate lectionis dubites, idem Grotius,

Utraque parva manus?

v. 16. ἐφίπτεται. Amor volare nunc ad hunc, nunc ad illum, et apud nonnullos sedem suam ponere, dicitur. Vid. L. 7. ep. III. et de eo fugitivo, praeconis voce subjecto ep. 16.

v. 27. Cum Valckenaerio genuinum arbitror. Τὰ χείλεα φαρμακόεντα. *Madent quae labra veneno.*

Ep. 10. Vid. Germ. Val. Guellii notas ad Virg. Ecl. 6. v. 55.

Ep. 11. Apud Stob. T. LXI. p. 392. et Grot. p. 257.

Ep. 12. v. 1. D'Orvillius ad Charit. p. 555. pro Παρθενικῷ Παιδείῳ dedit Vat. Cod. lectionem secutus. Παρθενικῷ, Θρασίδουλε. Ed. Princ. Junt. et Basil. 1549. Ceterae omnes Θρασύδουλε. Sed legendum Θρασύβουλε ut apud Grot. *Thrasybule.*

v. 4. Recte quidem D'Orvillius l. c. ista Horatiana affert. L. 1. c. 27. v. 23. 24.

Vix inligatum te triformi
Pegasus expediet Chimaera.

Et Mitscherlich ad Horat. hoc Graecum Ep. Sic vero historiam Bellerophontis et Persei confundi puto. Quod Bellerophon, Pegaso vectus, interfecerat monstrum, tale erat, quale illud Hom. Il. Z. v. 181. et Hesiod. Theogon. v. 323. eodem modo depingunt.

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.

Lucretius. L. 5. v. 903.

Prima Leo, postrema Draco, media ipsa Chimaera

Incertus auctor apud Pithaeum, primae et optimae Ed. 1590. p. 155.

Ora Leo, tergoque Caper, postremaque Serpens,
Bellua tergemino mittit ab ore faces.

Vid. Muncker. ad Hygin. fab. 57. et V. D. ad Ovid. Metam. L. 9. v. 646. Quâ vero Perseus, Andromedae amore captus, eam liberavit, ad quam historiam hic Epigrammatarius respicere videtur, erat bellua marina. cum Bellerophontis fuerit opus, triformem domitare Chimaeram, ut apud Horat. c. l. Eleganter Grotius v. 3. 4.

resecet nec Perseos harpe
Captivum.

harpe enim erat, quâ pugnabat et hostes prosternebat Perseus. Ovid. Met. L. 5. v. 69. 70.

Vertit in hunc harpen, spectatam caede Medusae
Acrisioniades.

Conf. ib. v. 176. et Lucan. L. 9. v. 676.

Neque aliter apud Lucian. Dial. Marin. 14. dicitur Perseus ἅρπην ἔχων, cum non Chimaeram, sed Cetum interficeret. Mirum vero est, poëtas Perseum aeque ac Bellerophontem Pegaso insidentem finxisse, quâ de re Vid. Huëtii notas ad L. 1. ep. 3. et V. D. ad Ovid. Amor. L. 3. el. 12. v. 24.

Victor Abantiades alite fertur equo.

Optime summus poëta Propertius L. 2. el. 30. Ed. Vulpii, amborum fortium virorum facta diversis adumbravit coloribus.

Quo

Quo fugis, ah demens? nulla est fuga. tu licet usque
Ad Tanaim fugias, usque sequetur Amor.
Non si Pegaseo vecteris in aëre dorso:
Nec, tibi si Persei moverit ala pedes.

Praeterea Bellerophon Pegaso excidisse fertur, ut apud Horat. L. 4. Od. 11. v. 26.

Exemplum grave praebet ales
Pegasus, terrenum equitem gravatus
Bellerophontem.

quod de Perseo nusquam memoratum inveni.

v. 2. ἀσθμαίνεις. Vid. Mitscherlich ad Horat. Tom. 2. p. 107. Ovid. Fast. L. 1. v. 417.

Hanc cupit, hanc optat: solâ suspirat in illâ.

Nos veteres imitati Carm. p. 321.

Vidit ut Hebraeum juvenem, suspirat in illo.
Ast huic fatalis quam brevis hora fuit!
Cum puer undisoni venisset ad ostia Nili,
Cui ver in vultu, corde sedebat hiems.

Hoc Ep. propter singularem elegantiam, et Luciano in re amatoriâ usitata verba σαγηνεύεσθαι et ἀσθμαίνειν eidem ac praecedens auctori darem.

Ep. 13. Praeter ea, quae egregie ad hoc illustrandum annotavit Jacobsius. Vid. Erasmi Adag. pag. 522. D. et Bergler. ad Alciphron p. 55. in Latinâ versione Lege.

Medicina restat laqueus extremo loco.

Ep. 14. Legitur apud Stob. p. 393. et Grot Floril. p. 252.

Tit. 28. Ep. 1. Sententiam v. 5. et 6. illustrat Conr. Rittershusius ad Oppiani Halieut. L. 2. v. 642. p. 252. Non dissimile illud Proverb. cap. 11. v. 30. Ἐκ καρποῦ δικαιοσύνης φύεται δένδρον ζωῆς.

Justitiae e fructu vitae progerminat arbor.

Ep. 2. Omnes priscae et recentiores ut Steph. et Wechel. Edd. primum distichon non habent, praeter Venet. apud Nic. Sabienses 1550. et Ald. Tert. ejusdem anni, ex optimis Theocriti Edd. desumtum. Hoc etiam memorat Schol. ad Ed. Wechel. Ad Cod. Leid. notatum λείπει ἡ ἀρχή, manu, ut videtur, Scaligeri. Omissos versiculos, ut putat Warton ad Theocrit. Tom. 2. p. 321. dedit Calliergus, sed jam erant in eâ praestantissimâ, a Valckenaerio tantopere laudatâ Editione Theocriti apud Juntam 1515. in quâ etiam eadem inscriptio, quam Anthologiae Editores omiserunt.

v. 4.

v. 4. Br. ἢ contra omnium librorum consensum. P. Burmannus Sec. hujus initii mentionem fecit in Anthol. Lat. Tom. 2. p. 74. ubi male τὸν θεὸν et ἁγνὰν legitur.

Ep. 3. Hoc affert Meursius in Eleusin. cap. 27. et v. 3. legit ὄφρ' ἐν ἐκείνῃ. Sed P. Burmann. Sec. et Ruhnken. ad sua Exempl. scripserunt, Scaliger ad Tibull. L. 3. El. 5. v. 8. ὄφρά κ' ἐπαινῆς. Summo viro digna emendatio. ἐπαινὴ Cereris aut Proserpinae epitheton. Hom. Il. I. v. 457. Odyss. K. v. 491. et 564. Hesiod. Theog. v. 768. ubi Vid. Graevii et Op. et D. v. 643. Varior. not. p. 457. Ed. Robinson. ἐπαινὴ itaque hic non erit *horribilis*, *terribilis*, ut plerumque vertitur, sed Euphoniae caussa, ut σεμναὶ θεαὶ dicuntur Eumenides apud Thucyd. L. 1. §. 126. p. 81. nec non apud alios scriptores, *laudanda*, *veneranda*. Quare Tibull. l. c. dixit.

laudandae Sacra docere Deae.

ubi Vid. Vulpii notas, et Krebsium ad Plutarchi Comment. Q. Adol. poët. audire debeat. p. 168. At inprimis Cl. Hemsterh. ad Lucian. Necyon. p. 469. Ad Cod. Leid. ἐκεινῆς. Br. ὄφρ' ἂν ἐκείνας. et v. 4. μεγάλων, unde vera lectio nasci posset.

Ἔμπης Κεκροπίης ἐπιβήμεναι, ὄφρ' ἂν ἐπαινῆς
Δήμητρος μεγάλων νύκτας ἴδῃς ἱερῶν.

Verterem.

Cecropiam omnino visas, ut magna verendae
Sacra Deae Cereris nocte videre queas.

v. 5. 6. Vid. eruditissimi Ezech. Spanhemii notas. ad Aristoph. Ranas. v. 457. p. 304, lectu etiam dignissima sunt, quae Jacobsius attulit ex Sophocle apud Plutarch. de Aud. Poët. Tom. 2. p. 21. F. Ed. Rualdi. Ut apud Latinos saepius per *plures* intelliguntur mortui, sic apud Graecos οἱ πλείονες dicuntur, quam vocem egregie Diogeni Laërtio L. 1. §. 104. p. 67. restituit magnus Casaubonus. Praeclarae sane sunt ad h. Ep. docti Brodaei notae. in Latinâ versione v. 3. pro *quoiscum*, *quicum*, et v. 4. pro *Et*, *Est* legitur in M. S. D'Orvillii.

Tit. 29. Ep. 1. De hac Antiodemide, Saltatrice, egregiâ formâ atque aetate integrâ agitur Hist. de L'Acad. Royale des Inscript. et Bell. Lettr. vol. 3. p. 245. Carminis elegantiam explicant Toupius de Syracusiis post Theocrit. p. 341. et D'Orvillius ad Charit. vol. 2. p. 163. quos ambos locos ad suum Exempl. etiam notavit Ruhnken. Citat hoc et vertit Jo. B. Pius in Gruteri Face Crit. Tom. 1. 505.

v. 3. Explicat Bergler. ad Alciphron. p. 117. μαλακώτερον ὕπνου praeter

ter ea, quae ad h. Ep. illustrandum egregie disputavit Jacobsius; Vid. Fulv. Ursin. ad Virg. Ecl. 7. v. 45. qui hunc locum non neglexit, et Burmann. ad Virg. Georg. L. 2. v. 470. atque inprimis Valckenaer. ad Theocriti Adoniaz. p. 405.

Ep. 2. Inter ea, quorum auctores incerti sunt, dedit Br. Tom. 3. p. 240. qui v. 1. pro ἐκ θοίνης, *ex pascuis*, legendum conjicit ἐξ ἀλαῆς. De hoc actum ad Grotii Proleg. p. 131.

v. 1. μηκάς. Vid. Ruhnk. Epist. Crit. 2. p. 133.

v. 2. τυφλὴ Ald. Pr. Emend. et Sec. quae lectio a nullis aliis adoptata nequidem in Ald. Tert. quod putavit Jacobsius.

v. 3. Br. ἐτέρχν. Recte mihi hoc Ep. explicuisse videtur Henr. Stephanus in Ep. Gr. Selectis, p. 298.

Ep. 3. Inter ea Palladae est apud Br. Tom. 2. p. 437. ubi v. 4. pro μὴ τυγχάνων legitur μὴ συντῦχών. nulla ratione redditâ.

Tit. 30. Ep. 1. De Pisonibus satis large disputavimus ad Grotii Proleg. p. 137. et sqq. mentionem hujus fecit Boivin Mem. de Litter. des Inscr. et Bell. Lettr. Tom. 2. p. 290. nec non Markland ad Statii Sylv. L. 2. Ecl. 3. p. 103. Br. Tom. 3. p. 113. v. 3. ἀοιδὴν et v. 4. ad Exempl. Gruteri pro πειθόμενος, σπεισόμενος.

Ep. 2. apud Br. T. 3. p. 238. est inter ea, quorum non noti sunt auctores. Optime Erasmus p. 330. in Adag. *Bis dat, qui cito dat.* haec attulit Senecae verba de Beneficiis L. 2. cap. 1. *Ingratum est beneficium: quod diu inter manus dantis haesit, quod quis aegre dimittere visus est: et sic tanquam sibi eriperet. Gratissima sunt beneficia, parata, facilia et occurrentia, ubi nulla mora fuit, nisi in accipientis verecundia.* D'Orvillius ad Lucian. Tom. 3. p. 676. in Codice quodam invenit v. 2. μηδὲ γένοιτο χάρις· Eodem in loco etiam legitur elegans Aeg. Menagii, ni fallor, distichon Graecum, quod in ipsius Poëm. tamen non inveni.

Ἡ χάρις ἐν καιρῷ μικρὴ χάρις ἐστὶ μεγίστη.
Καὶ ταχέως δοῦναι, ἐστι χάρις χάριτος.

Latine dicerem.

Tempore parva datur quae gratia, maxima fertur.
Muneris accepti tam cito munus erit.

Conf. Auson. Ep. 82. et Jul. Floridi notas. in Latinis vs. 2. pro *dabit*, *dedit* M. S.

Ep. 3. Qualis hujus inscriptio esse deberet, docet Huëtius in notis. Simile quid apud Theocrit. Idyll. 5. v. 37. 38.

Ἢδ' ἁ χάρις ἐς τί πεθέρπει.
Θρέψαι καὶ λυκιδεῖς, θρέψαι κύνας, ὥς τυ φάγωντι.

Latine.

Ecce vide, quo gratia serpat.
Tu catulos, nutrique lupos, ipsis oris esca.

Vid. Cunr. Rittershusii notas ad Phaedr. L. 4. Fab. 18. citat et Wetsten. ad Ep. ad Rom. cap. 11. v. 21.

Ep. 4. Saepius vocis *dolii* significatio transfertur ad hominem, et tunc infundere, implere, continere, effundere, pertundere et similia usitata sunt verba. Euripides apud Plutarchum de Garrulitate. Tom. 2. p. 891. Ed. Steph. et Rualdi p. 502.

Οὐκ ἂν δυναίμην μὴ σίγοντα πιμπλάναι,
Σοφοὺς ἐπαντλῶν ἀνδρὶ μὴ σοφῷ λόγους.

Grotio interprete in Stob. Floril. p. 30.

Utcunque verba docta non docto ingeram,
Implere nunquam potero pectus perfluum.

Vid. omnino L. C. Valcken. ad Eurip. Hippol. p. 261. ubi et hujus non immemor fuit Epigr. Parmeno apud Terent. in Eun. Act. 1. Sc. 2. v. 22. — 25.

hac lege tibi meam adstringo fidem:
Quae vera audivi, taceo, et contineo optime;
Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuo palam est.
Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo.

quo in loco minime probanda est Bentleji conjectura legentis vs. 24. *Sin falsum audierim ac fictum.* et v. 25. pro *perfluo*, *perpluo*. quae sane contra omnem Codd. auctoritatem in textum recepta nollem, quoniam omnem hujus loci elegantiam turbant. Si similis fere significationis verborum coacervatio e veterum auctorum scriptis tollenda sit, vereor ne suavissimi et elegantissimi Ciceronis sermo saepius mancus fiat ac sterilis. Melius Interpretes ad h. l. verborum differentiam viderunt, cum inter alia dicunt. *Falsis decipimur*, *fictis delectamur*, *vana contemnimus.* quod ad emendationem *perpluo pro perfluo* attinet, hanc corroborari doctissimus vir vult Plauti loco Trinumm. Act. 2. Sc. 2. v. 41.

Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.

Longe vero alia res est; metaphora ibi desumitur ab aedibus, quae, ne tigna perpluant, tectis aliis supra alia positis muniendae sunt, ut beneficia beneficiis cumulanda, ne illorum memoria dissipetur. Laqueata enim tecta et coenacula ex alto dicuntur perpluere, vasa vero rimosa ex lateribus perfluere. Hoc igitur *perpluo* nihil ad dolium, rimarum plenum, ex quibus aqua, ut diximus, non perpluit, sed perfluit. Ad nostram ob-

observationem firmandam magis valet ab ipso Bentlejo etiam citatus egregius Lucretii locus L. 3. v. 948.—951.

Nam si grata fuit tibi vita ante acta, priorque,
Et non omnia pertusum congesta quasi in vas
Commoda perfluxere, atque ingrata interiere:
Cur non, ut plenus vitae Conviva, recedis?

Princeps ille doctorum hominum inter Anglos, Bentlejus, olim principem Batavorum Hemsterhusium in suis ad ipsum litteris monebat, *quantivis esse pretii discere, tacere potius, quam nihil dicere*, quod de Terentiano loco in ipsum convenit magistrum.

Ep. 5. v. 2. Br. γαστίρος. in Ed. Venet. Nic. Sab. γαστὴρ ὅσ' errore, puto, typographi.

Ep. 6. Bis legitur in vulgatis, et hic et Tit. 70. h. l. in fine. ubi a nobis omissum, quoniam Grotius eadem versione usus est. Epigr. sententiam comparavit Is. Casaubonus cum Strabonis verbis L. 4. p. 279. καὶ τὸν Πάριν εἰς τὴν Σπάρτην πλέοντα, ναυαγίῳ περιπεσεῖν. quod et Jacobsius animadvertit.

Tit. 31. Ep. 1. Quod Horatius L. 1. Od. 6. v. 5.—8. sibi evenire optabat.

Tibur Argeo positum colono
Sit meae sedes utinam senectae:
Sit modus lasso maris et viarum
Militiaeque.

illud Polyaenus a Jove Casio impetrare cupit. Quo de Jove praeter V. D. annotationes ad Sueton. in Nerone c. 22. Spon. in Misc. Erud. Antiq. p. 75. et Jacobs. ad Hadriani Caes. Ep. Comment. vol. 2. part. 2. p. 322. Consule inprimis M. Boivin Dissert. Memoir. de Litterat. vol. 1. p. 279. et 297. et Conf. Hadrian. Caes. Ep. in Mant. Quarta p 432.

v. 4. Male Ald. Pr. Emend. Sec. Tert. et Venet. χερίης. Legendum ut in Ed. Princ. et aliis Σχεριής.

Ep. 2. Intēr ea Antipatri Thessal. posuit Br. T. 2. p. 119. qui v. 3. pro ἐυίὺς satis pro imperio υἱὸν dedit, quoniam ἐυθὺς et μετ' οὐ πολὺ simul stare posse non putaret, cujus rei rationem non video, si post ἔελπτα distinctio ponatur, et hoc modo versus reddatur.

Nam statim peperit praeter spem, et tempore eodem
Vidit eum, quem non viderat ante, diem.

Non enim hic intelligenda plena caecitas, sed ea gravis lippitudo, quae mulierem φέγγος ἰδεῖν, id est, clarum splendorem solis adspicere prohibebat. Hanc lippitudinem ut interveniente febre tolli docet Hip-

pocrates Coac. Praenot. Ed. Charter. Tom. 8. p. 864. sic etiam hanc maximam oculorum caliginem salutari puerperio dissipari posse, non negabunt medici. Vid. porro J. Tristan Comm. Hist. Tom. 1. p. 535.

v. 5. Ut Br. ἐπήκοος, pro ὑπήκοος hic legendum existimat, sic V. D. apud Xeonophont. Cyri Exped. L. 7. c. 7. §. 17. Ed. Hutchins p. 598. e contrario pro ἐπήκοοι quod est in Ed. Pr. ὑπήκοοι legi maluerunt. quae vox, in omnibus Anthol. Edit. obvia, huic loco saltem aptior videtur, quoniam Diana non tam vota exaudire, quam quidem iis satisfacere velle censenda est.

v. 6. Br. εἰ σελάων pro quo in Ald. Pr. Emend. Sec. et Venet. legitur ἢ σελάων. recte Brodaeus vulgatam tuetur.

Ep. 3. Vid. Is. Casaubon. ad Strabon. p. 664. Casp. Gevartii Elect. L. 3. p. 146. quod et Ruhnk. annotavit, et J. Tristan. Comm. Tom. 1. p. 144. qui illud ad Drusum, Germanici filium, qui per Tiberium periit A. U. 787. referendum putat; quâ in sententia etiam est Jacobsius. Br. v. 1. pro τε δῖα, σε δῖα. vellem Grotius in suâ versione illud ἰχνεύῃ expressisset. ut Q. Septim. Flor. Christianus.

Te Nemesis, hominum servans vestigia, servet,
Quae Dea permultos fallere virgo solet.

v. 3. apud Grotium nonnihil leonini sapere videtur, praesertim si Leonini versus habendi sint, in quorum medio et fine voces sunt, quae similiter desinunt. Sed si tales versus repudiandi, quid fiet elegantissimis poëtis, in quorum carminibus hi quovis in loco inveniuntur? Sic Tibullus et Propertius exorsi sunt.

Divitias alius fulvo sibi congerat auro.
Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis.

et Virg. Georg. L. 1. v. 502.

Laomedonteae luimus perjuria Trojae.

Sed doctissimi viri Scaliger Poët. L. 2. cap. 29. et Broukhusius ad Propert. L. 1. el. 8. v. 11. non hos indignati sunt versus, sed potius illos, quorum in medio et fine duo versus pedes eodem modo sonant. ut Propert. l. c.

Nec tibi Tyrrhena solvatur funis arena.

Attamen illis, quos recentiores, qui legitimum sonum digitis se callere et aure arbitrantur, ad Monachorum claustra rejiciunt, summi poëtarum saepissime uti voluerunt. ex Graecis Homerus Odyss. Ξ. v. 199.

Ἐκ μὲν Κρητάων γένος ἴυχομαι εὐρειάων·

Ubi

Ubi Vid. Barnesii not. et Clarkium ad Il. Z. v. 236. Sic supra L. 1. Tit. 13. ep. 16.

Πειράζεις καὶ Νεῖλον; ὁ δ' ἐν δίναις κροκόδειλον
Ἔτρεφεν.

Quid dicam de Latinis? magnam horum numerorum, in medio et fine similiter sonantium copiam e summorum Veterum poëtarum scriptis collegit Casp. Barthius ad Statii Thebaid. L. 2. v. 239. Vulpius ad Propert. L. 2. El. 8. et P. Burm. ad Lotich. p. 355. quibus, si velis, addas Virg. Aen. L. 9. v. 634.

I, verbis virtutem illude superbis.

Horat. L. 1. Epist. 14. v. 7.

Fratrem maerentis, rapto de fratre dolentis.

Ovid. Metam. L. 2. v. 398.

Colligit amentes, et adhuc terrore paventes.

Trist. L. 4. El. 10. v. 55.

Utque ego majores, sic me coluere minores.

L. 5. El. 7. v. 49.

Pellibus et laxis arcent male frigora braccis.

Ne plura memorem: Ex tot et tantis e praestantissimorum poëtarum carminibus prolatis exemplis, illud apparet, viros etiam eruditissimos, qui hoc barbarorum esse pronunciant, admodum imprudenter agere, dum modo suas consulant aures, et se scire putent, quomodo haec apud priscos sonarent. Denique in explicandis veterum auctorum scriptis mihi tantum proposui ex iis cogita sequi exempla, parum sollicitus, quid de his recentiores disputare, dijudicare, aut etiam philosophari voluerint.

Ep. 4. Praeclarum distichon legitur apud Platonem Alcibiad. II. p. 143. Ed. Serrani. ubi tamen vs. 2. τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξειν. conf. Valer. Maxim. L. 7. Ext. cap. 1. et Juvenal. Sat. 10. v. 346. et sqq.

Nil ergo optabunt homines? Si consilium vis,
Permittes ipsis expendere Numinibus, quid
Conveniat nobis, rebusque sit utile nostris.

Et cetera. Vid. et B. Averanii Dissert. XLI. Op. vol. 1. p. 105. et 106.

Ep. 5. v. 1. Br. pro δικαίοις, δικαίων, et v. 4. pro ψυχὴν Ruhnk. leg maluit, ψυχραῖς. et Br. v. 5. pro οὐδὲν, ἐνδεὴς, quod ex Grut. Exempl. etiam Ruhnk. notavit. pro κωφὰ, κοῦφα, i. e. *superbe*. idem Br. legendum putat in Lect et Em. p. 144. At v. 8. Ρωμαϊκοὺς hic locum habere non videtur, aeque minus atque illud, quod reponendum putat Jacobsius Ἀκτιακοὺς.

ἀνὸς. Mihi placet lectio, quam ex Gruteri Exempl. commemorare non neglexit Ruhnk. ναῖ κακοὺς. Distichon verterem.

Cui loca tutâ placent atque orgia, me tua puppis
Servet apud portus, Cypria Diva, malos.

in versione Latinâ v. 6. pro *ora* Lege *unda*, ut est in M. S.

Ep. 6. mentem Ep. optime explicuit Toupius in Suid. part. 2. pag. 2. Quod et adscriptum video Ruhnk. Exempl. v. 1. Br. ἐξ ἀήτου, ex Ald. Pr. quod reliquae secutae sunt, praeter eam, quam dederunt Nicol. Sabienses, 1550. ubi Ἐκξαήτου. ἐξ ἀήτου videtur vera lectio. v. 3. ad Ex. Ruhnk. ex Grut. pro βυθῖτις, βυθῖτος.

v. 4. εἰς ἅλα πτύσας, Jacobsius Wakefield in Silv. Crit. T. 1. p. 54. secutus Toupium reprehendit, quod *elegantem* dixerit locutionem, quae ne sensum quidem habeat, et legendum proponit εἰς ἁλὸς πτυχὰς; scio quidem apud Euripid. non uno in loco ἀιθέρος et οὐρανοῦ memorari πτυχὰς, quae et montibus tribuuntur, ut hic L. 3. Tit. 5. ep. 55. at nusquam me legisse memini ἁλὸς πτυχὰς; cujus dictionis itaque exempla desidero. praeterea non video, cum κύματα, fluctus, in littore, vel ad littora spumare, seu πτύειν dicuntur, quare *malus celeri saucius Africo*, quando gravi cum impetu ex alto in mare dejicitur, non πτύειν spumare, seu spumam excitare dici posset. locum ergo non sollicitandum arbitror, ne nimis curiosi aliena poëtis, quorum verba non satis intelleximus, affingamus.

v. 6. Omnes Edd. priscae ἀρωγὸν ἀυτᾷ. — praeter Venet. ap. Sabiens. 1550. quae dedit Ἀραγονάυτας, ut legi voluit Hadr. Junius animadv. L. 2. cap. 9. qui hoc etiam latinis versibus reddidit. Lectionem probavit Henr. Stephanus, quem alii deinde secuti sunt.

v. 7. In priscis νεηκόρῳ, νεωκόρῳ Toupio debetur. Huëtius in hoc verbo poëtam lusisse existimat.

Ep. 7. Simplex et intellectu facillimum Julii Polyaeni Carmen ut dedimus, est in Ed. Princ. Junt. Bas. 1531. et 1549. et Ald. Pr. at in Emend. v. 3. σαώσας, quod in Ald. Sec. et v. 4. ἴδη. Σαώσαις retinuit. Venet. Ald. Tert. etiam v. 4. pro Ἤδη, ἴδη. in ultimo versu Ald. Tert. errore typographi ἔρμησεν pro ἔρμισον. Br. v. 3. σαώσεις, et v. 4. καὶ καμάτων ἔρμισον εἰς λιμένα.

Ep. 8. Hoc loco non invenitur in Edd. vetustis, sed Tit. 48. ep. 3. h. l. ubi iterum legi voluimus, quoniam utroque in loco aliâ versione utitur Grotius, et Ruhnk. ad suum ex Grut. Exempl. illud hic scripsit. in Lat. versione Lege *Ex* et sine distinctione *negoti*.

Tit.

Tit. 32. Ep. 1. Lege ΣΤΑΤΤΛΛΙΟΥ ΦΛΑΚΚΟΥ, STATILII FLACCI. v. 5. ad Ex. Ruhnk. notatum ἐυξενίοις quod videtur e Grut. Ex. desumtum. Cod. Vat. ἐυξενίσις.

Ep. 2. Ejusdem argumenti, cujus auctor Philippus, legitur Tit. 5. ep. 23.

v. 3. pro ἔχει, ἔχοι ex Grut. notavit Ruhnk. quod est in Cod. Vat.

Ep. 3. v. 3. Br. ἐστιν pro ἐστι et v. 4. Ἤδη καὶ pro Ἤδη σοί. quod contra Codd. consensum cur immutatum; ignoro.

Tit. 33. Ep. 1. v. 2. Br. οἰδούσης λυγρὸς ἔτυψεν ἔχις. quod nullae Edd. priscae habent. Huetius ad oram libri Scaligeri invenit οἰδοῦσαν, putabat διδῆσαν, sed nihil mutat. ad Cod. Leid. διδοῦσα.

v. 3. θηλὺν Ed. Princ. Junt. Ascens. 1531. et Bas. 1549. θηλὴν Ald. Pr. Em. Sec. Tert. et Venet. Cum sq. Tiberii Ep. comparat Jacobs, pravissime vero citat Grotii versum, scribendo.

Et vivit sobolis morte redemta mater.

prima enim in *mater* longa est, dedimus ut legitur in M. S. et omnino legendus est.

Et vivit sobolis morte redemta parens.

Ep. 2. Lege ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΙΛΛΟΥΣΤΡΙΟΥ. TIBERII ILLUSTRIS.

v. 1. in Latinâ versione pro *gravidae* Lege *gravido*, et sic distingue.

Uberibus cervae, gravido modo ventre solutae.

Ovid. Heroid. Ep. 44.

Jam gravidus justo pondere venter erat.

Et Amor. L. 2. El. 13. v. 1.

Dum labefactat onus gravidi temeraria ventris.

Ep. 3. v. 3. Br. εἴτ' ἐμὲ — quod neque in Vat. Cod. neque in vulgatis.

v. 5. Οὐδ' ἀδίκως, ex Cod. Vat. scribendum putat Jacobsius.

Ep. 4. v. 3. ἀΐδην mortem, ut supra Tit. 11. Ep. 5.

Ὤπασαν ἐξ ἀέθλων, οὐ σέφος, ἀλλ' ἀΐδαν.

Sophol. Antig. v. 580. 581.

Φεύγουσι γάρ τοι χ' οἱ θρασεῖς, ὅταν πέλας
Ἤδη τὸν Ἀΐδην εἰσορῶσι τοῦ βίου.

ad Ex. Ruhnk. εὔτοκος. quod est ex Pierson. Verisim. p. 90. quamvis melius legi putet εὔλοχος, at εὔτοχος ὠδίς. non immutandum arbitror.

Ep. 5. ad Aelium Lamprid. Vit. Heliog. T. 1. p. 857. *Pisces ex vivariis suis bubus traxit*, hoc carmen affert Casaubonus. Br. v. 3. ἀσίδαρον, et v. 4. μακροτόνων, et v. 5. ἄ ταλαεργοὶ. quae in nullis Edd. Ul-

Ultimum Distichon cum non sit apud Grotium, hoc modo verti posse putarem.

Cogimur a spicis miseri servire marinis
Fructibus, atque maris terga secare boves.

Ep. 6. Omnes Edd. priscae Archiae tribuunt, Grot. et Br. Leonidae Alexandr. v. 1. Aldinae et Venet. ἐυάροτρον. in aliis ἐυάροτον. atque ita legendum putat etiam L. 6. T. 7. ep. 2. D'Orvill. ad Chariton. p. 240. neque aliter apud Suid. v. ἐργάς.

v. 2. ἐφελκόμεθα quod probat Jacobs, cujus non inelegans emendatio v. 3. legentis,

Ἔργα γὰρ ἐιρεσίης δεδιδάγμεθα.

Verte.

Nam sumus edocti remis sulcare profundum,
Delphinos, Nereu, rura secare doce.

cum de remigio sermo sit, Delphinos memorari, ne quis miretur. Sic. T. 40. Ep. 3. h. l.

Ἐιρεσίην Δελφῖνες ἀεὶ Μούσησιν ἄμισθον
Ἤνυσαν. οὐ ψεύστης μῦθος Ἀριόνιος.

Delphini Musis semper sine munere praebent
Remigium. haud falsa est fabula Arionea.

Ep. 7. Inter Hadriani Caesaris est apud Br. T. 2. p. 286. ad Ex. Ruhnk. Vid. Auson. Ep. 14. ubi, ut hic ἐινάλιος. suppressâ voce κύων, *caeruleus*, tantum dicitur. v. 5. Br. pro ἀινῶς. ἀινὸς. ex Cod. Vat. et φλόγα pro φλόγας. Receptas lectiones unanimi consensu tuentur Edd. Vet. De hoc et seq. Ep. egit J. Tristtan Comm. Histor. Tom. 1. p. 152. quod et Burm. Sec. ad suum Exempl. notavit.

Ep. 8. Ejusdem argumenti, vertit. Auson. ep. 14. Grotius, ni fallor, melius.

Ep. 9. Grotium secuti Tiberio illud dedimus, cujus ingenium redolere putat Jacobs. Inter Ἀδέσποτα est apud Br. v. 4. ἀλησκάζων, Ald. Sec. Tert. et Venet. quam lectionem improbant Grut. et Ruhnk. et reliquae Edd. non secutae sunt.

Ep. 10. Nimis crudeliter hic depinguntur Delphini, quos Musarum cultoribus favere eosque omni ope servare velle, modo dictum est, et ex Tit. 40. h. l. satis apparet. Summo jure itaque Plin. Hist. Nat. L. 8. c. 56. eos inter feros poni, non vult.

Ep.

Ep. 11. De hoc Vid. Rader. ad Martial. p. 45.

v. 6. Steph. et Wechel. φίλαι. operarum vitio.

Ep. 12. v. 5. Br. εἶτ' ἔβλυσεν. ἤ ἄρα, Νύμφαι. Jacobsio, Brunckium ipsum hanc lectionem invenisse, visum est. ad Cod. Leid. notatum, ἤ ἄρα νύμφαι. *Heins.* Quare haec Heinsii emendatio Br. fuit cognita, aut ambo viri docti eandem conjecturam fecerunt.

v. 6. Edd. Vet. usque ad Steph. pro μῆνιν ἔθεσθ' habent μῆνιν ἔθεστ' seu ἔθες'.

Ep. 13. v. 1. Ruhnk. in separatâ schedulâ, suo Exemplari adjectâ, videtur sumpsisse vocem αἰετὸς pro *aquilâ*, quo nomine insignitus erat velocissimus equus. Nobilium avium nomina saepius nobilissimis equis data, patet ex iis locis, quae hic, et T. 1. P. 1. p. 405. attulit Jacobsius. Primum itaque distichon verterem.

Inter equas Aquilae notissima gloria; semper
Quae prius in sertis floruit et phaleris,

Oppian. Κυνηγ. L. 1. v. 280. 281.

Κείνοισιν τάχα μοῦνος ἐναντίον ἰσοφαρίζοι
Ἀιετὸς αἰθερίοισιν ἐπιθύνων γυάλοισιν.

Forsan equis posses aquilae conferre volatum,
Praepetibus coeli quae sulcat concava pennis.

Quamvis has notas, quas suâ sponte satis amplas evadere intelligo, non meis carminibus onerare velim, tamen facere non possum, quin illud, quod his diebus *in Equam, Aquilam dictam*, composui, et in meis carminibus nondum invenitur, hic apponam.

Ad
Janum Abrahamum Willink,
de Equa,
Aquila dicta.

Qualis magnanimis nitens Jovis armiger alis
Subjectam pedibus sponte relinquit humum,
Impositoque jugis dum praeterlabitur arces,
Hunc vehit ad coeli culmina laudis amor.
Talis equae, WILLINKE, *tuae nitet ignea virtus,*
Cui micat ex oculis non saturatus honos.
Ut ludunt per colla jubae rutilantque per armos!
Gratia ut in nitidis spirat amoena toris!
Continuum aequalis percurrit regula dorsum,
Fulvaque componunt vellera utrumque latus.

Carceris haec quoties sublata repagula sentit,
Elevat arguitum, plena vigore, caput.
Ut cervicis amans plausus mox arrigit aures,
Et domini assuetos gestit habere manus!
Tollit ut hinnitum, pedibusque fatigat arenam,
Quos teneros mirâ mobilitate quatit!
Jam volat et celeri cursu praevertitur Eurum,
Eque fugâ ornatus colligit alta novos.
Hujus erant generis, quas quondam ad moenia Trojae
Rex Priami auxilio Thracius egit equas,
Quasque ferunt traxisse rotas dominantis Achillis,
Hoc duce contentas frena superba pati.
Sint Aquilae non ista tuae praeconia famae,
Quam Thetidos proles jactat adesse sibi.
Attamen illud habet, quo nomine jure triumphat,
Taedia quod longae fallat amara viae;
Inque usum domini, qui molliter ora ministrat,
Nunc huc, nunc illuc, quo velit ille, volet.

v. 7. Κλοιῷ δειρὴν πεπεδημένος, *vinculo ferreo circum collum ligata.* Lucian. Necyom. Tom. 1. p. 472. καὶ ποδαγροὶ, κλοιὸν ἕκαστος αὐτῶν, καὶ κόρακα διτάλαντον ἐπικείμενος. ubi Hemsterh. pro κόρακα, σκύλακα legi mavult. quod defendi potest Polybii verbis L. 20. c. 10. §. 8. Ταῦτα λέγων, φέρειν ἄλυσιν ἐκέλευε, καὶ σκύλακα σιδηροῦν ἑκάστῳ περιθεῖναι περὶ τὸν τράχηλον. At voces κλοιὸς et σκύλαξ *canis collare vinculum, catulus*, saepius eandem significationem habent, ut apud Eundem Polyb. L. 32. c. 7. §. 6. Τοῦ δὲ κλοιοῦ αὐτῷ περὶ τὸν τράχηλον περιτεθέντος, καὶ τῆς ἀλύσεως. utroque in loco sunt vincula ferrea, quae dicuntur *bojae*, cum κόραξ, ni fallor, esset majoris molis machina, et, ut apud Suid. εἶδος μηχανήματος, quod, ut hic, dicitur διτάλαντον, et jocoso Luciani ingenio apprime convenire arbitror, qui non contentus improbis hominibus collare ferreum dedisse, gravioris ponderis instrumenta et machinas addit, quibus serviles animi oppressi et subacti per contumeliam trahi et retrahi possent, quod per illud κόρακα διτάλαντον significari opinor. Praeterea optimi scriptores, cum similis significationis verba jungunt, semper ei rei operam dant, ut quae in hac ita dictâ similitudine vox majorem vim habeat, ei semper succedat, quae non tantâ gravitate polleat, adeo ut hic scribendum fuisset σκύλακα καὶ κλοιὸν, non κλοιὸν καὶ σκύ-

σκόλακα. σκόλαξ enim ſaepisſime tantum collare, vinculi genus, quo collum adſtringitur, ut apud Nonium ex Lucilio. *Cum manicis, catulo, collareque, ut fugitivum Deportem.* at κλοιὸς gravius quid ſonat, atque etiam *ferreas catenas*, aut *ferreum jugum* indicat. Etym. M. p. 521. κλοιὸς, σημαίνει τὰ σίδηρα, ἃ φοροῦσιν οἱ κατάδικοι. Xenoph. Hist. Gr. L. 3. c. 3. §. 11. ἐκ τούτου μέντοι ἤδη δεδεμένος καὶ τῷ χεῖρε καὶ τὸν τράχηλον ἐν κλοιῷ. Deuteron. cap. XXVIII. v. 48. Καὶ ἐπιθήσῃ κλοιὸν σιδηροῦν ἐπὶ τὸν τράχηλόν σου ἕως ἂν ἐξολεθρεύσησε. *Et inponam jugum ferreum cervici tuae, ut funditus te perdat.* conf. Belii Lexicon.

v. 8. ἐλᾷ Br. recte ἀλεῖ ex Emend. Pierſon. ad Moerin. p. 18. in quâ ſententiâ etiam Caſaubonus fuisſe dicitur. et ὀκρίοεντι, ut apud Hom. Il. Θ. v. 327. et Δ. v. 518. Χερμαδίῳ — ὀκρίοεντι. aliisque in locis, quamvis et ὀκρύοεντι receptum.

Ep. 14. Ejusdem argumenti, cujus praecedens et Ep. 25. h. l.

v. 1. Vid. Ez. Spanhem. de Uſu et Praeſt. Num. T. 1. p. 273. et ſeqq.

v. 2. velociſsimi equi dicuntur Pegaſi. Ingenioſe Cicero transtulit ad homines, pro Quintio. c. 26. *O hominem fortunatum, qui ejusmodi nuntios, ſeu potius Pegaſos habeat.* Illustrat Epigr. Ennius apud Cicer. de Senectute. c. 5.

Sicut fortis equus, ſpatio qui ſaepe ſupremo
Vicit Olympia, nunc ſenio confectu' quiescit.

Vid. Erasmi Prov. *Equi Senecta.*

v. 5. Br. Νισυρίτιδος, contra conſenſum omnium librorum. De Niſyro, inſulâ petroſâ, Vid. Plin. L. 5. c. 36. et ibi Harduin. ut et ad Lib. 36. Sect. 42. Num. 21. Optimae notae pumices et lapides Molares ferre dicitur. Hujus et Hom. meminit. Euſtath. ad Dionyſ. v. 526. p. 99. Νίσυρος — αὐτὴ δὲ τῶν Σπεράδων νήσων οὖσα, κατά τινας, πετρώδης ἐστὶ λίθου μυλίου. Strabo, quem locum et Jacobſius attigit. L. 10. p. 748. de hac inſulâ. στοργγύλη δὲ, καὶ ὑψηλὴ, καὶ πετρώδης τοῦ μυλίου λίθου ἐυποροῦσα· τοῖς γοῦν ἀεὶ γείτοισιν ἐκεῖθέν ἐστιν ἡ τῶν μύλων ἐυπορία. ubi hujus Ep. mentionem facere non neglexit Caſaubonus.

Ep. 15. v. 1. Br. ut in Aldinis et Venet. τὸν πεδίων. reliquae, ut in vulgatis τῶν πεδίων.

Ep. 16. v. 1. Br. ἐρπυστὴς ut in omnibus Edd. priscis, ἐρπυστὴς Bad. Ascens. quod in alias transiit. promiscue his vocibus uſi ſunt Veteres. Vid. T. 37. e. 11. h. l. et L. 2. T. 47. e. 14. in eadem Ascens. λυχνοβόρος, quod Steph. et alii deinde ſecuti ſunt.

v. 6. τύμβον. Ed. Princ. Junt. Ascenſ. Baſil. 1549. ſed Aldinae Venet. Steph. et ſqq. πότμον.

Ep. 17. v. 1. ψῆγμ' ἄπυρον, *prandium nempe non coctum*, doctus Emendator ad oram Scalig. Vid. Huëtii notas. Convenienter admodum citat hic Jacobsius Plutarchi locum de Cupidate Divit. Ed. Steph. T. 2. p. 933. Rualdi p. 526. ὥσπερ τῶν μυῶν τῶν ἐν τοῖς μετάλλοις τὴν χρυσῖτιν ἐσθιόντων, οὐκ ἔσται τοῦ χρυσίου μεταλαβεῖν, εἰ μὴ νεκρῶν γενομένων καὶ ἀνατμηθέντων.

v. 2. Ed. Princ. et Junt. ψαμμάθου. Reliquae, ut Ald. ψαμάθου.

Ep. 18. Huëtius Νέστορος εἰς τὸν Πύθιον δράκοντα. *Hoc videtur esse fragmentum majoris operis.* Cui plane assentior. In priscis Edd. hoc cum seq. junctim legitur. Cod. Vat. secuti separatim legi voluerunt Grotius et Br. Tom. 3. p. 146. et Tom. 2. p. 344.

v. 2. Κεκόνισο. Recte Jacobsius ea de torrente, qui per aestatem exarescebat, meminit Ovid. Amor. L. 3. el. 6. v. 96.

Aut premis arentem pulverulentus humum.

Ep. 19. v. 2. Ald. Tert. 1550. et Venet. ejusdem anni ἐπέθηκε γένειον. Vid. Toup. ad Suid. part. 2. p. 92. et Nov. vol. 1. p. 337.

v. 3. Κηφισὸς ex Ald. Pr. Em. Sec. Tert. et Venet. Br. ῥέον εἴσω, non probante Jacobsio.

Ep. 20. v. 3. Br. ἐπεὶ ἐφράσσατο. ἐπεὶ in nullis. ἐφράσσατο tantum Steph. Sed Vid. Clark. ad Homer. Il. A. v. 140. et ψ. 126.

v. 4. pro ἠγάγετο ad Grut. Exempl. εἰργάσατο. unde Ruhnk. ἐργάζατο. Illustrat hoc Ep. J. Gottl. Schneiderus ad Oppiani Κύνηγ. B. v. 354. p. 361.

Ep. 21. Vid. de hoc ad Grotii Prolegom. p. 131. Inter ea, quorum auctores incerti sunt, est apud Br. Tom. 3. p. 240.

v. 1. De vocis ὀφρύος usu utilia et praeclara, non omisso hoc loco, collegit Jo. Jac. Wetsten. ad N. T. Tom. 2. p. 682.—684. conf. Tit. 5. h. l. Ep. 12. v. 1.

v. 3. Br. ἔβρυκε et v. 4. ex Vat. Cod. pro πλεξάμενος, δραξάμενος. quam lectionem elegantissimam vocat Jacobs. δράσσομαι enim est comprehendo, manu teneo, δράσσω, pugno includo. Vid. Grot. ad Ep. ad Corinth. I. c. 3. v. 19. et Wetsten. cit. locos, quos et memorat Jacobs. conf. L. 4. T. 8. ep. 10. et T. 14. ep. 1.

Ep. 22. Vid. de hoc P. Burmann. Sec. ad Anthol. Lat. Tom. 2. p. 371. et Tom. 1. p. 627. Nec non Sam. Bochart. in Hieroz. L. 2. p. 188.

v. 1. ὀγκηθὴν proprie de asino. Sic ὀγκάζομαι. apud Lucian. Dial. Mar. 1. p. 290. ἵνον ἄν τις ὀγκᾶσθαι ἔδοξε. Conf. Gataker. Adv. Posth. c. 3. p. 420. quod et Jacobsius annotavit.

Ep.

Ep. 23. citat Toup ad Suid. part. 1. p. 19. Ed. Nov.

v. 1. Br. Τίπτ' ἐμὲ — v. 3. 4. Ruhnk. in Ep. Crit. II p. 146. poëtam colorem duxisse existimat ex his Callimacheis, Hymn. in Dianam. v. 154. — 157.

ἤα πρόκας ἠδὲ λαγωοὺς
Οὔρεα βόσκεσθαι· τί δέ κεν πρόκες ἠδὲ λαγωοὶ
Ῥέξειαν; σύες ἔργα, σύες φυτὰ λυμαίνονται.
Καὶ βόες ἀνθρώποισι κακὸν μέγα. βάλλ' ἐπὶ καὶ τούς.
Per montes capreas, timidos lepores, sine pasci,
Quid facient capreae, timidi lepores tibi damni?
Illud agunt apri, segetes vastantur ab apris.
Qui mala multa ferunt homini, tu dejice tauros.

Ep. 24. v. 3. Br. κρωσσὸν, et in Lect. et Em. p. 185. v. 5. hoc modo legendum putat. Οἱ δὲ νεῶν κάρφας ἀχυρίτιδας ἀντιφέροντες i. e. οἱ δὲ φέροντες κάρφας ἀχυρίτιδας ἀντὶ νεῶν. ἀχυρίτιδας, quod, ut ait Jacobsius, Schneiderus Br. suppeditavit, vellem auctoritatem haberet.

v. 6. pro τάχος Br. dedit κύτος. Editiones tamen vulgatam lectionem tuentur.

Ep. 25. v. 1. Quamvis non habeat, quâ se probet, veterum Codicum fidem, et Pierson. ad Moerin p. 375. receptam lectionem sequatur, tamen admodum mihi placet ingeniosa Jacobsii emendatio legentis. Λεπτὸν ὑφαινομένα βαδινοῖς ποσὶν ἰσὸν ἀράχνα. Exemplis, quae attulit, adde Hom. Odyss. B. v. 94. 95.

Στησαμένη μέγαν ἱστὸν ἐπὶ μεγάροισιν ὕφαινε,
Λεπτὸν καὶ περίμετρον.

Conf. Od. T. v. 139. 140. et Ω. v. 128. et 129. Nequa aliter videtur Grotius legisse, cum λεπτὸν ἰσὸν reddit *tenuem telam.*

v. 2. Br. ex membranis ἐνδετον εἶχε. et v. 3. μὲν pro μῦν. ἐπαιάζοντα ποδίσκαις. ex Vat. Cod. ut rarius et exquisitius revocandum judicabat Jacobsius.

Ep. 26. Scribe ΑΕΟΝΤΙΟΥ. Inter ea Archiae posuit Br. Tom. 2. p. 98. qui v. 1. pro ὁ τὸ πρὶν dedit ὁ πρὶν δὴ. et v. 6. σεφέων ὕβρις, quod ex Grut. etiam Ruhnk. notavit. Emendationem Jacobsii v. 1. loco vocabuli ὦ ἄνερ ὁ τὸ πρὶν, vel equi nomen, vel vocem ἱερὸν ὁ πρὶν substituentis, non probo. Videtur equus, gravis annis, eum virum alloqui, cujus sub ductu molarem lapidem circum agere cogitur.

v. 4. ὁ πρὶν πτανοῖς ἴσα δράμων τ' ἀνέμοις. Hom. Il. κ. v. 437. θείων ἀνέμοισιν ὁμοῖοι. Virg. L. 7. v. 807.

Cursuque pedum praevertere ventos.

Ep. 27. Quae ex Suida sunt, Ruhnk. notavit. v. 1. σκύτιν. Suidas T. 3. p. 337. v. 2. Σιπύη, Etym. Magn. et Suidas T. 3. p. 319. iisdem verbis, Σιπύη, σημαίνει τὴν ἀποθήκην. διονεὶ σιτοβολή τις οὖσα; παρὰ τὸ ἀντῇ τὰ σιτία ἐμβάλλεσθαι. Vid. de hac voce Jacobs. ad Ep. IX. Leon. Tar. p. 71. v. 3. κρίμνα. Suid. T. 2. p. 375. ubi ἔχων pro ἔχει. v. 4. ἠνέσαμεν. Suid. T. 2. p. 63. v. 5. μεταλλεύει. Suid. T. 2. p. 539. ubi φιλόλιχνε, non φιλόλυχνε. ut ait Br. quod Ed. Princ. Aldinae, Veneta et Ascensiana dederunt. v. 6. Suid. v. σκυβαλίζεται. T. 339. v. 6. γευόμενος. Ed. Pr. Junt. Ascens. et Basil. neque aliter Suid. v. σκυβαλίζεται. et sic ad Exempl. Gruteri notatum. v. 8. Suid. T. 1. p. 332. v. ἁρμαλιά.

Ep. 28. Non dissimile antecedenti. Laudat illud Suidas in ἀποδρέψεσθε. T. 1. p. 274. et ἰσχὰς. T. 2. p. 156. et συχνὸν. T. 3. p. 414. quod et Ruhnk. indicavit. in συχνὸν male legitur δρέψασθαι αὔην. quod vidit et emendavit Kusterus.

v. 4. de voce σκύβαλον Vid. Lib. 1. T. 2. Ep. 2. v. 4. et L. 3. T. 22. c. 24. v. 2.

v. 5. βύβλοισι. Runhk. et sic Vat. Cod. et Grut. Exempl.

Ep. 29. v. 1. Ἠνία φοινικόεντα ut apud Hesiod. Scut. Herc. v. 95. et in vetustissimis Flor. Ald. et Junt. Libris Homeri. Il. Θ. v. 116. De Epigr. Vid. Wolf. ad Poëtr. Octo Fragm. p. 92.

v. 3. Lege Ἱππία — v. 4. elegantissime Grotius ludentium et equitantium puerorum imaginem expresit.

Et parvi parvo dulce vehuntur equo.

apud Ursin. p. 56. legitur. Ὄφρ' αὐτὸς φορέῃς ἵππια τερπόμενος.

Ep. 30. v. 1. *Similis omnino argumenti est prolixum Antipatri Epigramma L. 6. T. XI. ep. 1.* Hoc P. Burmann. Sec. ad suum Exemplum notavit. Cl. Salmasius ad Solinum p. 46. D. E. haec habet. *Sic mater Idaea, aut mater Deûm, nunquam vero simpliciter mater.* quod Alcaeus non agnovit. Sed ad meum Solini exemplum, quod olim fuit Gulielmi Frid. Wilpii, Conrectoris Scholae Amstelodamensis eruditissimi, de me optime meriti, manu ipsius nitide scriptum video. *Ita tamen vocat Lutatius ad Stat. 12. Thebaid. v. 224. conf. Virg. Georg. L. 4. v. 64. item Davis. ad Min. Fel. p. 60. (in nostra Ed. c. 6. p. 39.) et Ludibria Celerici p. 21. Orpheum p. 28. (Ed. Eschenbachii.) Pindarum p. 310. (Ed. Sudorii p. 492.) quem m. vid. apud Strabonem p. 469.* Hinc rursus apparet praeceps ille ac caecus Salmasiani ingenii impetus, ut illud bene descripsit Hemsterhusius, in Testimoniis ineditis ante Hesychium. Hoc immoderato fervore non modo in veterum auctorum

rum scripta fruebat eosque suo judicio subjiciebat, verum etiam de praestantissimorum sui temporis, tam moribus quam eruditione, virorum famâ malevole admodum detrahebat. Ad Ex. Runk. video notata, quae simul dabo. Toup Ep. Crit. p. 13. 14. (Ed. novae part. 4. p. 421.) Suid. v. Αγύρτης. v. 2. γρ. ὕλης ἐνδένδρου (ex Grut.) Suid. v. Πρῶνες. (T. 3. 217. ubi Vid. not.) Ep. 395. v. 3. Suid. v. θοίνη. (T. 2. p. 209.) et v. πελώριος (T. 3. p. 73. ubi Ὡς δὲ λέων) v. 5. ἄυδαξε αὐ γρ. Ald. ἄν. Salm. ad Dosiad. Ar. p. 149. (forte ad Consecr. Temp. in Ag. Aer. p. 47. Grut. αὔδαξε.) Aeschyl. Fragm. p. 639. Polyaem. p. 14. Spanh. in Julian. p. 233. v. 7. Toup. part. 3. p. 195. (conf. p. 249.) Suid. v. γέννσι (T. 1. p. 475.) idem citat v. τένοντας. (T. 3. p. 447.) Kusterum fugit. v. 10. γρ. ὀρχησμῶν. Ceterum Vid. Ruhnk. Ep. Crit. II. p. 133.

v. 2. ἐβουνοπάτει Ald. Pr. et Sec. et Venet. non Ascens. ut putat Jacobs. v. 4. φάρυγγος. Ald. Pr. et Sec. sed Tert. φάραγγος errore typographi. Venet. φάρυγγος. v. 8. ἱερὸφαλίξε. Junt. et Suid. v. τένοντας. at in γέννσι vulgata lectio v. 5. ὡς αὔδαξε. Ed. omnes praeter Aldinas, ubi ἄνδαξε. sed apud. Suid. v. ὠμηστέων. T. 3. p. 755. ὡς ἂν δόξα. ubi Kusterus, ὡς ἂν δόξα; recte legitur, ὡς αὔδαξε, ut rugit; quamvis Jacobsii conjecturas probare non possim, tamen cum eo insigne mendum in hoc versu latere suspicor. Si doctissimi Ruhnkenii notas consideremus, videtur ille de verbo ἀλαλάζειν cogitasse, inprimis citandis Spanhem. in Julian. Observationibus, quas neque in v. ἀλαλάζειν Indicis Xenophontei auctor neglexit. Adde Sophocl. Schol. ad Antig. v. 133. ἀλαλάξαι, i. e. παιωνίσαι. vel ut apud Suid. ἀλαλάξετε, i. e. κροτήσατε. Lege itaque ὡς ἀλαλάξε. et verte.

Exitium crudele timens modo vociferatur,
Tympani et increpuit pulsibus omne nemus.

Nonnihil sane ad explicationem Carminis faciunt quae, pro more suo, eleganter admodum ad Catulli Carm. LXII. scripsit M. Ant. Muretus. *Cum Attis in nemus Cybelae sacrum venisset, magna comitum stipatus manu, furore correptus, virilia amputavit sibi. idem fecere ceteri quoque, qui cum eo venerant. tum per aliquod tempus, ut mos sacrorum ferebat, tumultuati obdormierunt. Expergefactus Attis, cum ad se redisset, coepit lamentari conditionem suam, etiamque de repetenda patria cogitabat: cum Cybele,* OBJECTO LEONE, *eum ita perterrefecit, ut ab ultimo littore, quo jam processerat, iterum in nemoris opacitatem compulerit: ubi omne reliquum vitae spatium exegit.* Vid. insuper de Attide Serv.

Serv. ad Virg. L. 9. v. 116. Hemsterh. ad Lucian. Dial. Deor. XII. T. 1. p. 235. et quae dedit Bentlejus ad Anacreontem. Ed. Argent. p. 145. Nec non Mant. Tert. Ep. 1. et P. Burmann. Sec. ad Anth. Lat. Tom. 1. p. 32. et Tom. 2. p. 705. in versione v. 1. Lege, *Matris.*

Ep. 31. est ΛΕΩΝΙΔΟΥ. Leonidae Tarentini. quod ex Grut. annotavit Ruhnkenius, sic etiam, quamvis Alexandrino dederit, Br. visum.

v. 1. χαλαζήεντά τε συρμὸν. Eodem modo Antipater Sidonius, quem perpetuum hujus Leonidae imitatorem recte appellat Jacobsius. L. 3. T. 25. e. 8. V. 3. 4.

Οὐκ ἔτι κοιμάσεις ἀνέμων βρόμον, οὐχὶ χάλαζαν,
Οὐ νιφετῶν συρμοὺς, οὐ παταγεῦσαν ἅλα.

conf. L. 3. T. 22. e. 57. et e. 63.

v. 3. Μουνολέων. Vid. Sam. Bocharti L. 3. c. 4. Op. vol. 1. p. 758.

v. 7. Guil. Canterus Nov. Lect. L. 3. c. 23. in Gruteri Lamp. Crit. T. 3. p. 385. quod et ad Ex. Ruhnk. notatum, corrigit χεῖμα δὲ δειμήνας θὴρ ;. Sed Br. hoc sententiae repugnare putat, Vid. Lect. et Emend. p. 175. ipse dedit Χεῖμα δὲ θὴρ μείνας διανύκτιος. quod forte elegantius, quam verius.

v. 8. Ruhnk. Suid. in v. Ἐπαυλὶς et Ἐπαυλόσυνος. Tom. 1. p. 789. ubi in Optimis Suidae Edd. legitur οὔτε βροτῶν, non βοτῶν. ἐπαυλόσυνος fuit etiam in Grut. Exemplo.

v. 9. Br. Εὖ δὲ πάθης ἔργον τοῦ' ἐὔγραφὲς ἀκρολοφῖται. quae lectio partim ex Vat. Cod. videtur derivata. Jacobs cum Schneidero ἀκρολοφῖτα, ut ἀκρολοφῖτας L. 4. T. 12. e. 117. legi mavult.

Ep. 32. v. 1. Br. Ἀιόλε. quod non necesse. ξουθὰ proprium apis appositum, Theocrit. Id. VII. v. 142.

Πωτῶντο ξουθαὶ περὶ πίδακας ἀμφὶ μέλισσαι.
Flava volabat apis circum spiracula fontis.

Sic et ἐπιξουθαὶ dicuntur Arato Diosem v. 296. Unum Epitheton hic api sufficit, cum αἴολον et ἡμεροθαλὲς ad εἶαρ, quod non uno gaudet ornatu, referenda sint. Ut ἀιόλη νὺξ apud Suidam T. 1. p. 654. dicitur nox variis stellis distincta, sic ver varietate florum exuberans optime dicitur αἴολον. Quem citat Kusterus Sophoclis locum, non est in initio Thrachin. Sed v. 94. et v. 132.

v. 2. ἐφ' ὡρχίοις ἄνθεσι μαινομένα. μαίνεσθαι ἐπὶ τινὶ dicitur, qui alicujus rei, quocunque modo, potiundae ardore insanit. Vid. a Jacobsio commemoratos scriptores, Valckenaer. ad Theocrit. Id. II. v. 48. et Warton. ad Id. XXX. p. 309. qui etiam hujus Carminis mentionem fecit.

cit. Sic Latini verbis *ardere* et *insanire* non semel usi sunt. Propert. L. 2. El. 25. v. 25.

Lynceus ipse meus seros insanit amores.

ubi P. Burmann. commode affert Spanhem. notas ad Callimach. Hymn. in Cererem v. 30. Quamvis in Grotii versione non facile quidquam immutatum vellem, tamen primum versum hoc modo legi posse arbitrarer.

Quae florum insanis festivos semper amores.

tentari enim minus est, quam ardere atque insanire.

Ep. 33. Vid. Sam. Bochart. Op. T. 2. p. 65. et Jo. B. Zenobetti ad Meleagr. Idyll. p. 21. quod Ruhnk. notavit. conf. T. 60. h. l. ep. 9. v. 4. pro παῦσαι Zenobetti ex Cod. Vat. παῦε dedit, et Br. δάκρυα καὶ κατόπιν. D'Orville in Vanno Crit. p. 188. καὶ κατόπιν δάκρυα.

Ep. 34. P. Burm. Sec. ad suum Exempl. Tristan Comment. Tom. 1. p. 535.

Tit. 34. Ep. 1. Aldinae, Venet. et Ascens. Palladae dederunt, in reliquis Ἄδηλον. Vid. de hoc proverbio Schott. ad Zenob. §. 71. p. 141. et Erasm. in Adag. p. 181.

Multa cadunt inter calicem supremaque labra.

apud Athenaeum L. XI. p. 478 legitur.

πολλὰ μεταξὺ πέλει κοτύλης καὶ χείλεος ἄκρου.

apud Stobaeum in Floril. Grotii cap. CXII. pag. 464. alia occurrit versio, quam vir summus derivavit ab A. Gellio, L. 13. cap. 17.

Multa cadunt, vox ut vetus est, os inter et offam.

Ep. 2. v. 1. Br. Μήπω. et v. 4. pro εἰ ζῶμεν, ἐζῶμεν, quod minime probo. multo melior conjectura Jacobsii legentis.

Ὄνειρον εἰκάζοντες εἶναι τὸν βίον·
Οὐ ζῶμεν ἡμεῖς, τοῦ βίου τεθνηκότος.

Vita non vitalis, vita mortua dicitur. Nota sunt ista Philemonis Ed. Hertelii p. 182.

Ἡμεῖς δ' ἀβίωτον ζῶμεν ἄνθρωποι βιόν. Et p. 190.

Ταῦτα πάντ' ἂν ἐκλίπῃ.

Τέθνηκε κοινῇ πᾶς ὁ τῶν ζώντων βιός. conf. Grotii Flor. Stob. p. 401. et p. 211. et Philem. Ed. Cler. p. 354. et 326.

Ep. 3. Expressum ex carmine seq. Vid. de his P. Burm. Sec. notas ad Propert. L. 2. El. 10. v. 45.

v. 3. Obscurior visus Jacobsio, mihi non. Verte.

Terminus hic hominum vitae, si longior aetas,
Nestoris. At Stygias Nestor adivit aquas.

Ep. 4. In vulgatis idem legitur L. 3. T. 10. Ep. 6. ubi a nobis omissum, quoniam Grotius eadem versione usus est.

v. 4. citat. Adr. Behot Apophor. L. 3. p. 158.

Tit. 35. Ep. 1. Εὔφημος γλώσσῃ. Omnes Edd. priscae, non γλωσσῃ, ut Br.

Ep. 2. Hujus Homerici Centonis meminit Fabricius Bibl. Gr. L. 2. c. 7. Tom. 1. p. 355.

v. 6. ad Exempl. Ruhnk. ἢ δὴ sic et Grut. pro ἤδη. Hom. Odyss. I. v. 497.

Εἰ δὲ φθεγξαμένου τευ, ἢ ἀυδήσαντος ἄκουσε.

v. 10. Ed. Princ. Junt. et Bas. 1549. ἐπακούσῃ. Aldinae et reliquae ut apud Hom. Il. T. v. 250.

Ὁπποῖόν κ' εἴπῃσθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις.

quod plane convenit cum Critonis verbis apud Terent. Act. 5. Sc. 4. v. 17. *Si mihi perget, quae volt, dicere; ea quae non volt, audiet.*

Tit. 36. Ep. 1. Vid. P. Burm. Sec. ad Propert. L. 3. El. 5. v. 66.

Ep. 2. Euripus, notum fretum inter Aulim et Chalcidem, ubi aqua aestu vehementiore reciprocat. Vid. praeter alios Cellar. Geogr. Antiq. L. 2. c. 13. p. 1136. et J. C. Bulengerum de Circo Rom. Ludisque Circens. in Thes. Antiq. Rom. vol. 9. p. 638.

Tit. 37. Ep. 1. Artabanus apud Herodotum L. 7. p. 532. Οὕτω ὁ μὲν θάνατος, μοχθηρῆς ἐούσης τῆς ζοῆς, καταφυγὴ ἀιρετωτάτη τῷ ἀνθρωπῷ γέγονε. Plurima ad hanc corroborandam sententiam collegerunt V. D. ad Sallust. Catilin. cap. 50. p. 383. et seq. Ed. Haverk. et non neglecto hoc Ep. P. Burm. Sec. ad Propert. L. 2. El. 20. v. 74. et El. 21. v. 27. Nec non Gataker. ad Antonin. p. 67. hujus Ep. meminit etiam Wetsten. ad N. T. tom. 2. p. 50. Non dissimile illud Palladae, quod occurrit ~~Tit. 63. Ep. 2.~~ h. l.

Ep. 2. Mitscherlich hoc attulit ad Horat. L. 1. c. 28. v. 20. Sed, ut bene animadvertit Jacobsius, etiam admoveri posset ad L. 2. c. 3. v. 23. *Victima nil miserantis Orci.* Sed plurimi apud Horatium, qui res humanas bene perspectas ac pertractatas habens nihil lubentius ac gravius memorare solebat, quam vitae brevitatem et moriendi necessitatem, inveniuntur versus, ad quos haec accommodentur. Cum alia etiam agit, eum haec cogitatio nunquam relinquit. Art. Poët. v. 63.

Debemur morti nos, nostraque.

Ep. 3. v. 2. Br. Brodaei conjecturam probans pro δῆμος legit δεσμὸς. Corporis vincula, quibus constringitur animus, saepius memoravit Cicero, ut Somn. Scipionis c. 3. et de Senectute c. 22. quare pro *vincla carceris* Tuscul. Quaest. L. 1. c. 30. viri docti reponi volunt *vincla car-*

corporis. Vulgatam tamen lectionem meus hujus operis Codex M. S. praestantissimus tuetur. Praeclare admodum Senec. Consol. ad Helv. cap. 11. *Corpusculum hoc, custodia et vinculum animi, huc atque illuc jactatur. in hoc supplicia, in hoc latrocinia, in hoc morbi exercentur. Animus quidem ipse sacer et aeternus est, et cui non possunt injici manus.* conf. Jacobsii Comm. vol. 2. part. 3. p. 260.

Ep. 4. v. 1. Ald. Sec. θάνων. at Ald. Tert. et Venet. 1550. θάνεν. reliquae, ut vulgo, θάνον.

v. 2. θανάτῳ πάντες ὀφειλόμεθα. expressit illud Horatii, quod modo memoravimus.

Debemur morti nos nostraque.

Ep. 5. Horat. *Traditur dies die:* L. 2. Od. 18. v. 15. ubi Vid. Mitscherl. qui hujus loci non inmemor fuit.

v. 2. ἐξαίφνης ἥξει ὁ πορφύρεος. θάνατος. ex Hom. Il. E. v. 83. ubi Vid. Heynii not. conf. Π. v. 334. et T. v. 477.

Oculto veniet mors inopina gradu.

Conf. Villoisin ad Apollon. Lexicon. p. 674. et Gatakeri Adv. Posth. p. 847.

Ep. 6. Recte Opsopaeus hoc distichon, in laudem Athenarum, huic titulo non convenire existimat.

In Ed. Princ. Junt. Ascens. et Bas. 1549. sine auctoris nomine Ald. Pr. Emend. Crinagorae dedit, quam aliae secutae sunt.

Ep. 7. v. 1. Br. Μὴ εἴπῃς θάνατον βιότου ὅρον. Ald. Tert. et Venet. quomodo conspirent, et hic rursus apparet, ambae quod nullae aliae pro καμοῦσιν, θανοῦσιν.

v. 2. Steph. ζωῆς, quod in Wechel. propagatum.

v. 3. de Nicia, Coorum tyranno. Vid. quae affert Jacobsius.

Ep. 8. v. 3. Ald. Sec. ἐφόρμισα ex Cod. Vat. quod non Ald. Tert. sed Venet. suscepit.

v. 5. Sic apud Plutarch. in Solone. p. 179. Ed. Bryani παῖδα θετὸν. et θετὸς apud Appian. de Bell. Civil. L. 1. c. 5. et L. 3. c. 14. Etym. Magn. p. 448. θετὸς υἱὸς προσποιητός, Harpocrat. θετοὺς, τοὺς εἰσποιητοὺς.

Ep. 9. v. 6. Praeter Eustathium et Scholia Veterum ad Homer. Il. I. v. 558. et Servium ad Virg. Georg. L. 1. v. 399. Vid. de Alcyone Sam. Bocharti Op. vol. 2. p. 218. 219. Broukhus. ad Propert. L. 1. El. 17. v. 2. et V. D. notas ad Luciani Halcyon. Tom. 1. p. 176. et seqq. quos scriptores consuluisse, neminem poenitebit. hunc versum etiam explicuit Jo. Henr. Leichius in notis ad Carmina Sepulcr. Graec. p. 27.

v. 5. Ἀεὶ Ed. Princ. et reliquae priscae. Ascenf. et Steph. Ἀιεὶ. Jacobsius partem Carminis, in quo etiam Aëdon et Alcyone, tanquam in moerore optimae cantrices, memorantur, attulit ex Anthol. Lat. Tom. 2. p. 126. nos autem, cum illud seperatum carmen esse existimemus, dabimus, ut legendum putamus.

Cum te, nate, fleo, planctus dabit Attica aëdon,
Et comes in lacrymis veniet pro conjuge Siren,
Semper et Alcyone flebit te voce suprema,
Cum tristis mecum resonabit carmen et Echo,
Oebaliusque dabit moriens tibi murmura Cycnus.

Sic saltem Bonadae reprehensione carebit. quasi verbosum potius, quam disertum esset.

Ep. 10. v. 1. Ex. Vat. Cod. ad Grut. Ex. ἰσάκουσε.

Ep. 11. v. 4. κέντροις proprie de apibus, conf. L. 4. ep. 18. Vid. Valckenaer. ad Eurip. Hippol. p. 305. et infra L. 7. ep. 13. ubi de Cupidne. Egregia est emendatio Brodaei, legentis pro εἰ δ' ὀφίων, εἴτ' ὀφίων, quam Grotius secutus est, et nos in textum recipere non dubitavimus.

Ep. 12. v. 2. καυλοὶ κράμβης. *Brassicae coliculi.* conf. L. 2. T. 20. ep. 4. πρωτοτόμου. Columella L. 10. v. 369.

Sed jam prototomos tempus decidere caules.

Vid. omnino Bod. a Stapel ad Theophrasti Hist. Plant. L. 7. p. 775. quem etiam Jacobsius citavit.

v. 5. ζαλαγεῦσα. et ἀλίτυρος. Omnes Editiones Veteres, etiam Basil. 1549. Ascenf. 1531. primum ἀλίτυρος, Salm. ἀλὶ τυρὸς, quod alibi se expositurum narrat. Steph. ἀλίτυρος, qui λαλαγεῦσα, quod Br. recepit, et ζαγλαγεῦσα legi monet. ἐν ἀπόψει. Salmasius ad Hist. Aug. Scr. Tom. 1. p. 156. et 157. cum dixsset, Casaubonum ad Strabon. L. 17. p. 1151, vocem ἀπόψεις non bene interpretari, *locos ad comessandum aptos et procul ab hominum conspectu submotos*, ad hoc Ep. provocat, et more suo se plura ad h. l. daturum promittit, quoniam ἄποψιν ibi perperam Brodaeus *locum editum* exponeret, cum sit *prospectus maris.* Opinionem Brodaei tamen secutus fuit Grotius cum vertit:

Sublimi nec sumus in specula.

per ἀπόψεις vero Salmasius vult intelligi *Zetas, quae prospectum maris habent.* Sed Zetae, si hanc vocem bene intelligo, sunt diaetae, cubicula in alto posita. Sic διαίτας et ἀπόψεις citato loco jungit Strabo. Et Plutarchus in vita Luculli p. 200. Ed. Bryani περικλείστους ἀπόψεις. ubi Bryan. ex M. S. legi mavult περικλύστους, *circumfusae undis specu-*

calae. Quare non video, cur ἀπόψις de loco edito, qui mare prospectat, dici non posset. ut illa *coenatio* apud Plin. L. 2. Ep. 17. *quae latissimum mare, longissimum littus, amoenissimas villas prospiciebat.* ἄποψις enim locus, unde latissimus patet videndi campus. ut ἀπόπτος apud Sophocl. Philoct. v. 473. Πλεῖν μὴ ξ ἀπόπτου μᾶλλον ἢ ἐγγύθεν σκοπεῖν. *Prope navem potius, quam procul ferentem observare ventum.* Salmasii itaque observatio, quâ Casaubonum et Brodaeum docere vult, quid sit ἄποψις, plane levis est et nugatoria, quam in immenso illo ipsius eruditionis sacco potius contineri, quam cavillandi tantum caussâ, ex eo effundi, oportebat. Sed Vid. Toupii Emend. in Suid. vol. 1. p. 93. quod ad Exempl. Ruhnk. etiam notatum.

Ep. 13. apud Salmasium titulus est. Κριναγόρου εἰς κρανίον ἀνθρώπου κείμενον ἀτημέλητον.

v. 5. σὺ omittitur in omnibus Edd. priscis, etiam in Basil. 1549. quae post Ascens. 1531. in quâ primum id invenitur, prodiit. Br. pro παρὰ πρόπον, παρ' ἀτραπὸν, e notis Salmasii, quod e Grut. Exempl. etiam notavit Ruhnk. et Grotius secutus est, quare illud in textum recepimus. Si exitum versiculi, quem intercidisse putat, Jacobsius commode supplevisset, ipsius emendationem non repudiarem.

Ep. 14. ἐν Σκιάδῃ Aldinae et Venet.

v. 1. Vid. Salmasii notas, cujus lectionem κρίκων σκιάδεσσιν ἀοιδὰν recte recepisse videtur Br. Kusterus ad Suid. Tom. 1. p. 487. Τέρπης pro Τέρπανδρος legi putat. Carmen laudat L. Holsten. ad Stephan. Byzant. p. 297. de voce Σκιάδες, quam aliter, atque alii, explicat, Vid. Jacobsium.

v. 3. Οὐκ ἄρι πληγεὶς, οὐδ' ἐν βέλει, ἀλλ' ἐνὶ συκῷ.
Χείλεα.

Hanc loquendi formulam illustrat Hemiterh. Dial. Mort. XXIII. T. 1. p. 429.

Ep. 15. v. 2. Οὐδέτερον. Brunckii, qui de hermaphrodito cogitat, sententia repudianda. Verissime Opsopaeus, *neutrum, quia mortui sunt.* quod Grotius intellexit.

Ep. 16. Eadem historia, quae tractatur supra Ep. 11.

v. 3. ὁ δείλαιος, cui lectioni, quae omnes Edd. occupavit, praeclare, ut est in Vat. Cod. Scaliger substituit ὁ δειλὸς, etiam μελίσσαις Edd. Vet. usque ad Ascens.

v. 5. Br. ex Salmasii notis ἐνεμάξατε. Sic ἐνεμάξατο L. 4. T. 13. Ep. 7.

Ep. 17. Inter ea, quorum auctores incerti sunt, est apud Br. T. 3. p. 290.

v. 1. Br. Salmasium secutus dedit τρισδύστηνος.

v. 2. Salm. Membr. κ'ου βίοτον βίοτον. Sed ut ἄβιος βίος, L. 3. T. 25. c. 76. Sic ἀβίωτος βίος dicitur, quod licet satis notum, tamen lectu dignissima sunt, quae dederunt Valcken. ad Eurip. Hippol. v. 821. p. 252. et Alberti ad Hesych. p. 18. conf. quae notavimus ad T. 3. Ep. 1. h. l. p. 181.

Ep. 18. v. 2. Br. τείχοις, invitis libris.

v. 4. Unice ad illustrationem h. l. faciunt quae leguntur apud Cicer. Tusc. Disp. L. 1. c. 43. *Praeclare Anaxagoras; qui cum Lampsaci moreretur, quaerentibus amicis, velletne Clazomenas in patriam, si quid accidisset, auferri: nihil necesse est, inquit:* UNDIQUE ENIM AD INFEROS TANTUNDEM VIAE EST. ubi Vid. Davisii notas, conf. eas Casauboni ad Diog. Laërt. L. 4. S. 31. p. 246. et Jo. Uptoni ad Epicteti Dissert. ab Arriano coll. p. 117. qui ambo hujus Ep. mentionem facere non neglexerunt. Sic L. 3. T. 12. Ep. 23.

ἔστι γὰρ ἴσῃ
Πάντοθεν εἰς Ἀΐδην ἐρχομένοισιν ὁδός.
Undique tantundem est ad Phlegethonta viae.

Vid. et Mantissam Sec. T. 4. Ep. 67.

Ep. 19. In priscis Edd. φύσις legitur, male. Recte Br. ex emendatione Salmasii recepit φθίσις, quod Grotius etiam amplexus est.

Ep. 20. Magna varietas in priscis Edd. Prima, Junt. Ascess. et Basil. τιν' ἄλλων. Ald. Pr. et Sec. pro κάτθανον, πρόυλαβον, et σύ τιν' ἄλλον. Reliquae in κάτθανον consentiunt. Optime Jacobsius animadvertit, hujus dictionis colorem inveniri apud Plutarch. Conf. ad Apollon. Ed. Steph. p. 191. et Rualdi p. 110.

Νῦν ἄμμες, πρόσθ' ἄλλοι ἐθάλλεον, αὐτίκα δ' ἄλλοι,
Ὧν ἄμμες γενεὰν οὐκέτ' ἐποψόμεθα.
Nunc nos, ante alii, post nos aliique vigebunt,
Quorum progeniem cernere fata negant.

Vid. porro Wetsten. ad N. T. tom. 1. p. 768. et conf. L. 3. T. 6. Ep. 33. aliisque in locis haec sententia est celebrata. Nota sunt illa Horatii L. 2. Od. 3. v. 25.

Omnes eodem cogimur.

Et Ovidii ad Liviam. v. 359. 360.

Tendimus huc omnes: metam properamus ad unam,
Omnia sub leges mors vocat atra suas.

Ep. 21. Crinagorae ex Grut. Exempl. etiam dedit Ruhnk.

Ep. 22. In Edd. vetustis iterum occurrit T. 65. h. l. de Fontibus, quod, ut a Grotio, sic a nobis, ibi omissum.

v. 2.

v. 2. ἀενάου, Ald. Pr. Em. et Sec. At Tert. et Ven. ἀεννάους. Reliquae, ut pro ἀελίου, ἡελίου, sic ut vulgo ἀενάους, quod probat Salm. qui etiam de versu 3 consulendus, cum legit.

Δάκρυσ' ἐπ' Ἀγρικολᾳ τετρύμεθα unde Br.

Δάκρυσιν Ἀγρικόλαο τετρύμεθα. Gruteri Exempl. ἐτετρίμμεθα. quod Ruhnk. notatu non dignum putavit. sentio cum Jacobsio scribente: *Nihil hoc carmine frigidius.*

Ep. 23. Non est apud Brunck. Salm. p. 3. in membranis Crinagorae tribui, dicit.

v. 2. In Ed. Princ. Ald. Pr. et Junt. mutilus. Εὔδοξον παρὰ — quod sic Ald. Sec. et Tert. Venet. et Basil. 1549. suppleverunt.

Εὔδοξον παρὰ ἄπιδος τοῦ καλλίκερω ταύρου. Sed melius Ascens. 1531. quam Stephanus secutus est. Εὔδοξον Ἄπιδος τοῦ καλλίκερω παρὰ ταύρου.

v. 4. Ed. Princ. Junt. et Bas. Οὐδὲ λάλου ἄπιδι σῶμα. Sed Ald. Pr. Em. et Sec. Tert. Ven. Ascens. et Steph. Οὐδὲ λάλου μόσχῳ ἄπιδι σῶμα.

Ep. 24. Vid. de hoc P. Burm. Sec. ad Anth. Lat. Tom. 1. p. 541.

Balnea, vina, Venus corrumpunt corpora nostra.
Sed vitam faciunt balnea, vina, Venus.

Tit. 38. Ep. 1. Praeclarum Distichon. Diog. Laërt. L. 1. S. 36. de Thalete ἠρώτησέ τις αὐτὸν εἰ λήθοι θεοὺς ἄνθρωπος ἀδικῶν· Ἀλλ' οὐδὲ διανοούμενος, ἔφη. ubi Vid. eruditissimi Menagii notas. Cunr. Ritterhusius Sacr. Lect. L. 1. cap. 11. hoc modo Ep. vertere conatus est.

Turpe quid admittens homines clam forsan habebis:
At superis etiam sensa patent animi.

Optimam versionem toties Latine redditi Ep. esse putarem.

Si male quid facias, homines fortasse latebis,
Cognita sed superis mens meditantis erit.

Ep. 2. Antip. Sidonio tribuit hoc El. Schedius de Dis Germanis p. 131. Male admodum Pindaro Westerh. ad Terent. Eun. Act. 3. Sc. 5. v. 37. Jupiter apud Lucian. Deor. Dial. 2. Tom. 1. p. 206. σκόπει, ἂν κατάρετε, εἰ μικρὰ. ὃς ἐμοὶ μὲν οὕτως ἐντρυφᾷς, ὥστε μηδὲν ἐστιν ὃ μὴ πεποίηκάς με, σάτυρον, ταῦρον, χρυσὸν, κύκνον, ἀετόν. Ubi M. Solanus hujus loci non immemor fuit.

Ep. 3. v. 1. Junt. Bas. 1549. εὔχολος, Sed Ed. Princ. et reliquae εὔκολος. Vid. de hoc Sig. Haverkampii notas ad Tertull. Apolog. c. 14. p. 139. εὔκολα μῆλα. Meleag. T. 91. ep. 5. h. l.

v. 1. pro ἐν δὲ χάλακτι corrigit Jo. Steph. Bernard in Actis Societ. Traject. T. 1. p. 210. εὖ δὲ χάλακτι. Br. ἔν τε.

v. 6.

v. 6. Br. εἴτε λύκων. ex Cod. Vat.

Ep. 4. Si quis de hoc accuratas Jacobsii annotationes consuluerit, atque elegantissimam Grotii versionem intellexerit, quid sibi carminis auctor proposuerit, satis cognitum habebit. praesertim si Cl. Salmasii ad h. l. et ad Inscript. Herod. Att. p. 13. et Casaubon. ad Hist. Aug. script. Tom. 1. p. 311. notas cum iis Huëtii contulerit. Br. v. 1. 2. 7. 8. pro οἴτε, ἀίτε. v. 6. pro αὐτῷ μοι παραθεὶς. ἀκ' ὑμᾶς παραθῇς. et v. 11. pro ἄλλό τε τοῦτο, ἄλλο τὺ τοῦτο, et v. 12. pro λύει, λύει. quae fere omnina ex Salmasii notis sunt derivata. Ceterum v. 3. ὁρῶν, Ed. Princ. Junt. Ascens. et Basil. reliquae cum Aldinis et Venet. ὅρων.

Ep. 5. De lemmate Vid. Salm. videtur expressum ex sequente Anytes, cujus titulus apud. Br. Εἰς Ἀφροδίτης ἄγαλμα ἐσὼς ἐπ' αἰγιαλοῦ καὶ ἀποσκοποῦν πρὸς τὸ πέλαγος.

v. 1. Br. Λιτός τοι, quod frustra in aliis Edd. quaeres; hanc, licet in minimis, immutandi libidinem non probo.

v. 6. χαροπῷ — ἐν πελάγει. χαροπὸς. maris epitheton. Sic infra T. 57. ep. 3. et 10. T. 68. ep. 3. et L. 7. ep. 10. et 120. πνέυσομαι, rectę Jacobsius Heynii notas memorat ad Tibull. L. 2. El. 1. v. 80. quibus non solum addas quae scripsit Valcken. ad Eurip. Hippol. v. 443. verum etiam quae ad v. 563. p. 227. ab optimo et doctissimo viro notata sunt.

Ep. 6. Idem occurrit L. 4. T. 12. ep. 104. ubi omitti potuisset, quoniam Grotius eadem versione usus est. Vid. Jo. Chr. Wolfium ad Poëtr. Octo Fragm. p. 94.

v. 2. Br. δρῆν, quamvis omnes Edd. priscae in δρᾶν consentiant.

v. 3. Jacobsius τελεῖ Ed. Flor. et Ald. Pr. at mea Flor. et Ald. Pr. ut in vulgatis τελῇ.

v. 4. Br. δειμαίνει, λιπαρὸν. quod in nullis Edd. Magna sane habenda est gratia Brunckio, qui Analecta Veterum Poëtarum Graecorum collegit, et doctis observationibus illustravit, neque in eâ re recte peragendâ ullis pepercit sumtibus, tamen paullo religiosior vellem fuisset, in adoptandis lectionibus, de quarum auctoritate non satis constat.

Ep. 7. v. 1. Br. pro ποτ', ποκ'; et pro ποτὶ τὰν, ποττὰν. De Venere armatâ Vid. L. 4. T. 12. Ep. 19. usque ad Ep. 25. atque ita cultâ apud Lacedaem. N. Cragium in Thes. Antiq. Graec. vol. 5. p. 2591. et Burm. ad Quinctil. Inst. Orat. L. 2. c. 4.

v. 3. Sic citatum Ep. 22. L. 4.

Ἡ δ' ἀπαλὸν γελάσασα, τίμοι σάκος ἀντίον αἴρειν;
Εἰ γυμνὴ νικῶ, πῶς ὅταν ὅπλα λάβω;

quod

quod et Scholiastes hic notavit. Conf. Ausonii Ep. 42. et 43. Cur Heynius in venustissimo Epigr. explicando haeserit, Comment. Gotting. T. x. p. 108. non bene intelligo. Lusus est in Venerem, vel inter Spartanos sine armis dominantem, ut recte observavit Jacobsius, qui etiam egregium Plutarchi locum de Romanâ Fortunâ T. 2. p. 317. quo hoc Ep. illustratur, commemoravit.

Ep. 8. v. 5. Efficax sane illud Veneris malum, de quo elegans disputatio institui posset; Artemid. Oneirocr. L. 1. c. 75. Μήλα μὲν ἐαρινὰ γλυκέα καὶ κεκανὰ, καὶ ἰδεῖν καὶ φαγεῖν ἐστὶν ἀγαθὸν. πολλὴν γὰρ ἐπαφροδισίαν σημαίνει. Lucian. Deor. Dial. xx. T. 1. p. 266. Πάντα γὰρ ἔνεστί σοι, τὸν ἔρωτα, τὸ κάλλος, τὸν γάμον τούτου τοῦ μήλου πριάσθαι.

Ep. 9. v. 3. τρισέληνε. L. 4. T. 8. Ep. 16.

Οἷον καὶ Κρονίδης ἔσπειρέ σε τῇ τρισελήνῳ
Νυκτὶ.

Ovid. Heroid. Ep. 9. v. 9. 10.

At non ille velit, cui nox (si creditur) una
Non tanti, ut tantus conciperêre, fuit.

Eodem modo Hercules dicitur τριέσπερος apud Lycophron. in Cassandra v. 33. ubi Vid. Tzetzen, cujus verba exscripsit Phavorinus p. 1772. conf. Meursii Comment. at inprimis de noctium numero, quas apud Alcmenam, ut Herculem conciperet, consumsit Jupiter, eruditissimi viri, Hemsterhusii, notas ad Lucian. Somn. T. 1. p. 21.

Ep. 10. v. 1. Br. ἐπαιγιαλίτιδα, et v. 2. ἀιθυλαις οὔποτε ἀντίβιος. nulla ratione redditâ.

v. 3. φόξος. Hesych. λιπόδερμος. ὀξυκέφαλος. Conf. Schol. ad Hom. Il. B. v. 219. ἄπους, quo modo poni nolebat Mercurius. L. 4. T. 12. Ep. 34.

Ep. 11. Quicunque praeclaras de variis Bacchi Nominibus, eorumque ratione diversâ doctissimi Brodaei et Jacobsii annotationes legerit, non multum sane ad Epigrammatis interpretationem desiderabit. Nos dabimus, quae ex Grutori exemplo desumsit Ruhnk. ut illud Ἀδέσποτον. et v. 1. v. 10. ἰραφιώτην. v. 18. ῥηνοφορῆα. v. 22. φωρομανῆ.

v. 5. Dicitur Bacchus διθυραμβογενής, quamvis cum Jacobsio existimem satius esse, originem hujus vocabuli incertam fateri, quam, ut plurimi fecerunt, ineptam ejus derivationem quaerere; lectu tamen dignissima sunt, quae dedit Burettius Mem. des Inscr. et B. L. de Litter. vol. 10. p. 306. et seq. et L'Abbé Vatry vol. 15. p. 258. et seq. v. ultimo. Quamvis Aldus in Ed. Pr. Em. scripserit δρεστροφον δεῖ γράφειν,

 ta-

Illius haud aliter manibus lacerata cruentis
Pellis erat. texit quem fluctus desuper ingens.

v. 4. In Gruteri Exempl. pro ὀξὺς, ὠκὺς.

Ep. 2. v. 3. Br. etiam ὠκὺς, recte. neque aliter Grotius: vertit enim *properans*, et sic scribendum voluit Ruhnk.

v. 4. βρύγδην. Ruhnk. in separatâ schedulâ conf. v. ἀπρίξ. Ea vox occurrit L. 4. T. 8. Ep. 33. ubi de eâ agendum. Multum sane cum hoc carmine commune habet illud Bianoris, apud Br. T. 2. p. 154. In nostro apographo p. 581. et apud Reiskium in Jensianis p. 163.

Ἀκταίην παρὰ δῖνα, διαυγέος ἔνδαθεν ἅλμας
Ἰχθὺν πουλυπόδην ἔδρακεν ἰχθυβόλος.
Νηχομένῳ δ' ἐπόρουσε καὶ ἐξ ἁλὸς ἦκ' ἐπὶ χέρσου
Ἁρπάγδην, ἄγρης δεσμὸν ὑποφθάμενος.
Αὐτὰρ ὁ δισκευθεὶς κατακαίριος ἔμπεσε δειλῷ
Πτωκὶ παχυσχοίνῳ. κεῖτο γὰρ ὑπναλέος.
Τὸν δὲ χυθεὶς περὶ πάντα πεδήσατο, φωτὶ δ' ὑπ' ἄγρην
Ἐμβυθίην ἄγρη χερσόθεν ἡντίασε.

ubi v. 6. haerent Interpretes in voce παχυσχοίνῳ, pro qua Reiskius dedit παχυσκυνίῳ, et vertit *crassi supercilii animal*, quod minime probo. Mihi, quod Jacobsio etiam in mentem venit, placuit, βαθυσχοίνῳ, vox saltem Homerica. Sub *fruticeto* praeterea dormitasse lepus existimandus est, ut in nostro Ep. Δισκευθεὶς δ' ἐπὶ θάμνου. Propter historiae affinitatem Bianoris carmen etiam Latinis versibus reddere conabor.

In ripâ piscem sub pellucentibus undis,
Piscator multis nare videt pedibus,
Natantem invadit, raptumque ex aequore terrae
Misit, capturae vinculis praeveniens.
Commode at in leporem ceciderunt lina paventem,
Quem sub arundinibus somnus alebat humi.
His lepus irretitus erat, successit ab undis,
Quae modo de terrâ praeda venire solet.

Ep. 3. Br. v. 2. ex ingenio ἐκ γὰρ ἐμοῦ.

v. 6. σωμάτων pro vulgato σώματος.

v. 7. 8. Vid. notas ad T. 33. Ep. 6. h. l. et quae dabimus ad L. 4. T. 16. Ep. 2.

Ep. 4. Burm. Αἰγεάτου, ut Salm. et sic Br. alii γεωδότου, ἀιγεάτου et ἀιγεωδότου.

v. 3. Ὀυφ' — εωΐδησε. Br. ex Salm. notis, quod ex Grut. notavit Ruhnk.

v. 5.

v. 5. Salm. pro Γύνιχος Τύνιχος. conf. L. 3. T. 5. ep. 11. hanc emendationem ultro probat G. Koen. ad Gregor. de Dial. p. 135.

Ep. 5. v. 3. Vett. quaedam Edd. ut Princ. ἐκόμισα, sed Aldinae, reliquae, ut vulgo.

Ep. 6. v. 4. Br. pro vulgato σύνθρονόν dedit σύνθρον. Quod minus placet; non enim agitur, de triste, sed canorum quid resonante citharâ, ἧσε ut est apud Lucian. Dial. Mar. VIII. p. 309. πάνυ λιγυρῶς; *cecinit admodum argute.* Quo cantu motus Delphin aptam sedem Arioni dedit, eumque secum in dorso positum avexit.

Ep. 7. Egregie illud emendat atque illustrat Toupius Epist. Crit. p. 19. quod et Ruhnk. notavit.

v. 1. Ακτίτα. Edd. vett. Aldinae Ἀκτῖτα. unde male in Tert. Ἀκτῖνα.

v. 2. Br. ex emendatione Toupii, καί με λάβ' ἐυαργον.

v. 4. Μόρμυρον — hinc *mirmillo*, genus gladiatorum, qui in summâ galeâ hujus piscis effigiem gerebant. Vid. Ernesti Clav. Ciceron. h. v.

v. 5. 6. ψαφαροῦ πλάσματος εἰς ἀπάτην. Toupius *cibum suavissimum et delicatissimum* hic intelligi posse existimat. Sed vid. Jacobsium, qui scire quidem vellet, quomodo Grotius haec legerit, aut explicuerit. Non puto virum summum aliâ lectione usum fuisse, verum ita explicuisse, ut sensus, licet paullo obscurior, postulare videretur. „ *Me spectes, cui non caro, sed pisces placent, quos edendi tanto amore flagro, ut propter illorum dulcedinem omnes alios cibos ad pisces alendos in mare projiciam.*" Haec, ni fallor, Grotii est sententia. Nonnullos vero forsitan offendet, quod in tribus versibus ter eadem vox *mare* occurrat, sed apud optimos scriptores ejusdem vocis repetitio non raro invenitur. Quod quidem non sine gratiae et elegantiae sensu fieri, docet exemplis Jo. Aug. Ernesti in Op. Philol. *de gratâ negligentiâ orationis.* p. 132. conf. Vulpii notas ad Tibull. L. 3. El. 4. v. 17. Sic apud Ovid. Art. L. 3. v. 431. — 438. in octo versibus quinquies habes *vir*, *viri*, *viros*. Rectissime itaque Ernesti c. l. hos ineptos commutatae orationis praecones Homeri exemplo sanare conatur, cum ait. *Nempe cum verbum illud, quo usus est Homerus, sit iis rebus, de quibus dicit, omnium aptissimum, inanis et intempestiva varietas fuisset, si diversis verbis usus esset, ut scite monuit Hermogenes.*

Tit. 41. Ep. 1. v. 3. Br. receptam lectionem ineptam esse judicans, contra omnium librorum consensum, σὺ δὲ παιδικὰ, reponit, cujus rei necessitatem non video. Meliore sane jure omnium editionum lectionem revocat v. 5. ὦν χαλκὸς; pro καλὸς, quod tamen Stephanus tuetur, et Grotius secutus est.

Ep. 2. v. 1. Ed. Princ. πρώιαν v. 3. Br. sine ullâ auctoritate pro θαλάσσιον θαλάσσας dedit.

Ep. 3. v. 1. Br. pro σέο, σὸν et γενέθλη, ut Salm. pro γενέθλης. et v. 2. pro ἀτρεκέως γὰρ, ἀτρεκέως δὲ. quas lectiones aliae Edd. non agnoscunt. Junt. v. 1. typographi, ut puto errore, γενέθλυς, ut et Basil. 1549. Idothea satis cognita ex Homeri Odyss. Δ. v. 366. et seq. De summâ Helenae pulchritudine praeclarum testimonium dederunt Trojani principes, qui, ut ait Quinctilianus. Inst. Or. L. 8. c. 4. non putabant indignum, Grajos Trojanosque propter illius speciem tot mala, tanto temporis spatio, sustinere. Noti sunt versus, Iliad. Γ. v. 156. et 157.

Οὐ νέμεσις, Τρῶας καὶ ἐυκνήμιδας Ἀχαιοὺς
Τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν.

Οὐ νέμεσις. Hemsterh. et Ernesti ad Callim. H. in Dianam v. 64. interdum verti posse *nec mirum est* existimant. melius tamen apud Hom. redditur. *Non est indigne ferendum.* vel ut Laur. Valla *Profecto non indignum est.* Hos vero celeberrimos versus nondum, conveniente metro, Latine translatos legi, quare illud tentare volui.

Non res Trojanis, non est indigna Pelasgis,
Hanc propter formam diuturnos ferre labores.

Ceterum vid. Clarkii ad h. l. et notas Hemsterh. ad Lucian. Dial. Mort. XVIII.

v. 3. δεκέτηρος, propria vox, quando de bello Trojano agitur, Vid. T. 5. Ep. 10. et 11. h. l. et de praestanti Helenae forma L. 5. T. 1. Ep. 31. Quae quidem adeo fuit celebrata, ut Crotoniatae, cum Zeuxis eam pingere vellet, formosissimas virgines in unum locum conduxerint, ex iisque ei quinque, ut pulchritudinis exempla, eligendi potestatem fecerint; quam historiam eleganter admodum enarrat Cicero de Invent. L. 2. init. Wyttenbachius noster in vitâ Ruhnk. p. 120. hoc male ad imaginem Veneris transtulit. Non diversum ab hoc genere est, quod olim fecimus carmen. Poëm. p. 214.

Julia formosis sic elucebat ocellis,
Purpureo niveas tincta rubore genas.
Marmoreo tremulae spirant in pectore mammae,
Illustrant nitidas candida colla comas.
Blanda Dionaeo splendescunt ora nitore,
Ludit et in roseis gratia summa labris;
Inque habitu gestuque, in toto corpore regnat
Ille potens superûm corda movere decor.
Scire venusta Croton si, quae sit vera Lacaenae

Di-

Dignaque tam longo forma dolore, velit;
Illius in speciem conquirat quinque puellas;
Julia at ingenio Zeuxidis una satis.

Ep. 4. Br. σὺ δὲ μὰ. ex duobus Planudeae codicibus. Röverus ad Musaeum v. 64. simile quid ad illustrationem hujus Ep. annotavit ex Nonn. Dion. L. 42. p. 1106.

ἐπλοτέρη γὰρ
Τρισσῶν Χαρίτων Βερόη βλαστήσε τετάρτη.
Nam junior annis
Quarta trium Charitum Bereë pubescere coepit.

Eodem modo depingitur Berenice in carmine Callimachi, quondam inedito, in nostro apographo p. 297. et apud Br. T. 1. p. 465. in Ed. Ernesti p. 323.

Τέσσαρες αἱ Χάριτες· ποτὶ γὰρ μία ταῖς τρισὶ κείνας
Ἄρτι ποτ' ἐπλάσθη, κἄτι μύροισι νοτεῖ,
Εὐαίων ἐν πᾶσιν ἀρίζηλος Βερένικα,
Ἃς ἄτερ οὐδ' ἀυταὶ ταὶ Χάριτες Χάριτες.

verte.

Quattuor at Charites; tribus una est addita super,
Balsami odorato quae quoque rore madet,
Felices inter superat cunctas Berenice,
Ipsae sunt Charites quâ sine non Charites.

Tit. 42. Ep. 1. Inter ea Palladas Alexandrini dedit Br. T. 2. p. 435. quem secuti sumus. v. 3. scribe Ὥσε.

Ep. 2. v. 2. καθαρὰν pro καθαρὰν in Cod. Vat. sed καθαρὰν vera lectio, ut patet ex Ep. seq. 5. v. 2.

v. 4. Membr. vitiose πλείονας βλαστόμεν, Vid. Salm. not. p. 6. conf. omnino Ep. Lucillii L. 2. T. 15. Ep. 1. cujus egregiam versionem, a doctissimo Gregorio Bersmanno factam, et a Joach. Camerario in Cent. Tert. Op. Horar. Subcisiv. p. 192. litteris mandatam, propter argumenti similitudinem hic apponam.

Re mihi, non verbis, praestabis amicus amorem,
Praetexens damnis nomen amicitiae.
Est odium satius manifesti quamlibet hostis,
Insidias nectens, quam simulatus amor.
Sic proram infestat minus extans aequore rupes,
Abdita quam caecas quae latet inter aquas.

Ep. 3. Hoc illustrat Lipsius ad Taciti Annal. L. 2. c. 87. et in ipsius

Ex-

Excurſ. p. 731. Ed. Gronovii, et Alciatus, p. 175. Quem elegantem jocum et gratiâ plenum in agnominatione δόμνε et δόμεναι hic agnoscunt Opſopaeus et Rittersh. ad Oppiani Cyneg. L. 4. v. 1. p. 3. ut diverſa ſunt hominum judicia, ita ille non placuit eleganti Jacobſio. Quâ de re, etſi pluribus de eâ agere ſtatuimus ad L. 2. T. 5. Ep 9. hoc nunc tantum dico; ſi hi luſus in vocibus ſimilibus anxie quaeſiti et multo labore excogitati ſint, eos mihi minime placere, ſi vero ſe ultro offerant, ut illud *aureum nomen Chryſogoni* apud Ciceronem, et alii ejusmodi joci, tunc me iis admodum delectari profiteor. Praeterea haec non cogitanti ſaepius excidere poſſunt auctori, ut mihi, cum ſcriberem *Gallia nam vigilas*, quaſi ego galli gallinacei canoram vigilantiam ob oculos habuiſſem, quod mei cogitabant amici, ſed cujus ego rei plane eram ignarus. ad Exempl. Ruhnkenii adſcripta est verſio G. Jo. Vosſii, admodum adolescentis, quae invenitur Inſt. Orat. L. 4. p. 209.

Mox ſcripſit, domine frater, *ſi accepit amicus.*
Si nihil accepit, nil niſi, frater, *ait.*
Nomina namque istaec venalia ſunt. Ego vero
Nolo istud, domine, *nam dare nil habeo.*

Ep. 4. Vid. de hoc Dom. Machanei notas ad Sext. Aurel. Victor. c. 2. p. 52. Ed. Arntz. Asſentiri posſem Jacobſio, qui deſumtum ab Antisthene exiſtimat apud Stob. Tit. XIV. p. 149. Ἀντισθένης αἱρετώτερόν φησιν, εἰς κόρακας ἐμπεσεῖν, ἢ εἰς κόλακας. οἱ μὲν γὰρ ἀποθανοντός τὸ σῶμα, οἱ δὲ ζῶντος τὴν ψυχὴν λυμαίνονται. niſi hoc dictum tribueretur Diogenei ab Athenaeo L. 6. c. 16. p. 254. ubi de adulatione disſerens, ait; περὶ ἧς καλῶς ὁ Διογένης ἔλεγε πολὺ κρεῖττον εἶναι εἰς κόρακας ἀπελθεῖν, ἢ εἰς κόλακας· οἱ ζῶντας ἔτι τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ἀνδρῶν κατεσθίουσι. Vid. Menag. ad Diog. Laërt. L. 6. S. 4 p. 229.

v. 2. βωμολόχος. aris insidians, Vid. de h. v. Ruhnk. ad Tim. p. 65. et Pierſon. ad Moer. p. 105. in verſione v. 3. Lege pro *ista*, *isto*, et v. 4. pro *ista*, *iste*.

Ep. 5. Similis fere argumenti, ut antecedentia. plures verſus ad hanc confirmandam ſententiam protulit Theognis, ut in fine.

Ἐχθρὸν μὲν χαλεπὸν καὶ δυσμενὴ ἐξαπατῆσαι,
Κύρνε. φίλον δὲ φίλῳ ῥάδιον ἐξαπατᾶν.

verte.

Fallere difficile est inimicum, et, Cyrne, malignum,
Quo facile at ſocium fallat, amicus habet.

Ep.

Ep. 6. Est etiam inter ea Palladae. apud Br. T. 2. p. 414.

Tit. 43. Ep. 1. Vid. Salmasii notas, qui v. 4. legit ὀλισθήσῃ. ut C. Vat. Claudian. in Rufin. L. 2. v. 112.

Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.

ubi de hoc Germanorum more Vid. doctissimi Barthii notas, qui eas eruditissimi Brodaei, in quibus memorabilis locus Galeni est de San. tuendâ L. 1. c. 10. Tom. 6. p. 56. laudare, non neglexit. His adde de Ia Cerdam ad Virg. Aeneid. L. 9. v. 603. et Joh. Bapt. Pii Annot. Post. in Lamp. Crit. Tom. 1. p. 420. Atque inprimis Phil. Cluverii Germ. Antiq. L. 1. c. 21. Hunc morem etiam attigit Grotius Parallelon Rerum publicarum cap. 11. ubi Conf. Meermanni nostri annotationes. p. 263.

v. 5. προχέῃ Ald. prim. Em. et Secunda. aliae ut vulgo προχέει.

v. 6. Br. θῆκεν ἐὸν πάϊν, ut ait Jacobsius receptum ex Cod. Vat.

v. 8. Huēt. ἐλεγξεγάμου mavult. apposite ad totum locum Theophylactus Simocatta Epist. 10. inter Epist. Graecanicas Mutuas, et quidem p. 399. in eâ editione, in quâ, ut scribit Fabricius Bibl. Gr. vol. 6. p. 284. Latina interpretatio falso Cujacio tribuitur. ὁ χρυσὸς — τῷ Κελτικῷ ποταμῷ ἐστιν ἐφάμιλλος. νόθου γὰρ ἀρετῆς καὶ κακίας ἔλεγχος ἐστιν ἀληθέστατος. qui locus eruditum Jacobsium non fugit.

Ep. 2. v. 1. καθαρὸς. late patens vox, quâ exprimitur illud Horatii,

Integer vitae sceleris que purus.

Plutarchus in vitâ Solonis, Ed. Bryani T. 1. p. 345. Οὐ μόνον, ἔφη, τὰς χεῖρας ὦ Σοφόκλεις δεῖ καθαρὰς ἔχειν τὸν στρατηγὸν, ἀλλὰ καὶ τὰς ὄψεις. conf. Cicer. de Officiis L. 1. c. 40. et V. D. notas ad Val. Maxim. L. 4. cap. 3. Lucianus de Sacrif. T. 1. p. 536. μὴ φορίνας εἶναι περιῤῥαντηρίων, ὅτις μὴ καθαρὸς ἐστι τὰς χεῖρας. Horum nonnulla attigit Jacobsius. Plura dabit Wetstenius ad Matth. cap. 5. v. 8. Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ.

v. 4. Ὄργανα τῆς ἀρετῆς ineptum esse judicans Br. contra Vat. C. et omnium librorum consensum dedit Ὄργανα τῆς ἀρχῆς. non ex Grotii Sententia.

Ep. 3. v. 4. Prima Syllaba in Isocrate hic corripitur, quae plerumque producitur, ut L. 5. T. 1. ep. 48. ubi et secunda longa, quae plerumque brevis, ut apud Plutarch. X Orat. Ed. Rualdi. Tom. 2. p. 838. et Wyttenb. Tom. 4. p. 445.

Τιμόθεος φιλίας τε χάριν, ξενιήντε προτιμῶν
Ἰσοκράτους εἰκὼ τὴν δ' ἀνέθηκε θεαῖς.

Dedicat Isocratis statuam sacratque Deabus
Hospitii et fidei nomine Timotheus.

Legitur etiam altero Ep. apud eundem Plutarch. l. c. p. 839. ap. Br. vol. 3. p. 267. quod ad primum Conf. Junium de Pict. Veterum part. 2. p. 105. sed sciendum in nominibus propriis apud Veteres saepius eandem Syllabam modo produci, modo corripi; ut *Arabes et Arabia. Aratus et Aratus. Diana et Diana. Eous et Eous. Italia et Italus. Macedo et Macedo. Pharsalia et Pharsalia. Rutilius, et Rutilius. Sidonius et Sidonius, Venustus et Venustus.* Quare nugas agunt, qui in *Batavia*, an secunda corripienda an producenda sit, tanto pere laborant. Hanc vero poëtarum licentiam non tantum ad nomina propria, verum etiam ulterius se extendisse, suo tempore demonstrabimus.

v. 5. 6. Quomodo Grotius hunc locum acceperit, difficile dictu videtur Jacobsio, ni fallor propter illud *non, non.* Cujus repetionis elegantiam illustrarunt Muretus, ad Cicer. ad Attic. L. 10. Ep. 10. p. 32. et V. D. ad Propert. L. 2. El. 2. v. 37. Grotii sententia forsitan clarior esset, si hoc modo scripsisset.

Nam solitus causas venali dicere lingua,
Non, non judicium vendere et hic poterit?

At si ab eodem Jacobsio commemorata emendatio M. Casaubono probetur, legentis:

Πᾶς γὰρ ὁ μισθαρνεῖν εἰθισμένος, οὐδὲν ἐταίρας
Σεμνότερον δικάσαι τῆς πυκερᾶς δύναται.

vetterem.

Dicere qui mercede solet, cur se quoque judex,
Sordida uti meretrix, vendere non poterit?

Ep. 4. Hoc Jacobsius non in laudem philosophorum scriptum esse putat. Ego contra philosophum, tanquam Deum, laudari existimo, qui non statim propter malevolorum contumelias iis irascatur, sed tempus exspectet, quo meliora edocti, et malitiae suae conscii, mali et miseri illi homines, Furiis quibusdam exagitati, graves sibi ipsi poenas luunt. Merito hic laudantur ista Juvenalis Sat. 13. v. 100.

Ut sit magna, tamen certe lenta ira Deorum est.

Ep. 5. in Ed. Princ. Junt. Basil. 1549. Ἄδηλον. Ald. Prima Emendatio αὐτοῦ. nempe Palladae, quod reliquae secutae sunt. Alium auctorem mihi habuisse videtur, quamvis Reiskius in Not. Poët. Anth. p. 253. propter reprehensionem Patricii, quem tempore Palladae judiciis praefuisse conjicit, eidem hoc tribuat.

Tit. 44. Ep. 2. Vid. de hoc Vossii Instit. Poët. L. 3. c. 19. p. 162. et M. Bu-

M. Burette Memoir. des Inscr. et B. L. de Literature Tom. 3. p. 313.

v. 3. Salm. πολλ' ἀνεκυκλοῦτο δολιχὸς δρόμος. δολιχὸς etiam apud Grut.

Ep. 2. Non Ed. Flor. quae habet πᾶν καλόν. at Ald. Pr. non Em. et Bas. 1549. πᾶν κακόν, Junt. κακκόν, quem errorem ex Ald. Em. sustulerunt eae, quae secutae sunt. Quid Jacobsius hic sibi velit, non intelligo, qui ut πᾶν κακόν ineptum declarat, sic non minus ineptum πᾶν καλόν esse judicat, quod magnum Grotium secutum fuisse miratur. Ipse autem quod Grotius expressit πάγκαλόν dedit, neque aliam lectionem, ex quâ alia Grotii versio oriretur, attulit.

Ep. 3. In omnibus Edd. Ἄδυλον, et v. 2. μουσοπόλον pro quo Br. μουσοπόλου nescio quâ auctoritate posuit.

v. 3. De his versibus, qui Graecis dicuntur ἰσόψηφοι Vid. Huet. ad h. l. et L. 6. Ep. 1. p. 481. hujus Edit. ad quem locum si pervenerimus, amplius de inepto hoc poëtarum artificio nobis erit agendum.

Ep. 4. v. 1. Steph. et Wechel. male δύο pro δύω, ut in omnibus priscis Edd.

v. 3. νόθος et γνήσιος sibi invicem opponuntur. Vid. Schol. ad Homer. Iliad. Δ. v. 499. et Plutarch. Vit. Themistoclis init. Edit. Steph. p. 203. et Bryani p. 247. νόθος, spurius, γνήσιος, legitimus, seu genuinus. Ut notho lumine, i. e. non genuino splendere dicitur Luna apud Lucret. L. 5. v. 575. et Catull. Carm. XXXIV. v. 15.

Tu potens Trivia, et notho es
Dicta lumine Luna.

ubi Vid doctissimi Vulpii notas. Hic vero illud νόθον parum mihi intellexisse videtur doctissimus Menagius ad Diog. Laërt. L. 3. Segm. 62. cum ex hoc Epigr. colligere voluit, olim fuisse, qui Platonis Phaedonem Panaetio Stoico tribuendum putarent; quo in errore etiam versatus fuit Muretus Orat. VII. Tom. 1. p. 259. edit. Ruhnk. Fabricius Bibl. Gr. vol. 2. p. 8. et 9. quae verba repetita sunt de veritate Rel. Christ. c. 2. p. 148. *Perspicuum esse* existimat, *Panaetium non in dubium vocasse Phaedonem Platonis, sed dubitasse, an dialogi a Phaedone et Euclide editi vere Socraticorum nomen mererentur.* Quorum cura hunc Epigrammatarium nihil attigit. Poëta, sive ille Leonidas Alexandrinus, sive alius fuerit, hoc tantum mihi videtur dixisse, quod Panaetius Platonis dialogum de animarum immortalitate pro notho habuerit, non, quia eum a Platone non scriptum arbitraretur, sed quia sententiae in eo comprehensae a suâ opinione plane abhorrerent. Vid. Jacobsii de hac

 trans-

translatâ significatione vocabuli νόθος ad Cyllenii Ep. 1. T. 2. P. 2. pag. 316. et Antiphil. Byz. Ep. 22. T. 2. P. 2. p. 54. notas h. l. citatas, ut et Davisii ad Cicer. Tusc. Disput. L. 1. cap. 32. p. 79. Nec non egregiam Eyndeni mei Disputationem de Panaetio Rhodio, Philosopho Stoico, p. 63. et seq. quocum emendationem Br. vi ultimo legentis καὶ νόθον ἐκτελέσαι, non necessariam censeo. Conf. Wyttenbach. Bibl. Crit. vol. III. Part. III. p. 58.

Ep. 5. Ut apud Hom. Il. Γ. v. 220. 221. Ulyssis depingitur facundia, qui oculis in terram defixis immotus primo stabat,

Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥόπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἵει,
Καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν,
Οὐκ ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆϊ γ' ἐρίσσειε βροτὸς ἄλλος.

ut ea partim vertit Eobanus Hessus:

Ast ubi magniloquam rupit de pectore vocem,
Hibernis nivibus tunc verba simillima fudit,
Eloquio ut nemo contendere posset Ulyssi.

Sic Nicetae eloquentia hic comparatur aurae, in initio leniter spiranti, verum ubi plena vela arripuit, graviter incumbit, neque, nisi contractis velis, quiescit. Frequentes sunt similitudines, a navigatione ad dicendi artem translatae. Vid. Jacobsium.

V. 4. Πακτώσας. πακτοῦν, κλείειν, ἀσφαλίζεσθαι, ut apud Suidam. At est etiam *contexere*, *compingere*, *complicare*, *condensare*, nunquam vero *distendere*, quem vocis usum ex hoc Epigr. deduci posse opinatur vir, de Gr. Litteris praeclare meritus, Henr. Stephanus in suo Thesauro Tom. 3. p. 271. Sed. Vid. si plura velis, de hoc verbo Dion. Vossii notas ad Caes. de B. Civil. L. 3. cap. 40. Ed. Oudendorpii. p. 708.

Ep. 6. Operae pretium est hic exaudire Rich. Dawesium, de legitima mensura nominis Thucydidis disputantem. Misc. Crit. p. 94. et 95. *De verbis* Θουκιδίδης Ὀρόλου *meminit vir eruditus, tanquam versus pentametri fini accommodatis. Atque ita quidem in nescio qua Epigrammatum congerie verba ista adhibita, ni ludit me memoria, aliquando vidi. Verum istud ab homine imperito factum esse mihi persuasum sedet.* Mihi vero non persuasum *sedet*, sed mihi persuasum *est*, haec verba non posse *adhiberi*, nisi ab Anglo, fastu pleno, quem non puduit, Anthologiam Graecam, illum egregium omnis eruditionis, cognitionis atque elegantiae thesaurum, appellare *nescio quam Epigrammatum congeriem*. Ex qua tamen congerie apparet, in voce Θουκυδίδης, Thucydides, dactylum saepius locum suum obtinuisse, ut hic, et L. 4. T. 31. Ep. 3. et L. 5. ep. 66. quod

quod nemo mirabitur, qui legerit, quae ad Tit. 43. ep. 3. de Poëtarum in nominibus propriis efferendis licentiâ modo diximus. Ceterum laudant hoc Ep. summus vir. Henr. Stephanus in Dial. de bene instituendis L. Gr. Studiis p. 72. et Jo. B. Casp. d'Ansse de Villoison Prolegom. ad Homeri Iliad. p. XLI.

v. 1. 2. Br. T. 3. p. 265. εἰ δὲ πέφυκας
Νῆϊς Μουσάων.

Jacobsius tentabat.

εἰ δέ γε σεμνῶν
Νῆϊς ἔφυς Μουσέων.

Nonnihil commune habet hoc Ep. cum Ep. 15. Tit. 67. h. l. Ubi v. 5. 6. legitur.

Εἰ δὲ σε φίλατο Καλλιόπη, λάβε μ' ἐς χέρας. εἰ δὲ
Νῆϊς ἔφυς Μουσέων, χερσὶ βάρος φορείς.

Verterem, Grotium secutus:

Si tibi Calliope faveat, manibus cape librum,
Si rudis es Musae, nil nisi pondus habes.

Jacobsium ad emendationem impulit, quia vulgatam lectionem πάμπαν omnino ineptam putaret. Sed pace optimi viri absurdum hujus lectionis non video. Πάμπαν saepenumero ab Homero hoc sensu usurpatur, et cuivis apposito ad ejus vim magis declarandam et augendam adjungitur, ut ex plurimis exemplis illa dumtaxat memoremus.

Il. N. v. 111. πάμπαν ἐτήτυμον αἴτιός ἐστιν.
v. 761. πάμπαν ἀπήμονας.
v. 777. πάμπαν ἀνάλκιδα.
Odyss. Δ. v. 693. πάμπαν ἀτάσθαλον.
Θ. v. 552. πάμπαν ἀνώνυμος.
Σ. v. 345. πάμπαν ἀγήνορας, conf. T. v. 284.
T. v. 140. πάμπαν δίζυρός καὶ ἄποτμος.

et Hym. in Venerem v. 234. πάμπαν φυγερόν. Quâ in re et illud observandum, quod voce πάμπαν, ut hic, versus plerumque clauditur.

Il. M. v. 406. et N. v. 348. Οὐδ' ὅγε πάμπαν.
T. v. 108. et Φ. 338. μηδέ σε πάμπαν.
Odyss. X. v. 287. μήποτε πάμπαν.
Ω. v. 41. Οὐ δέ κε πάμπαν.

v. 3. Βατός, βάσιμος, pervius, ut βατὴ λίμνη, apud Polyb. L. 10. c. 8. §. 7. cui opponitur ἄβατος Xenoph. Cyri Exped. L. 4. c. 6. §. 13. Hoc tam eleganter ad scriptorem, ad quem bene intelligendum magnopere

gna industria et felix ingenii desideratur acumen, refertur, ut non nisi a primi ordinis poëtâ Ep. compositum videatur. Sic Archimelus L. 3. Tit. 25. ep. 35. vocat Euripidis poëticam facultatem. Δύσβατον ἀνθρώποις οἶμον.

Ep. 7. Forsitan poëta ante oculos habuit ea Homeri τὸ δὲ καὶ τετελεσμένον ἔσται. Il. A. v. 212. et aliis in locis.

Tit. 45. Ep. 1. v. 4. Br. ἔτυψε, non consentientibus libris.

v. 6. Br. τὸν δ' ὕπνῳ πουλὺς ἔριψε κόπος. recte, et sic ad Cod. Leid. manu Scaligeri notatum, quod Huëtius et Salm. ita omnino legendum putarunt.

Tit. 46. Ep. 1. de voce γράμμα, non neglecto hoc loco, egit Valcken. ad Ammonium L. 1. c. 13. p. 56.

v. 4. Br. ἰλλόμενος. et illud manu Scaligeri ad Cod. Leid. probante Huëtio, scriptum. In nostro apogographo p. 785. Ὀλλόμενος, quod in Vat. Cod. habetur, forsan errore pro vulgato ἀλλόμενος. ibi etiam in v. 1. Ἀμάτοιο pro Ἀρήτοιο, quod propter sollicitudinem de metro factum arbitror. Quod autem ad lectionem Ἰλλόμενος, plane assentior. Adr. Behotio Apophor. L. 2. c. 1. p. 65. Quem locum et P. Burm. Sec. ad suum Exempl. notavit. *Videtur scribendum*, Ἰλλόμενος κύκλοις οὐρανὸς id est ἐλιττόμενος, συστρεφόμενος, κινούμενος. De veritate lectionis nemo sane dubitavit, qui legerit de verbis ejusdem significationis ἴλλω et εἰλέω praestantissimas illas doctissimi Ruhnkenii notas ad Timaei Lexic. p. 69. et seq. quare in Mantissa quarta p. 436. ubi hoc Epigr. iterum occurrit, ita scribendum voluimus. Quamvis Jacobsium, virum optimum, me potius ornare, quam de me detrahere velle, praeclare intelligam, tamen invidorum hominum generi scrupulum injicere possent, quae scripsit in addendis et emendandis vol. 3. part. 2. p. 456. P. 51. *Antipatri Ep.* XLIX, *in Anthol. Grot. T.* III. *p.* 436. *ed. Bosch. ubi alterum distichon longe aliter legitur ac apud Burmannum.*

Errantes simul et stantes, ad summa quorum
Multiplici clausus saltat in orbe polus.

Quicunque haec accurate legat, in eam opinionem veniat, necesse est, ut alia quam Grotii verba dederim, quod quidem grave piaculum foret. Non viditautem doctissimus vir, in hac nostrâ Anthologiâ illud Ep. bis legi, ut hic et in Mant. quartâ c. l. ubi tamen, quae erat Grotiani ingenii fertilitas, non in eadem versione haesit, sed ei alteram, non minus elegantem, adjecit, quod saepius summum virum fecisse intelligi potest ex L. 1. T. 13. ep. 11. T. 72. ep. 5. et L. 6. T. 8. ep. 8. aliis-

atque in locis. Illud tamen interim miramur, Jacobsium, cui ambae versiones, ut patet ex ipsius Commentario, plane cognitae fuerint, tale quid scribere potuisse. Vid. Burm. ad Anth. Lat. Mant. Tom. 2. p. 729. qui hoc Ep. jam editum fuisse, non vidit, et forsitan Jacobsii errori locum dedit.

Ep. 2. Hujus interpretationem a Vinc. Opsopoeo factam, quoniam elegans est et non semper eodem modo legitur, hic dabo.

Vatum fideredò quisquis scrutare recessus,
Dispereas: mendax non nisi vana sonat.
Obstetrix tibi stultitia est, audacia mater,
O miser, et proprii non bene gnare probri.

Aut potius v. ultimo.

Qui miser ignorus, quae tua fata probri.

Ep. 3. Citatum ad Grotii Proleg. p. 137. et a M. Boivin Mem. de Litt. de l'Acad. Royale des Inscr. et B. L. vol. 2. p. 290.

v. 5. 6. Br. ex L. Holstenii notis ad Steph. Byz. p. 301. hic aliam lectionem profert, eamque in L. et Em. vol. 3. p. 150. et 151. contra Ernesti Excurs. ad Ep. XXIV. Callimachi p. 333. defendere conatur.

Ἀλλὰ σὺ μηδὲ Ἄρητον ἐπιβλέπε. δισσὰ δ' ἐν ἀμφοῖν.
Μέτρα πιὼν, ἄθρει πάντα τὰ φαινόμενα.

Quod dicit Br. de licentia metri in nominibus propriis, plane cum eo sentio. Sed quo pacto hic Aratus, ex Carmine in Hesiodum, in scenam produci possit, cum Jacobsio, cujus animadversiones legendae sunt, omnino ignoro. Hos versus adjecit Holstenius Callimachi Epigr. quod legitur in Mant. Quartu. p. 438. Ruhnk. ad suum Exempl. Holsten. ubi loc. et Clerici Sylv. Philol. p. 244. memorat.

Ep. 4. Car. Neapolis ad Ovidii Fast. L. 1. p. 22. et Ed. Burm. v. 299. et 300.

Credibile est illos pariter vitiisque locisque
Altius humanis exseruisse caput.

non longe a Ptolemaei verbis Sulmonensem abiisse, existimat. Invenitur etiam, quod et a Jacobsio observatum, apud Synesium Serm. ad Paeonium p. 312. Ed. D. Petavii.

v. 4. Br. Ζανὶ θεοτροφίης, quod ex Grut. ad Ruhnk. Exempl. notatum.

Ep. 5. 6. 7. 8. et 9. Qui in horum Ep. quae Problemata Arithmetica continent, non cuivis obviam intelligentiam penetrare velit, adeat optimos Commentatores, quibus artificiosa illa verborum dispositio, litterarumque ad calculos reducendarum ratio fuerunt cognitae. In priscis Edd.

iis

is praeponitur Λῆμμα εἰς τὰ προκείμενα προβλήματα. quod quidem Lemma quamvis multum lucis afferat, tamen nobis haec obscuriora ulterius persequi non vacat. potius erit festinandum ad laetiora et amoeniora, in quibus cum felicis ingenii acumen, tum singularem bene scribendi elegantiam, cum summâ suavitate ac facilitate conjunctam, agnoscimus. Varietatem lectionis interim notabimus. Ut

Ep. 5. v. 1. Br. pro τελέθω, χρυσῆ.

v. 3. pro Χαρίσιος, Χαρίσιος. et v. 4. pro ἔδωκε, ἔδωκε.

Ep. 6. v. 1. Br. pro Ἀλκείδαο, Ἀλκίδαο. et v. 7. pro Ἀρκαδίῃ, Ἀρκαδίῃφι. De Taraxippo et ejus ara v. 4. Vid. omnio Pausan. Eliac. L. 6. p. 504. et 505.

Ep. 7. Ad illustrationem hujus Problematis invenitur in vetustis Edd. Σχόλιον Μαξίμου Μοναχοῦ. quod qui velit consulat. Sat magnum his finitur verbis. Οὕτω δὲ χρὴ ποιεῖν καὶ ἐπὶ πάντων τῶν τοιούτων προβλημάτων.

v. 6. Br. pro πόσον, πόσαις.

Ep. 8. v. 2. Ed. Princ. ἢν δέ μου λάβῃ, et sic Junt. Ascens. Bas. et Ald. Tertia. ad Cod. Leid. notat. Ζῆθος $\overline{\iota\beta}$ — $\overline{\delta}$. Ἀμίων $\overline{\eta\beta}$. Μήτηρ. $\overline{\varsigma}$. v. 4. Br. pro εὑρήσεις. quod in omnibus Edd. εἰρήσεις.

Ep. 9. Inter ea Agathiae est apud Br. Tom. 3. p. 57. non sine varietate lectionis, ut v. 2. εἵρετο pro Ἥρετό.

v. 3. ὑπότε πλήκτροις ἐδόνησας, pro ὑπότε πλήκτρασι δονήσω.

v. 5. ὑποτρύζουσα pro ὑποτρίζουσα.

et v. 7. ὥς' ἐμὲ, pro Ὥς τέμε. Nullâ tamen mutatae lectionis ratione redditâ, in Lat. versione. v. 9. Quare *Aristoxinus* et non *Aristoxenus* legitur metri caussa factum, ut in Graecis Ἀριστόξεινος, de quo insigni Philosopho et Musico longe peritissimo peculiari Diatribe egit Guilm. Leon. Mahne, editâ Amst. 1793. quem miror hujus Ep. nullam mentionem fecisse. Et quidem eo magis miror, quia Vinc. Opsopoeus magnae eruditionis et plenus fidei vir ad h. l. annotavit, quod *Aristoxeni Opera suo tempore Venetiis exstare dicerentur*; quod partim confirmavit Jac. Morellius, cum ex Bibliothecâ Venetâ D. Marci primum ederet Aristoxeni Rhytmicorum Elementorum fragmenta Venet. 1785. de quo libro Vid. Cl. Wyttenbach. in Bibl. Crit. Vol. III. Part. II. p. 130.

Tit. 47. Ep. 1. v. 1. Μήδ' ὅδ' Aldina Sec. sed male. Ad Cod. Leid. ἐγκύρῃ Λ, εἶ.

Ep. 2. Elegantis Ep. elegantem interpretationem dedit Jacobsius, his verbis. *Potest vivendi legem a coeli natura petit. Choros, ait, ducam, sicuti astra choros ducere video; coronâ tempora cingam et citharam pulsabo,*

subo; nam etiam coelum lyram et coronam habet. In versione Latinâ v. 6. turpissimus error irrepsit, ubi pro *potus* omnino legendum *polus*, quod etiam erat in MS. D'Orvilliano.

Ep. 3. v. 3. Legendum κῶλον, ut est in Ed. Princ. et aliis. Junt. et Ascens. et Steph. ex Ald. pr. non emend. κῶμον. pro quo ad Cod. Leid. κῶλον manu Scaligeri.

Ep. 4. v. 2. ad Exempl. Ruhnken. πλέγματα. L. 3. Tit. 25. ep. 48. quod magis probo, quam illud Jacobsii.

τὰ καλὰ θύρσων

πλέγματα.

πλέγματα hoc sensu et alibi occurrit, ut L. 4. Tit. 32. ep. 1. et 3. L. 7. ep. 32. et 54.

v. 3. ποδίκριτον. Ed. Princ. et omnes priscae. ex Ascens. ποδίκροτον suscepit Steph. ad Cod. Leid. manu Scaligeri pro ἄμμα, ἄλμα. quam emendationem Huëtius vidit, at non probavit. Forsitan non dissimile illud Tibulli L. 2. El. 7. v. 8. *Crura sonant ferro.* conf. L. 1. El. 8. v. 42.

v. 5. pro Αἰσχήμων, quod typographi errore in Ἀσχήμων mutatum, Edd. Veteres habent Ἀισχρήμων. Sed Ascens. ἀισχήμων, quam Steph. secutus est, quamvis praestantissimus vir in suo thesauro T. 1. p. 235. ex hoc ipso loco voci ἀισχρήμων suum honorem habuerit.

Tit. 48. Ep. 1. v. 1. Br. ἄγει, γαλήνης et v. 2. ἀργῆς. ut et Salm. qui et ἄργας. Hom. Odyss. E. v. 391. 392.

ἠδὲ γαλήνη

Ἔπλετο νηνεμίη.

ubi Vid. Eustath.

v. 3. Ad Ex. Ruhnk. ἄρεσι ex Grut. et sic Ed. Princ. et omnes Edd. veteres praeter Ascens. quae habet ἄρεσαι, quod Steph. sequitur et Salm. tuetur, qui et v. 4. pro καὶ μάλα, καὶ πάλαι et v. 3. πράξιες, quod et apud Br. pro πρήξιες in Membr. legi affirmant. hujus Ep. mentionem fecit Mitscherlich ad Horat. Carm. 10. L. 2. v. 5.—8. Quos versus Horatium ex hoc Basi Ep. expressisse putat Fabricius Bibl. Gr. Tom. 2. p. 712. quod tamen cum Reiskio Not. Poët. Anthol. p. 200. 201. valde dubito.

Ep. 2. Vid. Erasmi Adagia. Chil. II. Cent. 1. p. 426. et S. Bochart Hieroz. Tom. 2. 525.

Ep. 3. Jam dedimus T. 31. ep. 8. sed quoniam Grotius aliâ versione usus est, hic illud repeti voluimus.

Tit. 49. Ep. 1. Qui datur titulus Εἰς Μίσος, huic Ep. non convenire videtur, quare Scaliger ad Cod. Leid. notavit, νοθεύει. Difficile est intellectu, si lectio conservanda; inprimis illud Εὐτέφιος tanquam nomen proprium, pro quo membranae melius Ἑσπέριος, ut ὕπνος πρώϊος et ἑσπέριος ibi in vicem opponantur. Atque hoc pacto ita primum distichon verterem.

Me qui mane venit domat, et qui vespere somnus,
Hic quod non veniat, me quod at illa gravet.

reliqua, ut Grotius. *Est querela hominis, ad quem, cum vespertino tempore cubitum discessisset, somnus non accedebat, sed cui mane, cum esset surgendum, graviter incumbebat; precatur itaque, ut ille intempestive veniens somnus pereat, alter autem suo tempore accedendo clementior evadat.* Sic etiam Titulus sua νοθείᾳ liberari posset, si scriberetur εἰς Μίσος ὕπνου ἄκαιρου, *De Odio in eum, qui suo tempore non venit, somnum.*

Tit. 50. Ep. 1. in Edd. priscis unanimo consensu Callimacho tribuitur, Br. vero Tom. 3. p. 242. posuit inter ea, quorum auctores incogniti sunt. Vid. de hoc V. D. notas ad Callimach. Ep. 7. Tom. 1. p. 282. ubi pro μικρὰν Bentlejus corrigit μιαρὰν, quod probat Hemsterh. ad Lucian. Tom. 1. p. 169. cum Jacobsio autem id necesse non arbitror, ut ad citatum locum V. D. demonstrant, quos Vid. at inprimis Toup ad Suid. vol. 1. p. 371. Ed. novae, qui v. 3. pro κλινθεῖσα, κλινθέντα legi jubet, quod probat Br. Lect. et Em. Tom. 3. p. 280. μικρὰν λίθοα etiam Erasmum legi voluisse, patet ex ipsius Adagiis, Chil. II. Cent. II. Prov. 95. Nam distichon primum, latine versum, ejusmodi est,

Exiguo lapidi puer addit serta Novercae,
Mutasse ut vitam, sic ratus ingenium.

Cl. Wyttenbachius Animadv. ad Plutarch. de S. N. V. p. 46. hujus Ep. meminit; *Credidit autem superstitiosa vetustas, mortuos, si de vivis vindictam sumere vellent, columnam sepulchro suo impositam in eos dejicere.* v. 3. Lege in versione pro *Ille*, *Illa* et v. 4. pro *ne*, *nec*, ut erat in MS.

Ep. 2. Ad rem Isaeus in Orat. pro Euphileto. apud Dion. Halicarnass. Ed. Hudsoni Tom. 2. p. 176. εἰώθασι δέ πως, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, διαφέρεσθαι ἀλλήλαις ἅτε μητρυιαὶ καὶ οἱ πρόγονοι. Qui locus non fugit doctissimum Wesselingium ad Diodor. Siculum L. 4. p. 287. Sed quem expressum putat ex Euripidis Jone. v. 1329.

Προγόνοις δ' ἁμαρτὰς δυσμενεῖς ἀεί ποτε.

Grotio interprete.

Μίσος

Mos est novercas esse privignis truces.

Ep. 3. Similis argumenti, cujus praecedens, Eurip. Alcest. v. 309. 310. quem locum Jacobsius notavit.

Ἐχθρὰ γὰρ ἡ ἐκοῦσα μητρυιὰ τέκνοις,
Τοῖς πρόσθ', ἐχίδνης δυδὲν ἐπικτίρει.

Cujus docta Grotii interpretatio haec est.

Namque ante natis pestilens, atrox malum
Noverca, quavis excetra inclementius.

v. 1. ad Ex. Runhk. pro δύσμηνις, δύσμορος. ex Grut. et Salm. notis.

Tit. 51. Ep. 1. Hoc melius intellexerunt Grotius et Abramus ad Cicer. Orat. pro Ligario cap. 12. quam Opsopoeus. Optatur enim in bonis rebus memoria, in malis autem oblivio.

Tit. 52. Ep. 1. Hujus meminerunt C. Ritterhusius in notis ad Porphyrium p. 56. et J. Kirchmannus de Annulis p. 75. Vere etiam hoc transtulit Opsopoeus.

Fac arcana premat tacitae custodia linguae:
Sermonum custos est mihi major opum.

ad rem Hesiodus Op. et D. v. 719. 720.

Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος
Φειδωλῆς, πλείων δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης

verterem.

Est data dos parcae mortalibus optima linguae,
Quae servare modum valet, et quam gratia format.

De quibus Vid. Aul. Gell. N. Attic. L. 1. cap. xv. Graeca verba etiam leguntur apud Eustath. de Ismen. et Ismen. Amor. L. 1. p. 29. Horat. L. 3. Carm. 2. v. 23.

Est et fideli tuta silentio
Merces.

Simonides.

Ἔστι καὶ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας.

Vid. Cl. Wyttenbachii Bibl. Crit. vol. 3. part. 1. p. 40. et Erasmi Adag. Chil. III. Cent. 5. p. 89.

Tit. 53. Ep. 1. Merito Opsopoeo hujus Ep. titulus etiam mendosus videtur, et non εἰς μέμψιν sed εἰς μάντιν inscribendum putat. Locum, qui unice huc facit, suo Exemplo adscripsit P. Burmannus Primus, neque incognitus fuit Jacobsio. Legitur apud Dionem Chrysost. Orat. XIII. p. 219. Ed. Morelli. Ὀρνεῖον λεγόμενόν ἐστι περὶ τὴν μαντείαν τὴν τῶν γυναικῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς. ἐκεῖναι γὰρ βωμόν τινα ἢ λίθον ἐπαίρουσαι, σκοποῦσιν ἐν

τούτῳ περὶ τοῦ πράγματος, οὐ συνθάνονται. καὶ δὴ τοῖς μὲν αὐτῶν φασι γίγνεσθαι κοῦφον, τοῖς δὲ βαρὺν, ὡς μηδὲ κινῆσαι δύνασθαι ῥαδίως. Quo in loco Henr. Valesius Emend. L. 2. cap. 5. p. 53. pro βωμὸν legi βωλὸν posse existimabat, quamvis tamen nihil temere mutandum putaret. at βωλὸν in textum recepit Reiskius; quod nimis audacter factum, quoniam e veterum auctorum scriptis patet, illos, qui jurarent, altaria non tantum manibus tetigisse, verum etiam ea in manibus sumsisse. Vid. Justin. L. 24. cap. 2.

v. 5. Priscae Edd. omnes ἁμάρτοι, Br. ἁμάρτη, ex Cod. Planud. Vid. Lect. et Em. Tom. 3. p. 170.

Tit. 54. Ep. 1. De his septem orbis miraculis, ex quibus unum Dianae templum Ephesiae reliquis antefertur, Vid. Cassidor. Variar. L. 7. Form. xv. Jo. de Laët. ad Vitruv. Praef. L. 7. p. 125. et Philonem Byzant. in Thes. Graecae Antiq. Tom. 8. p. 2646.

v. 3. πόντου τ' ἀιώρημα Vat. Cod. Lectio quam Ruhnk. ex Grut. notavit.

v. 4. Lege Πυραμίδων.

v. 5. Aldinae et Veneta Μαυσωλοῖν.

v. 7. Κ' ἠν ἴδε Ed. Princ. Ald. Sec. Venet. et Ascens. κ' ἠν ἴδε. Ald. Pr. Em. κ' ἠν ἥδε Ald. Tert. et κὴν ἴδε Junt. et Bas. Ad Cod. Leid. Scaliger ἡμαύρωτο, κ' ἠνὶ δὲ. hanc lectionem non probans Huëtius mavult. ἡμαύρωτό τε, κὴν ἴδε.

Ep. 2. Burm. Sec. Vid. Tristan Additions au Tom. 1. de ses Comment. p. 23. Salm. de hoc egit ad Hist. Aug. Script. Tom. 2. p. 628. quod et Ruhnk. notavit. Adde quae Salm. ad h. l. dedit, ubi se Planudis ingenio contentum esse, scribit. Ipsius sententia comparetur, cum eâ Heynii, in Comment. Gotting. vol. x. p. 110.

v. 3. πολεμαδόκον. Br. ut omnes Edd. Vet. et Huëtius. πολεμοδόκον. una Ascens. quam lectionem Steph. adoptavit. Ad Cod. Leid. πολεμηδόκον. et v. 5. κατ' ἐμό.

v. 6. Γαΐε. Br. L. et Em. p. 151. *Cajus is est Agrippae filius, Augusti e Julia nepos, quem avus adoptavit, et successorem imperii sibi destinavit.* idem sentit Tristan. loco cit. qui eum in initio ipsius imperii, propter odium, quo defunctum Tiberium prosequebantur, inprimis gratum fuisse ait Romanis, omnia bona ac praeclara ab optimi Germanici filio ominantibus. Quamvis probatus auctor Suetonius scribat; *Naturam tamen saevam atque probrosam nec tunc quidem inhibere poterat.*

v. 7. Br. ἀ δέ σε.

Ep.

Ep. 3. Idem legitur L. 4. T. 12. Ep. 108. ubi omitti potuisset, quoniam Grotius eadem versione usus est. Th. Warton ad Theocrit. Id. xvii. p. 215. ad v. 1. χθαμαλὰν vocem ἡ saepius omitti, ait; sed hic χθαμαλὰν χθόνα, ut χθαμαλὴν κόνιν, L. 3. T. 32. ep. 1. χθαμαλὴ proprie dicitur de insulis, quas mare perfundit. Vid. Hom. Od. 1. v. 25. et K. v. 196.

Ep. 4. Appianus id memorat de B. Civ. L. 2. cap. 86. ubi Vid. Schweighaeuseri adnotationes. Tom. 2. p. 767. Xiphilin. in Exc. Dionis. Cassii L. 69. cap. 11. vol. 2. p. 1159 ad Adrianum Caesarem hoc refert, ubi eleganter Interpres.

Poene caret tumulo, cui tot modo templa fuerunt.

Vid. notas et Fabric. ad Dionis L. 42. c. 5. vol. 1. p. 309. in Latina versione *vix is habet*, in MS. legebatur *vix ut habet*.

Tit. 55. Ep. 1. Scribe *Zosimi*. ut cum seqq. Sic in primis convenit cum Ep. 4. Julii Dioclis.

Ep. 2. v. 1. Salmasius pro ἀντιπάλων γε ἐπιμαχθος, quod in omnibus Edd. priscis, recte legendum voluit ἀντιπάλων ἐπιήρανος, ad Ex. Ruhnk. hoc e Grut. notatum, et a Br. L. et Em. p. 219. vindicatum.

v. 4. Br. ἔπλεθ' ἁλιφθορίη; ut Aldinae et Veneta.

v. 5. ad Cod. Leid. δὲ ἐ.

Ep. 3. v. 4. Ed. Princ. κεκρυμένην Ald. Pl. Em. κεκριμένηὶ, et reliquae. Sed Junt. male σοθεὶς κεκρυμένη. Bas. 1549. Σωθεὶς κεκρυμένη. Cod. Vat. κύματι καὶ unde Jacobsius scribendum putat κύμασι καὶ πολέμῳ. Si versus ultimus scribi posset.

Σωθεὶς κεκρυμένην κύμασι καὶ πολέμῳ.

inde elegans interpretatio oriri posset, quam eo libentius apponemus, quoniam in Grotiana versione turpis error irrepsit, ubi bis *victor* cum alterum *vector* ut in MS. scribendum esset.

Myrtilus en duplici discrimine solvor ab uno,
Et victor clypeo, vector et in clypeo.
Cum notus evertit puppim, fuit ille saluti,
Qui texit bello me prius, inde mari.

Brodaei notis de vento *Argeste* adde quae habet Burm. ad Propert. L. 4. El. 3. v. 47.

Ep. 4. Clypeum et in tempestatibus et in trajiciendis fluminibus saepius militum vitam servasse, non neglecto hoc loco, demonstrat Blasius Caryophilus de Veterum Clypeis p. 77. Sic Ammianus Marcellinus Hist. L. 16. cap. 12. narrat bello, quod Julianus Imperator

τούτῳ περὶ τοῦ πράγματος, οὐ πυνθάνονται.
γίγνεσθαι κοῦφον, τῷ δὲ βαρὺν, ὡς μὴ
loco Henr. Valesius Emend. L. 2.
posse existimabat, quamvis tam
βωλὸν in textum recepit Reisk
niam e veterum auctorum f
tantum manibus tetigisse
Justin. L. 24. cap. 2.
v. 5. Priscae Edd
Vid. Lect. et Em
Tit. 54. Ep
nae templ
Form.
Byzan

, praeruptes-
iectimentes, ad ripas
Οἱ μὲν αὐτῶν πιπτοῦν-
ἐπίσχετο.
Steph. ex Vat. Cod. Sed
Em. Sec. et Veneta ὁ δ'
explicat Jacobsius, nec m
ipsa mihi oblatam
ter Steph. ἀῶν ha
Lubinus interp
Rovenus
legitur
T. 5. Ep. 1.
his omnibus
fingendi aut
, et Grotius
ἐνοιατο, vel
cere pos
. 5. et

p. 263. qui
Ep. 5.
v. 4. Br.
Tom. 3. p.
lectio jam e
Grotius sequ
p. 318. olim sc
tueri posset,
v. 6. ναυηγοὶ
atando port
sunt, a q
1. 2. El. i
, *sed ii etiam*
, *sive alio quc*
7. Ep. 200. ub
e aliter apud L.
in usu est.
v. 1. Salm. et Br.
, ad lacunam implen
sit, veram invenire scrip
itam habemus, admodum e
endo Ἔμπορος Ἰκαρίην πλώων
qui aetate non multo inferior era
mi versus spectant, non facile de m
oribus aptior, hic cogitarem. Ni fali
tum juveni, qui periit, appositum, quo i
, ut in eo Adonidis,
ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις
ductum literarum, quicunque sit, quodammodo se-
καλὸς πλώων ἔλα. — —
em.
re Nicureti proles pulcherrima sulcat,
in Icarias quippe cadebat aquas.
ρίρ Ed. Princ. et Junt. at Ald. Em. φθέγγεθ', ὑπὲρ.
secutae sunt.
ἀλλ.
πότε ἰνάλιος. Ed. Princ. et reliquae praeter Stephan.
qui

ubocae scopulum cantabat Aristo,
ex cantu me gravis usset amor.
d saxa Capharea nocte refulget
s fax inimica meum.
Ruhnkeniano cum hoc titulo p. 620. el
dubium, an cum Br. Tom. 2. p. 140.
ἔμορος scribendum sit. Basus ex hoc
in perniciem redeuntium Graeco-
ὅτε ψεύσης. Vid. qui de his
idis Epist. p. 50.
haec νόστον, quod aliae dein-

cap. 41. p. 276.
ος. v. ultimus merito
are eum emendare

sed potius
fere duc-

perator movit adversus Germanos, *nonnullos clypeis vectos, praeruptasque undarum occursantium moles obliquis meatibus declinantes, ad ripas ulteriores pervenisse.* Arrianus L. 1. cap. 19. §. 5. Οἱ μὲν αὐτῶν πιπτοῦντες σφᾶς ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐπὶ τῶν ἀσπίδων ὑπτίων — διενήχοντο.

Ep. 5. v. 5. Omnes Edd. vett. ut Br. ἴσχε. Steph. ex Vat. Cod. Sed male, ut putat Jacobsius ἴσχεν. Ald. Pr. Em. Sec. et Veneta ὃ δὲ ἐκείνην.

Ep. 6. v. 2. Br. φύσεως. γῆς φύσεως, explicat Jacobsius, *nec manu factam, nec consulto delectam, sed ab ipsa natura mihi oblatam et ob hanc causam jucundiorem.*

v. 3. ἐλθὸν, sic omnes veteres, praeter Steph. qui ἐλθὼν habet, eumque secuta Wechel. atque illa, quam Lubinus cum interpretatione latina dedit.

Ep. 7. Hoc edidit doctissimus M. Röverus ante Musaeum. ubi haec leguntur.

v. 4. ἀπεπλάσατο. *in quodam Codice legitur* ἀπεσπάσατο. *Sed frustra; Sic L. VII. Ep.* 33. *v.* 4.

Αὐτῆς Μελπομένης βόμβον ἀπεπλάσατο.

Et Ep. 146. *vs.* 4.

Ὄμματα καὶ δειρῆς φέγγος ἀποπλάσεται.

Haec loca mihi indicavit Cl. D'Orvillius.

Quibus, si plura velis, addas L. 3. T. 25. Ep. 26. L. 4. T. 5. Ep. 1. T. 7. Ep. 6. T. 12. Ep. 6. Ep. 129. et 130. Sed in his omnibus ἀποπλάσσω vel ἀποπλάττω seu ἀποπλάττομαι habet indicium fingendi aut formandi, quod huic loco mihi minus convenire videtur, et Grotius non agnovisse. Quare in lectione e marg. Wechel. ἀπεσπάσατο, vel ea Brunckii ἐπεσπάσατο, quam Jacobsius illustrat, acquiescere possem. commemoratis locis adde L. 6. T. 8. Ep. 7. T. 24. Ep. 5. et L. 7. Ep. 120. Deinde haec habet Röverus v. 5. Ἠρὼ *lege* Ἠρὶ, *ex optimo Codice Vaticano; ut apud Theocritum Eidyll.* 15. *v.* 1. Γοργοῖ. *in optimis. hoc quoque me docuit vir laudatus. v.* 6. ὠλέσατε τᾶδιός, *quidam vitiose* ὠλέσατ' ἐν τᾶδιός. Vid. porro P. Burmanni, notas ad Propertium L. 2. El. 20. v. 5. ubi, nescio unde, v. 4. ἀπεπλήσατο legendum dedit.

v. 5. Ero in M S. ut L. 3. T. 7. Ep. 6. et L. 7. Ep. 68. De Hellesponti latitudine Vid. quae collegit Brodaeus ad h. l. et Clofanus ad Ovid. Heroid. Ep. 19. v. 142.

Ep. 8. v. 1. Ἄβαλε. Vid. Brodaei notas et V. D. ad Hesych. Steph. Thes. L. Gr. Tom. 5. p. 232. et D. Heinsii Exercit. Sacr. p. 263.

p. 263. qui ambo hujus Ep. mentionem fecerunt. Conf. L. 3. Tit. 9. Ep. 5.

v. 4. Br. pro δησαμένων, λυσομένων, ex Edd. priscis cum L. et Em. Tom. 3. p. 194. narrat, Stephanum primum δησομένων edidisse, at illa lectio jam erat in eâ Badii Ascens. 1531. quam Stephanus probat et Grotius sequitur. idem Brunckius alia comminiscitur, in Addendis p. 318. olim scriptum fuisse existimans λαίφεα λυσομένων, quod quomodo se tueri posset, cum Jacobsio non video.

v. 6. ναυηγοὶ δ' εἰσὶν ἔσω λιμένος. Huetius hoc intelligit de nautis, qui, ut natando portum tenere possent, se in mare miserunt, at fluctibus obruti sunt, a quâ sententiâ non alienus fuisse videtur Burm. ad Propert. L. 2. El. 19. v. 64. at bene Jacobsius ναυηγοὶ *non semper sensu proprio, sed il etiam dicuntur quicunque in mari perierunt, sive undis subnierſi, sive alio quodam fato, nihil interest.* Hoc etiam latius patet, ut L. 7. Ep. 200. ubi ναυηγὸς φιλίης dicitur, qui amoris naufragium fecit; neque aliter apud Latinos, ut notum, *naufragus* et *naufragium facere*, translate in usu est.

Ep. 9. v. 1. Salm. et Br. verba τὸ πάρος, quae huic loco nullo modo conveniunt, ad lacunam implendam, olim addita fuisse arbitrantur. Quod si ita sit, veram invenire scripturam, nobis, qui poëtae mentem non satis cognitam habemus, admodum erit difficile. Jacobsius illud tentare voluit legendo Ἔμπορος Ἰκαρίην πλώων ἅλα — — Sed quoniam de puero agitur, qui aetate non multo inferior erat Icaro, ad cujus miseram casum ultimi versus spectant, non facile de invocandâ voce ἔμπορος, quae adultioribus aptior, hic cogitarem. Ni fallor, quaerendum est tale commodum juveni, qui perilit, appositum, quo ipsius flebilior redditur interitus, ut in eo Adonidis,

ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις

scriberem itaque, ductum literarum, quicunque sit, quodammodo secutus.

Ἰκαρίην καλὸς πλώων ἅλα. — —

et distichon verterem.

Dum mare Nicareti proles pulcherrima sulcat,
Damis in Icarias quippe cadebat aquas.

v. 4. φέγγετο, ὑπὲρ Ed. Princ. et Junt. at Ald. Em. φέγγεθ', ὑπὲρ. Quod aliae deinceps secutae sunt.

v. 5. Br. βρυχθεὶς ἁλί.

Ep. 10. v. 1. Καὶ πότε δινεῖς. Ed. Princ. et reliquae praeter Stephan. qui

qui dedit λυήσεις. Br. L. et Em. p. 158. emendat καὶ πότε δὴ νήεις. et Jacobs. καὶ πότε δὴ νήεσσ' ἄφοβος πόρος, Praeclara sane haec et optima emendatio, si quid emendandum sit; an vero recepta lectio non defendi possit, dubito. *Tu mare, quod nonnunquam, etiam dum majores volvis vortices, tutum iter praebes, dic quare nos tranquillis Alcyonum diebus flere velit?*

Secundum metrum.

Dic mare, quod tutum quondam, vel vortice torrens,
Cur nos Alcyonum tempore flere jubes?

De Alcyonum diebus haec ad meum Ex. notavit, Th. Munckerus. *De diebus Halcyoniis Apostolius Cent. II.* §. 51. Adde quae scripsimus ad Tit. 37. Ep. 9. h. l. p. 289.

v. 5. Ad Cod. Leid. manu Scaligeri, γαλᾳ καὶ νήεσσιν, quam lectionem improbat Huëtius. Recte Br. l. c. γαῖα. *Inepte. scribendum* μαῖα. *Ingeniosa et certissima emendatio Munckero debetur ad Hyginum p.* 133. *Sic supra Antipater Thess. XXXV. Delum Latonae* μαῖαν *vocat.* Hanc emendationem etiam suo Ex. adscripsit P. Burm. Sec. Qui meam religionem in novis lectionibus non facile admittendis norunt, forsitan mirabuntur me Munckeri correctionem in textu posuisse; sed ideo feci quia cum Grotianâ versione eam congruere putarem,

Tempore at hoc, fidum jactas quod partubus esse,

ut legendum ex M S. non *quo*. Praeterea Alcyones inprimis partubus favisse eorumque singularem curam habuisse, dicuntur; ut patet ex citatis auctorum locis, quibus insuper adjunge quae notavit S. Bochart part. 2. cap. 15. p. 862. et V. D. in Misc. Observ. vol. 4. p. 445. ubi et hoc Ep. memoratur. Vocem μαῖα etiam Dionysio L. 3. T. 32. Ep. 17. probante et adoptante Brunckio restituit Eric. Hubertus van Eldick Suspic. specim. p. 27. et 28. Quo sensu occurrit Vid. L. 1. T. 31. e. 2. T. 55. e. 10. T. 58. e. 1. L. 3. T. 12. e. 42. L. 4. T. 9. e. 13. et T. 12. e. 29.

Ep. 11. Hoc egrie illustrat. P. Purm. Sec. ad Propert. L. 3. El. 5. v. 55. cum citando Val. Guelli not. ad Virg. Aen. L. 11. v. 260. tum memorando Crinagorae Epigr. quod primus in lucem protulit Luc. Holstenius ad Stephan. Byz. de Urb. p. 166. Vid. et Berkelii notas. Ejusmodi autem est.

Τὸν σκοπὸν Εὐβοίης ἁλικόμως ἧσεν Ἀριστὼ
Ναύπλιον, ἐκ μοπλῆς δ' ὁ θρασὺς ἐφλεγόμην,
Ὀφευσὴς δ' ὑπὸ νύκτα Καφηρείης ἀπὸ πέτρης
Πυρσὸς ἐμὴν μετέβη δύσμορος εἰς κραδίην.

La-

Latine verterem.

Undosum Euboeae scopulum cantabat Aristo,
Nauplie, et ex cantu me gravis usit amor.
Quae mendax ad saxa Caphrea nocte refulget
Transiit in pectus fax inimica meum.

Exstat in nostro apographo Ruhnkeniano cum hoc titulo p. 620. εἰς τὸν ἐν Ναυπλίῳ σκοπὸν. ubi v. 4. dubium, an cum Br. Tom. 2. p. 140. δύσμορον, an cum Reiskio et aliis δύσμορος scribendum sit. Basus ex hoc illud sumsisse videtur de face, quam in perniciem redeuntium Graecorum accendisse fertur Nauplius, πυρσὸς ὅτε ψεύσης. Vid. qui de his Epigr. pluribus egit, Lennepium ad Phalaridis Epist. p. 50.

v. 1. Edd. Vett. usque ad Ascens. νόστου, haec νόστον, quod aliae deinceps secutae sunt.

v. 4. Vid. Munckeri notas ad Anton. Liber. cap. 41. p. 276.

v. 7. Ad Ex. Ruhnk. ex Grut. et Salm. ἀνίκατος. v. ultimus merito sollicitum habuit Jacobsium, qui ineptum putat, quare eum emendare conatur, legendo.

Ναύπλιε σὴν δ' ἀρετὰν Ἑλλὰς ἔκλαυσε μακρόν.

Sed hic puto non agi de Nauplii fortitudine ac virtute, sed potius de ejus calliditate et in vindictâ sumendâ dolis, quare eundem fere ductum litterarum secutus legi mallem.

Ναύπλιε. σὴν δ' ἀπατὰν Ἑλλὰς ἔκλαυσε δάκρυ.

Quod plane cum Grotiana versione convenit.

Nauplie, fletque truces Graecia tota dolos.

Quam lectionem nonnihil confirmare videtur Quintus Calaber L. XIV. v. 620. 621. ubi de eodem Nauplio.

ὃ δ' κύκλέην χερὶ πεύκην
Αἰθομένην ἀνάειρε. δόλῳ δ' ἀπάτησεν Ἀχαιοὺς.
Ille manu siccam tollens de vertice taedam
Fraude revertentes cunctos decepit Achivos.

Neque hoc quidem modo, licet sensus satis appareat, videtur locus integritati suae restitutus. haereo in verbis κλαίειν δάκρυ, quae phrasis est insolentior; qui unum auctorem unice tractant, familiaritatem tantam cum eo contrahunt, ut in eo habitent, et, si quid in eo obscurius dictum aut insolentius effatum ipsis ocurrat, statim ex aliis ejusdem auctoris locis, sibi cognitis, medicinam parent, quod nobis evenire non potuit, quos scripta poëtarum tenent, qui longe diversis vixerunt temporibus, quorum aliis alia erat scribendi ratio, dictio, ingenii et poë-

fios facultas, in quibus itaque corrigendis, aut ex nostrâ opinione verbis vel sententiis illis affingendis summa cautio est adhibenda, et nihil, nisi in locis plane desperatis, ut hunc esse putamus, temere tentandum. Hac itaque conditione illud tentabimus. Agitur de Nauplio, qui, Graecis propter Palamedis filii necem quam maxime infestus, cum redirent ad saxa Capharea, quasi in tuto loco, facem ardentem posuit, quâ allecti in diros scopulos inciderunt, naufragio perierunt et maximam partem Nauplio gravissimas poenas dederunt. Unde Menelaus apud Euripidem Orest. v. 431.

Παλαμήδους σε τιμωρεῖ φόνος.

Ulciscitur te Palamedis mors.

i. e. ut ait Br. *in te recidit patris tui atrox judicium, quo insons Palamedes necatus fuit.* At si cum Musgravio legas φόνου, erit: *Ulciscitur te ob necem Palamedis.* Vid. Schol. et Olear. ad Philostr. Heroic. cap. 11. p. 716. et Münck. ad Hygini Fab. cxvi. His rationibus inductus scriberem.

Ναύπλιε· σοὶ γὰρ πᾶσ' Ἑλλὰς ἔδωκε δίκην.

Distichon Latine.

Victa tamen Troja est: vincit tuus ille Capharcus,
Nauplie, dat poenas Graecia tota tibi.

Ep. 12. v. 1. Ἐθράσθης Ed. Princ. ἡλεῖα Edd. Vett. unanimi consensu; Brodaeus conjicit ita dictam lagenam, *quod Theopompus Chius vitem primum Olympiae Elidis vico juxta Alphaeum inventam narret.* Scaliger ad Cod. Leid. ἡδεῖα, quam emendationem probat Huëtius, sed vereor, ut facilior, ut eo melior sit. Grotius saltem hoc non tam ad suavitatem lagenae, ~~quam quidem ad insius artificiosam structuram~~ transferre maluit, cum scribit non *jucunda*, sed *bene ficta lagena.*

v. 3. Ruhnk. ex Gr. Τηλόθι.

v. 5. σκώματα Ed. Princ. Ald. Pr. Em. Ald. Sec. et Junt. at Ald. Tert. et Ven. σκώμματα. ut reliquae. pro πολλὰ, πυκνὰ emendat Salm. quod ad Ex. Ruhnk. ex Gr. notatum.

v. 7. pro τεκοῦσαν Steph. τεκοῦσα emendandum putat, non probante Jacobsio.

Ep. 13. Ex sententiâ Salmasii, cujus notae legendae, hoc tribuit Br. Antip. Thessal. Tom. 2. p. 120.

v. 3. Οὐ νεμεσητόν· [Ἦν γὰρ ὑπὲρ ψυχῆς.] ἀγὼν scil. Non dissimile illud Diotimi L. 1. Tit. 1. Ep. 2.

Κεῖται δὲ σφὶν ἀγὼν οὐ χαλκέου ἀντὶ λέβητος,
Ἀλλ' ὅστις ζωὰν οἴσεται, ἢ θάνατον.

Sit

Sic περὶ ψυχῆς currere et certare dicuntur, quorum vita in dubio est. Vid. Valcken. ad Herodot. L. 7. p. 537. §. 43. et Wesseling. ad L. 8. p. 653. §. 92. quos locos Jacobsius annotavit. Δίκη omnes Edd. veteres usque ad Bad. Ascens. unde forsitan aliquis legendum putat.

Ἦν γὰρ ὑπὲρ ψυχῆς. ἀλλ' ἐδίκησε Δίκη.

Ut Dea sit Justitia, quemadmodum L. 3. T. 6. Ep. 8.

Est lis de vitâ. Juris at illa Deae.

Quamvis Jacobsio assentiar, idem illud per receptam lectionem ἐμάλησε intelligi posse, ut patet ex D'Orvillii Animadv. ad Charit. p. 252.

v. 5. εἶλε Sic Gr. pro εἷλκε. quod male in Ald. Sec. etiam Ruhnk. notavit. neque melius in eadem Ed. v. 6. χείρων pro κηρῶν, ut Salm. legendum putat. Edd. Vett. χείρων ad Cod. Leid. χρείων. Huët. χήρων pro χάρων Jonice. Jacobsii emendationem, legentis, κύων ἀλός. ἢ παναλάεωρ Κηρῶν. unice probo.

Tit. 56. Ep. 1. v. 2. ἔῤῥεν vitiose Ald. Sec. ἔῤῥεπεν conjecit Scaliger, ut est apud Jacobs. ἔῤῥεεν probat Salmasius.

v. 3. Br. ὑπήεσσιν· Ἰὼ φίλα. ultima verba ex Salm. ὑπήεσσιν Ed. Princ. Ald. Pr. Junt. et Bas. sed Ald. Tert. et Ven. habent ὑπέεσσιν. Cum in Ascens. et Steph. ὑπέεσσιν legitur. in notis tamen ὑπήεσσιν ἐοῖς, φ — ut ultimus Editor scribendum putat. ἐοῖς pro ὦ est etiam manu Scaligeri ad Cod. Leid.

v. 4. Docta manus ad Ed. Bas. 1549. quae apud me est, notavit *patrio bove verteret agros*, Propert. L. 3. El. 5. v. 67. quae si huc trahi possint, non omittenda illa Horatii L. 1. Carm. 1. v. 11.

Gaudentem patrios findere sarculo
Agros. —

v. 6. pro ἀτηρῆς, ἀτειρῆς. Salm. et Ruhnk. ex Grut.

v. 7. 8. Quantum mater hic distet a novercâ, optime intelligetur ex Jacobsii notis.

Ep. 2. Hujus argumentum conferendum est cum Propertii L. 3. El. 5. et Burm. ad eam notis, nec non cum iis, quae vir doctissimus in eorum usum, qui Latinae poëseos vim atque elegantias percipere velint, scripsit in suis bonae frugis plenis annotat. ad Lotich. Poëm. p. 556. et sqq. Conf. etiam Tit. 22. L. 3. de Naufragio, in quo plura, quibus haec illustrantur, inveniuntur Epigrammata; hujus etiam non immemor fuit Mitscherlich. ad Horat. L. 1. Carm. 3. v. 9.

Ep. 3. v. 1. Γλαῦκος ὁ Νεσσαίοιο hanc lectionem ineptam vocat Salm. et Νησαίοιο legendum monet. Quod probat Br. At Jacobsius, cui Anth.

Gr. quantum debeat, solus ille intelliget, qui in hoc poëtarum thesauro diu et diligenter versatus est; is igitur vulgatam lectionem, quam, quae erat ipsius doctrina, Grotius sequitur, optimis rationibus tuetur.

v. 3. Οὔποτ' ἔκνωσσε — multum de hac lectione dubitari; cum versione Grotii non convenit; si conveniret, scribendum fuisset *non, dans sua lumina somno, Flexit.* —

Emendatio autem Jacobsii legentis,

Οὐδ', ὅτ' ἔκνωσσε
Πλαζομένῃ στρωφῶν πηδάλιον παλάμῃ,

Ejusmodi est, ut eam Grotius expressisse videatur. *Glaucus, vel per somnum, gubernaculum certâ dirigebat manu.* quo modo et haec explicuit Opsopaeus. Lubenter admodum eruditissimi Jacobsii sententiae subscriberem, nisi me primum retineret doctissimi Episcopi Huëtii auctoritas, cum ait, Οὔ ποτ' ἔκνωσσε — *cave admittas* εἴποτε, *aut receptam lectionem adulteres.* deinde quod verbum κνώσσω non adeo de levi et nolenti saepius obrepente somno dicitur, sed plerumque de tam profundo, quo homines obdormiunt, et quem Horatius *longum, unde non times*, et *perpetuum soporem* appellare solet, ut inter alia illud etiam patet ex L. 3. Tit. 25. Ep. 23. Si dormire gubernatorem navis minime decorum est, tam alto certe sopore corripi, turpissimum. Sed haec aliter fortasse intellexit poëta. in Ed. Princ. Ald. Pr. aliisque priscis, οὐδ' ὅτ' Steph. οὔποτ. ad Exempl. Ruhnk. ex Grut. et Salm. notis οὐδ' ὅτ' ἔκνωσσέ.

v. 5. ἁλίοιο βίου ῥάκος ad Exempl. Ruhnk. Vid. Hemsterh. ad Luciam. T. 1. p. 145.

v. 7. Libri excusi ἔκλεισαν praeter Ald. Sec. et Venet. quae habent ἔκλυσαν. vulgatam sequitur Grotius. In voce κέλυφος hos versus citat Valcken. ad Ammon. L. 2. cap. 11. p. 125. Vid. Jacobs. ad Crinagoras Ep. xxxv. Comm. vol. 2. part. 1. p. 407. Br. pro τόφρα γεραιὸς, τοφρ' ὁ γεραιὸς. quod in nullis libris.

Ep. 4. v. 5. Br. ἐκλύσαιο, Ed. Princ. Junt. Ascens. et Bas. ἐκκύσαιο. Ald. Pr. Em. ἐκκύσσεο. Sec. Tert. et Venet. ἐκκύσσαιο.

v. 7. ὁ λιμενίτης ad Cod. Leid. ὅλλι 76. ubi forte respicitur ad Ep. 7.

v. 8. ὁ λιμενορμίτης.

v. 8. vulgatam lectionem tuentur Ed. Princ. Junt. Venet. et Ald. Tert. ὃς πλώοις Ald. Pr. Em. et Sec. ὡς πλώεις. Grut. quod et Ruhnk. annotavit. inde Br. ὦ 'νθρωφ', ὡς πλώοις.

Ep. 5. v. 1. ῥοθίῃ νηῖ, Tit. 57. Ep. 3. ῥοθίῃσιν ἐπὶ κρυκάλμοι — Vid. Musgrave ad Eurip. Iphig. in Taur. v. 407. et Duker. ad Thucyd. L. 4. c. 10. p. 244. quos locos Jacobsius notavit.

v. 2.

v. 2. Conf. Ep. 10. hujus Tit. quod et Ruhnk. indicavit, ubi videtur Agathias hoc imitatus fuisse.

v. 5. Τίνεκα μηρύσασθε. Suid. μηρύω, τὸ τὰ ἱστία συνάγω. Hom. Odyss. M. v. 170.

Ἀνστάντες δ' ἕταροι νεὸς ἱστία μηρύσαντο.
Surgentes socii legerunt linea navis.

v. 6. φωλάδας ἐκ λιμένων. Vid. nostras annotationes ad Tit. 4. Ep. 8. h. l. et Jacobs. ad hunc locum.

v. 8. ἐνορμίταις, Br. ἐνορμίτας, quod Scalig. ad Cod. Leid. scripsit. 75. forte respicit ad Ep. 10. v. 9. Huët. ἐνορμίτης. quam lectionem Brodaeum probasse refert.

Ep. 6. v. 1. Pierson Verisimil. L. 1. c. 9. p. 116. pro νηῶν legendum putat νήσων, quod quamvis Br. non probet, tamen habet, quo se defendat. εὐόρμος enim praecipua portus laus, ut apud Hom. Il. Φ. v. 23. Odyss Δ. v. 358. I. v. 136. Eurip. Troad. v. 125. λιμένας Ἑλλάδος εὐόρμους. Conf. L. 6. Tit. 3. Ep. 4.

Φύκι' ἀπ' εὐόρμων εἵλκυσεν πλγιαλῶν.

et Polluc. L. 1. Segm. 100. Hanc laudem navibus datam non inveni.

v. 2. εὔτροχα λαίφεα — εὔτροχον ἅρμα saepius apud Hom. et vertitur *pulchras retas habens*, aut melius *currus volubilis*, ut Latini vocem *currere* ad navigationem transferunt, sic poëta velocia vela dixit εὔτροχα.

v. 6. καρφίτην θάλαμον, Vid. Wetsten. ad N. T. Tom. 1. p. 338. Ceterum dignissima lectu sunt, quae hic memoravit Jacobsius. in versione lat'na erat in M. S. *Ipseque*, sed *Ipsaque* dedimus. Ovid. Heroid. XV. v. 153. 154.

Sola virum non ulta pie moestissima mater
Concinit Ismarium Daulias ales Ityn.

et ad Liviam v. 105. 106.

Talis in umbrosis, mitis nunc denique, silvis
Deflet Threïcium Daulias ales Ityn.

Quorum versuum convenientiam Interpretes non notarunt.

Ep. 7. Quam suave atque utile sit, haec Epigrammata sub certos quosdam titulos redigi, ut ab initio factum est, neque omnia ad suos auctores modo referri, quod postea obtinuit, ut aliis in locis, ita etiam hic patet, ubi quidquid de *navigatione* dictum sit, in uno loco, ut ita dicam, spectatur expositum, et considerata natione temporis, quo poëtae vixerint, facile intelligitur, quid quisque ab altero desumserit, ut in hoc titulo Sidonium Antipatrum plures atque etiam, de quo agimus, Satyrius Thyillus,

fuerunt imitati. Hoc vero ejusmodi est, ut tamen aliquid desit; nam si plures Tituli, qui nunc a se invicem sunt decerpti, atque divisi, essent etiam conjuncti, aut saltem se ipsos subsequerentur, ut *naves*, *navigia*, *nautae*, *naufragium* et *naufragi*, quorum duo sunt Tituli, ut L. 3. Tit. 22. et L. 6. Tit. 21. major legentibus inde lux oriretur. Ne dicam, quod si ipsa Ep. nunc saepius in sibi non convenientem ordinem relata, omnia ita essent disposita, ut in eâ, quam tractant materiam, copularentur, et temporis successionem haberent, tunc placida existeret Carminum facilitas et gratia, cum summâ utilitate, cognitionis ubertate, atque argumentorum gravitate conjuncta, quae nunc saepe locorum disjunctione et distantiâ evanescunt.

v. 5. Br. distinctionem post δλκάδα sustulit. recte, quare id secuti sumus.

v. 6. Br. ut Grut. et Salm. ὄφεσθε. ad Ex. Ruhnk. ἴφεσθε. in vulgatâ ἕφεσθε acquiesco.

v. 7. ἡμῖν. Ed. Princ. et Ald. Tert.

v. 8. Salm. ex Membr. legi vult ὁ λιμενορμήτης ναυτιλίην. Br. ὁ λιμενορμίτης ναυτιλίην. Junius de Pict. Vet. Part. 1. p. 104. λιμενορμίτην vocant *praefectum custodiae portuum*.

Ep. 8. v. 2. Edd. priscae πνείει, at Salm. πιπνεῖ, quod Brunckio placuit, et Jacobsius Grotium secutum fuisse existimat, quod non video, quoniam ipsius interpretatio aeque receptae lectioni favet.

v. 5. Br. pro ἵκαῦται, νηῶν, quod unde desumserit, non dixit; sed cum ei placuerit Scaligeri lectio, quae ad Cod. Leid. notata, et quam Huet. indicavit, εὐ πτερύγων, voluit huic substantivum, quo sine illud εὐπτερύγων stare non posset, addere: quod et Jacobsius intellexit.

Ep. 9. v. 4. κατὰ πρύμνης, ventus secundus; πόμπιμος Eurip. Hec. v. 1289. 1290.

καὶ γὰρ πνοὰς
πρὸς οἶκον ἤδη τάσδε πομπίμους ὁρῶ.

conf. Hel. v. 1082. Homer. Odyss. Λ. v. 7. 8.

Ἡ μὲν δ' αὖ κατόπισθε νεὼς κυανεπρώροιο
Ἴκμενον οὖρον ἵει πλησίστιον, ἐσθλὸν ἑταῖρον.
Nos sequitur, qui vela replet, comes optimus, auris.
Mollibus aspirans a puppi ventus euntes.

Ut haec partim vertit Bern. Zamagna. Virg. Aeneid. L. 3. v. 130.

Prosequitur surgens a puppi ventus euntis.

ubi Vid. Guellium, Ursinum, alios. Huic opponitur πνεῦμα ἐκ πρώρας. Sophol. Phil. v. 639. et 640.

Οὐ-

Οἶκοῦν ἐπειδὰν πνεῦμα τοῦτο πράῳ ἀνῇ,
τότε σαλοῦμεν. νῦν γὰρ ἀντιοῦσατοῦ.

sic enim legendum ἀνῇ, non ἀγῇ. Vid. Brunckii notas. Conf. Valcken. Diatribe p. 234. et D'Orvillii Animadv. ad Charit. p. 115. Pleraque haec debentur Jacobsio.

v. 5. Br. ἄκνισον, male; quod nobilissimus vir ipse agnovit L. et Em. p. 146.

v. 7. ἐν δ' ἑκατόμβῃ scribe ex Cod. Vat. ut est apud Br. οὐδ' ἑκατόμβῃ.

v. 8. θεῶν τιμὴ δαίμοσιν ἀνδάνεται. Eurip. Hippol. v. 7. et 8.

Ἔνεστι γὰρ δὴ κἀν θεῶν γένει τόδε,
Τιμώμενοι χαίρουσιν ἀνθρώπων ὕπο.

Grotio interprete.

Habet ipsa gens hoc coelitum, a mortalibus
Ut honore laeto gaudeant sese affici.

ubi Vid. doctissimi Valcken. notas.

Ep. 10. Ejusdem argumenti, cujus quae praecedunt, in primis Antipatri Sidonii.

v. 1. Ald. Tert. εὔδειν, male. πορφύρειν, πορφυρεσθαι proprie dicitur pontus, cujus nigrescentes aquae tempestatem denuntiant, ut supra Ep. 5. et apud Hom. Il. Ξ. v. 16. aliisque in locis. Hic de maris serenitate; quod animadvertendum, quoniam hoc verbum, ut καλλιχαίνειν, apud Suidam ad vehementiores animi motus indicandos saepius adhibetur; sed Vid. Etymol. Magn. et Phavorin. qui plura dabunt.

v. 6. Egregius memorandus Plutarchi de Solertia animalium locus Ed. Rualdi Tom. 2. p. 966. Wyttenbachii Tom. 4. p. 614. et seq. Τὰς δὲ χελιδόνας περὶ τῆς τεκνοποιΐας παρασκευὰς ὁρῶμεν, ὡς εὖ τὰ φερεα κάρφη προὐβάλλονται δίκην θεμελίων, εἶτα περιπλάττουσι τὰ κυφότερα· κἂν πηλοῦ τινος ἐγκόλλου δεομένην αἴσθωνται τὴν νοττιάν, λίμνης ἢ θελάττης ἐν χρῷ παραπετόμεναι ψαύουσι τοῖς πτίλοις ἐπικολλῆς, ὅτον νοτεραὶ μὴ βαρεῖαι γενέσθαι τῇ ὑγρότητι, συλλαβοῦσαι δὲ κονιορτὸν, ἐπαλείφουσι οὕτως καὶ συνδοῦσι τὰ χαλῶντα καὶ διολισθαίνοντα· conf. Aristot. a Jacobsio indicatum locum Hist. Anim. IX. cap. 7.

v. 8. Schol. Σικελὴν et sic. Ed. Princ. et omnes praeter eam Badii Ascens. quae dedit Σικελικὴν, quam Steph. secutus.

Ep. 11. Recte Jacobsius *Nihil his similius loco Horatii, quem comparavit Mitscherlich. L. 1. carm. 4.*

Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni;
Trahuntque siccas machinae carinas.

v. 4.

v. 4. Br. ἀπ' ἠϊόνων. vere, neque aliter Ed. Princ. atque aliae veteres, praeter Junt. ubi ἀπ' ἠϊόνων, mendose ex Ald. Pr. ἀπ' ἠϊών. Melius secunda ut Br. ἀπ' ἠϊόνων. quod quoque probat Huetius.

Ep. 12. v. 1. ad Ex. Ruhnk. et Grut. λοχείαις pro λοχίαις. quod tamen in Ed. Princ. et reliquis, primus Steph. λοχείαις.

v. 5. γείτονα. hanc vocem illustrarunt Valcken. ad Eurip. Phoenisf. v. 1164. 1165. et 1187. Conf. Eurip. Orest. v. 1603. et 1653. et Ruhnk. ad Timaeum p. 65.

v. 8. Ed. Princ. et Junt. πεπταμένη. reliquae, ut vulgo. Hom. Od. Z. v. 44. 45.

Ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
πέπταται ἀνέφελος.

Zamagna interprete.

At pura sereno
Aura polo sine nube viget.

Sed Vid. Jacobsii Commentarium.

v. 11. ποντομέδοντι, hoc datur Neptuno L. 4. Tit. 15. Ep. 3. et apud Eurip. Hippol. v. 744.

v. 13. ad Ex. Ruhnk. παρὰ γρ. παραὶ recte et Grut. ut supra Ep. 10. παραὶ βαιμοῖσι Πρωίπου.

Tit. 57. Ep. 1. v. 2. ναυηγὸν. de hac voce egimus ad T. 55. Ep. 8. conf. L. 7. Ep. 200. et Jacobsii notas ad Ep. 120. Ejusdem L. ibique citatas Valckenaerii animadversiones.

Ep. 2. Hoc et praecedens conf. cum Ep. sqq. inprimis Ep. 6. et Ep. 8.

Ep. 3. v. 1. Br. ῥοθίοισιν et κροκάλοισι. ut videtur ex Salm. ut et v. 2. ἀψαμένων. ῥοθίοισιν Aldinae et Venet. quod ex Grut. notavit Ruhnk.

v. 2. Vid. ad T. 38. Ep. 5. h. l. in versione legi posset.

Ad pelagi placidas ire parata vias.

v. 5. Salm. Ὀλκάδα τὴν δείλαιαν, ἀείλλοιον, ἤγε τὰ πόντου. quam lectionem Br. secutus est. Steph. in not. ad Epigr. Sel. p. 300. pro ἤγε, εἴγε scribi maluit, et vertit.

Si saeva procella
Prosequitur terra non minus ac pelago.

Ep. 4. v. 2. μοῖρα, exitium, pernicies, quam nondum elaboratae carinae procellosa tempestas, eam arripiendo et in mare projiciendo, intulerat. apud Hom. hoc sensu plerumque additur, ὀλοή, κακὴ, κρατερή aut etiam dicitur δυσώνυμος μοῖρα.

Ep.

Ep. 5. Ejusdem argumentum, cujus Ep. 3. In Edd. priscis, τοῦ αὐτοῦ, i. e. Cyllenii. Sed ex Vat. Cod. Grotius et Br. illud Antiphilo Byzantino tribuerunt.

v. 2. Br. Πόντος, κἢν χέρσῳ εἰς ἐμὲ μηνάμενος. atque ita ad Ex. Ruhnk. ex Grut. quod confirmant Salmasii licet non impressae notae.

Ep. 6. conf. cum Ep. Zeloti 1. et 2.

Ep. 7. v. 4. τόλμης οὔποτε φειδόμενοι. Oppianus Halieut. L. 5. v. 3. 4.

Ὡς οὐδὲν μερόπεσσιν ἀμήχανον, οὐκ ἐνὶ γαίῃ
Μητρὶ καμεῖν, οὐ κόλπον ἐν εὐρώεντα θαλάσσης.

Verte.

Ut, quae terra sinu mater, quae continet unda,
Nulla vigent, hominum quae non audacia vincat.

Ep. 8. v. 1. Ed. Princ. Junt. et Bas. 1549. τέκνον. Aldinae reliquae τέκτων. Br. τέκτον ex Cod. Vat. quod recepimus. ἀλώσιμον *ventis obnoxiam*, vel *ventorum procellis expugnatam* vertendum putat H. Stephanus in notis ad Ep. Sel. p. 300. At hoc illud est, quod scribit Grotius,

Flamina quae pinus ventorum ferre nequivi.

v. 2. pro Τῆδε lege Τῆνδε.

Ep. 9. v. 1. Μυρία μετρήσασαν Br. L. et Em. p. 170. Stephanum ita primum legisse opinatur, cum antea in omnibus Cod. et vett. Edd. esset μυρία με τρίψασαν, sed Ascens. jam primum illud dederat, quod et Jacobsius vidit et ex sqq. Ep. 11. Leonidae Tarentini ductum docuit.

v. 6. Vid. H. Steph. ad Ep. Sel. p. 300. et Huetii ad h. l. notas, qui illud ἐλπίδα, ut *spem* apud Latinos hic pro *metu* ac *timore* sumi optime intellexerunt. pro πελάγους Lege πελάγευς.

Ep. 10. v. 1. Ante Stephanum Edd. omnes pro πελάγους, πολέμου. Sed ita legendum viderat jam Opsopoeus. v. 2. Vid. Tit. 38. Ep. 5.

v. 3. Hunc attigit Casaubonus ad Strabon. L. 4. p. 276.

Ep. 11. v. 3. Br. ἐπ' ἠόνος, ut videtur ex Salm. notis.

Ep. 12. v. 2. Br. μητριάσιν, pro μητέρλαις. unde et quare, ignoro. Si enim inusitata verba ex hac Anthologia tollenda sint, aliud, quam olim fuit, inde exorietur opus.

Ep. 13. Antipatro Thessalonicensi tribuitur in Edd. priscis. Sed ex Cod. Vat. Leonidae Tarentino dederunt Grotius et Br,

Ep. 14. v. 6. Br. πυκτὸν ex Cod. Vat, et Salm. not. sed contra omnium librorum consensum, qui habent πηκτὸν. Si quid immutare vellem, scriberem πλεκτὸν, vitile quod ex viminibus et viendo factum, ut L. 3.

T. 24. Ep. 2. et sic apud Plin. L. 7. cap. 57. *naves, ex vimine factae et corio deinde obductae et circumsutae, dicuntur vitiles.* Vid. Salm. Exercit. in Plin. p. 174. D. E. Tales naves coriaceae etiam Graece nominabantur δερμάτινα πλοῖα, ut apud Casium Dionem L. 48. p. 539. ubi Vid. not. διφθερινὰ πλοῖα Strabonis L. 3. p. 234. ubi hujus Ep. mentionem fecit Casaub. Br. pro vulgato ἀειρομένας dedit ἀειραμένας.

Ep. 15. Eidem Antiphilo, qui praecedentis auctor, tribuunt Grotius et Br.

v. 5. Ascens. et Steph. πονεύμενον. in Edd. Princ. Junt. et Ald. Tert. πονησαμένη. sed in Ald. Pr. Em. Sec. Venet. et Bas. πονευμένη. Diversas Editionum lectiones non satis accurate annotasse videtur Jacobsius. nam πονεύμενον non correxit Aldus in Lect. sed pro πονησαμένη, πονευμένη scribi voluit. qui primus πονεύμενον dedit, est Bad. Ascens. v. ultimo recte legendum putat Salm. ἄχρις ἐς ἅιδεν.

Ep. 16. Saepius jam intellexi, ea, quae ad Cod. Leid. sua manu notavit Josephus Scaliger, non convenire cum iis summi viri annotationibus, quas habuit Jacobsius, ut h. l. scribit: Pro νῆ *Joseph Scaliger* νεῖ *emendavit, quae dativi forma alibi non occurrit.* Sed hujus emendationis nec vola nec vestigium in Cod. Leid. v. 2. illustrat Valcken. ad Ammonium L. 3. c. 4. p. 179.

Ep. 17. Expressum, ut bene observat Jacobsius, ex Antiphili Ep. 1. apud Br. Tom. 2. p. 169. a quo vertendo Reiskius se prudenter abstinuisse ait in notis ad Carmina Jensiana p. 175. et sqq. hoc enim eadem venustate et honestate latine reddi posse desperabat, quare ei quoque nullam versionem addidit; quoniam vero interea poëtas latinos ad tale quid tentandum ingenue admodum provocat, et nos jam saepius, sponte et non ita lacessiti in his notis hujus rei periculum fecimus, hunc laborem hic inprimis subterfugere noluimus. Epigr. Antiphili hoc est.

Ἤμην καὶ προπάροιθε συνέμπορος ἀνέρι κέρδους,
Ἡνίκα δημοτέρην Κύπριν ἐναυτολόγει.
Κεῖθεν καὶ συνέπηξεν ἐμὴν τροπίν, ὄφρα με λεύσσῃ
Κύπρις, τὴν ἀπὸ γῆς εἰν ἁλὶ βεμβομένην.
Ἔστιν ἑταίρειος μὲν ἔμοὶ τόλος, εἰσὶ δὲ λεπτὰ
Κάρβασα, καὶ λεπτὸν φῦκος ὑπὲρ σανίδων.
Ναυτίλοι, ἀλλ' ἄχε πάντες ἐμῆς ἐπιβαίνετε πρύμνης
Θαῤῥαλέως· πολλοὺς οἶδα φέρειν ἐρέτας.

Latine.

Olim

Olim magna dabam socio commercia lucri,
Colligerem Venerem cum mihi vulgivagam.
Hinc mea facta ratis, circumvolventibus undis
Quam videt e terrâ Cypria adire fretum.
Mollia vela mihi, tener et socialis amictus,
Purpureus nitidis est color in tunicis.
Quisque meam audacter conscendat navita puppim,
Multorum possum me dare remigio.

Vid. de his Epigr. inter se comparatis J. G. Schneideri Peric. Crit. p. 17.

Tit. 58. Ep. 1. Vid. de hoc et sqq. D'Orvillium, in Observ. Miscell. vol. 7. p. 67. et 68. quo in loco promittit, se, quam nuper nactus erat, totam Grotii Anthologiae versionem latinam esse daturum. De erraticâ Delo Vid. P. Burmann. Sec. ad Anthol. Lat. Tom. 1. p. 460. et Tib. Hemsterh. ad Lucian. Tom. 1. p. 314. et sqq. qui Brodaei ad h. l. annotationum non inmemor fuit. Hunc locum etiam attigit Salm. ad Tertull. de Pallio p. 150.

v. 2. ad Ex. Ruhnk. ex Grut. ἀλωμένην. Quod ad primum distichon, simile quid olim scripsimus in Carm. ad Phoebum, Poëm. p. 116.

Testis erit natale solum, Latonia Delos,
Quae puerum Aonio nectare pavit humus.
Qua te perpetua vestivit flore juventas,
Crevit et in teneris laurus amata comis.
Hic fuit ara tibi, templumque recentibus halans
Floribus, hanc unam te coluisse ferunt.
Quaeque olim errabat, mediisque natabat in undis
Tu stabilem immota sede manere dabas.

v. 5. Br. ὀψέ μοι Ἥρη pro ὀψέ σοι, quod operarum vitio apud Salm. l. c. putabat legi.

v. 6. Male apud Huëtium pro vulgato Λητοῦς, Λητοῖ. Vid. Jacobs.

Ep. 2. Conf. cum praecedente et ibi citatis auctoribus.

v. 2. Κρονίδης, non necesse, ut intelligatur Neptunus, qui hic omnia summi Jovis egit imperio, ut patet ex citato e. 1. Luciani loco.

v. 3. Steph. μὰ θέους. male, omnes enim Edd. Vett. τεύς, quod et *apud Brunck.* Vid. ad Ep. 1. Ep. 2. Alpheo tribuit Salm. cit. loc.

Ep. 3. v. 1. Κελῆν, Edd. priscae, praeter Junt., quae habet κελεῖν et Ascens. κλείειν, recte emendavit Opsopoeus, κλεπὴν, quem Steph. secutus.

v. 2. Br. Βορηϊάδαι, ut videtur, ex Scaligeri notis.

v. 5. Νῦν δὲ οὐ μὲν ζώεις, haec egregie, non omisso hoc loco, explicuit Th. Gatakerus ad M. Antonin. l. 4. p. 130. quod etiam Jacobsius observavit.

Ep. 4. v. 3. pro πολύ, πουλύ, ad unam omnes Edd. priscae, quare recipiendum.

Ep. 5. Operae pretium erit, de hoc consulere Salmasii notas ad Tertull. de Pallio p. 152. sq. Lipsii ad Taciti Ann. L. 12. c. 58. p. 485. Ed. Gron. et Brodaei ad h. l. Sunt, qui non sine causa putent, hoc spectare ad citatum Taciti locum, quo per Neronem dicitur Rhodiis reddita libertas. sunt, qui ut Ernestus ad dictum locum, existiment, poëtam potuisse respicere ad numum Rhodiorum, in honorem Neronis cusum, in quo Nero caput radiatum habet; de quo Vid. omnino J. Tristan. Comm. Histor. Tom. 1. p. 225.

v. 2. Junt. et Ald. Tert. ἴσον δ' αὐτῷ, quod vitium ex primâ Ald. neglectis emendandis, susceperunt.

Tit. 59. Ep. 1. v. 2. Salm. in notis χθίζον ἔμοὶ κοτέων — Membr. χθίζον ἔμοὶ λεχέων recte, ut ad ἄγχι referatur, quod, ut animadvertit Jacobsius, Br. non vidit. Sed hunc locum bene vertendo,

Quum mihi stertenti talia Bacchus ait:

etiam legisse λεχέων videtur Vinc. Obsopoeus seu Opsopoeus, utroque enim modo hoc nomen scribitur, ut *obsonium* et *opsonium*. Quod ideo monendum putavi, quia, ut nonnulli sunt, qui, cum nomen proprium aut verbum aliquod ex suâ sententiâ non recte pronuntiari audiant, statim suas arrigant aures atque id indignentur, sic etiam inveniuntur, qui hanc scribendi licentiam ferre nolint, certas hic regulas requirant, quod si protinus non fiat, optimos auctores e manibus ejiciunt. Hos syllabarum aucupes, et quisquiliarum scrutatores, qui in verborum cortice et nodis haerent, neque de rebus, sed de literarum apicibus cogitant, atque omne suum studium ad aliorum scripta reprehendenda consumunt, ejusmodi versibus castigandos existimavi.

Qualis ubi laetum si quis pervenit in hortum
Floribus, et suaves ibi naribus hausit odores,
Summaque naturae percepit dona beatae,
Prolapsum spectat juncum, mox haeret in illo,
Lilia nec violas, nec curans prata rosarum,
In fragili totam defigit arundine mentem.
Tale hominum genus est, quo nulla molestiùs unquam

Tiarna.

Terra tulit; supra queis non placet astra tueri;
Splendida et in tacito labentia sidera coelo.
Serpit humi, laetae nec celsa cacumina silvae
Suspicit, at duras rimans per compitu glandes
Quaerit adorandas ignavo in pulvere palmas
Sic doctor cultis umbraticus errat in agris,
Nil sibi, nil aliis quod prosit, et inde reportat.

Quod jejunis istis magistris et importunis vitiligatoribus semel dictum sit.

Ep. 2. Brodaeus merito hic affert verba Macrobii L. 2. c. 9. *Is Hortensius platanos suas vino irrigare consuevit.* Martial. L. 9. Ep. 62.

Crevit et effuso laetior umbra mero.

Ubi Vid. M. Raderi notas, et conf. Fed. Morelli ad Statii Sylv. p. 63. qui viri docti hoc Ep. commemorarunt et non inelegante latine reddiderunt.

v. 2. Br. δαϊκίδις, quod nulla editio agnoscit.

v. 3. pro ἴσην Ed. Princ. Ald. Pr. et Junt. non ἴσι, ut est apud Jacobsium, sed ἴσιν. Ald. Sec. male ἴση, quod ex Grut. Ruhnk. etiam notavit; reliquae ut vulgo.

v. 6. 7. Hoc distichon carissimus meus praeceptor, P. Burmann. Sec. optime explicuit ad Anth. Lat. Tom. 2. p. 355. et 356.

Ep. 3. Vid. de hoc Nat. Comit. Myth. L. 5. p. 473. ubi etiam versio non inelegans, et Erasmi Adag. p. 482. ad hoc illustrandum inprimis faciunt Tibulli versus L. 3. El. 6. v. 57. 58.

Naida Bacchus amat. cessas o lente minister?
Temperet annosum Marcia lympha merum.

Ubi Vid. eruditissimi Vulpii notas, qui elegantem hujus Ep. versionem dedit, quamvis, ut patet ex Porsii et Rivini collectionibus, plures quam viginti quatuor poëtae latini in hoc agendo laboraverint: ne memorem Barthium, qui hoc quoque egit ad Nemesiani Bucol. Ecl. 3. p. 399. ed. Kempheri. Quae Jacobsius attulit, minus placent; quae vero P. Burmannus Sec. ad Lotichii Poëm. L. 1. p. 443. et sqq. et Anthol. Lat. Tom. 1. p. 11. et 12. ejusmodi sunt, ut celeberrimi viri in explicandis poëtis, quod, absit invidia verbis, doctissimorum etiam hominum saepius opus non est, pulchri sensum et ingenium satis admirari non possimus.

v. 2. Omnes Edd. priscae κυλιόμενον. at Br. κυλινδόμενον.

v. 3. Ed. Princ. ἴργης. Ald. Pr. Tert. et Junt. ἔργης, at Secunda Ald. Ascens. et Bas. genuinam lectionem dederunt, εἴργης.

Ep. 4. Antigono Carystio tribuit Br. T. 2. p. 244. et pro κρηνὶς legit κρήνη, ex Salm. notis.

et v. 2. pro ἔσχεν, χεῦεν, quod ex Grut. ad Ex. Ruhnk. notatum, et quia Grotius id secutus est, nos recepimus.

v. 3. Salm. emendationem legentis κεῖμαι, δὲ Νύμφαις κεῖνος φίλος. non probo.

v. 4. λουόμενος, omnes Edd. Vett. primum Steph. λυόμενος.

Ep. 5. Vid. nostras observationes ad Grotii Proleg. p. 132. et Conf. Erasmi Adag. p. 599.

v. 6. Br. καὶ βρόμου, οὐ βρόμιον. ex conjectura Salmasii, Vid. Jacobsii Comm.

Ep. 6. De hoc egit Salm. in notis ad L. 2. T. 47. Ep. 5. p. 43. Vid. etiam egregie illud illustrantem D'Orvillium ad Charit. p. 621. Quod et Ruhnk. notavit, nec non P. Burmann. ad Propert. L. 2. El. 24. v. 31.

v. 3. ἀμοχάρων, Ruhnk. ἀμοχάρων. ut Junt. et Ascens. sed Grut. οἰνοχάρων seu potius οἰνοχάρων; quod verum et apud Br. Vid. J. G. Schneideri Anal. Crit. p. 11.

Ep. 7. Νικαινέτου scribendum putat Br. L. et Em. p. 96. P. Burm. Sec. et Ruhnk. ad sua Ex. Vid. Bentlejum ad Horat. L. 1. Ep. 19. v. 10. p. 610. quae notae omnino legendae sunt.

v. 2. Ruhnk. Suid. v. ὕδωρ δὲ πίνων. variantes Br. lectiones hae sunt v. 1. πέλει ταχὺς. v. 2. οὐδὲν ἂν τέκοι σοφόν. ambae ex Salm. notis. ubi etiam pro ἔπνευν, v. 3. ἔπινεν. v. 4. ὠδωδὼς, pro quo in Ed. Princ. et Junt. ὠδοδὼς, et Ald. Sec. ὠδοδεν. reliquae ὠδωδε. Steph. ὠδωδεν. Salm. ὠδώδει. ad Cod. Leid. ὠδωδε.

v. 5. τοιγάρτοι κεκράνων δόμος ἔβρυεν, εἶχε δὲ κιττῶ.

v. 6. Οἷα καὶ conf. Br. notas ad Aristoph. Equit. v. 534. p. 23. Hoc porro illustrant Erasmus in Adag. Chil. II. Cent. VI. p. 584. Mich. Apostol. Prov. Cent. XIX. §. 77. Zenob. Cent. VI. §. 22. ubi Vid. Schotti notas. Conf. Athen. Deipnos. L. 2. c. 3. p. 39. de hoc etiam egerunt L. Coel. Rhodigin. L. Antiq. L. 28. cap. 35. et Gatak. in Adversar. Miscell. Posth. c. XV. p. 557. et Toupius in Addend. in Theocrit. p. 408. quae loca Jacobsius etiam indicavit. Sic L. 2. T. 47. Ep. 39.

καὶ γὰρ δὴ ἐτήτυμον, εἰς ὁδὸν ἵππος

Οἶνος.

valet hic sententia, Bacchus eunti

Est equus.

Tit. 60. Ep. 1. v. 2. κόσσυφε. Vid. de hac ave hujus L. T. 20. c. 17.

e. 17. T. 33. e. 23. et h. T. e. 4. 5. et 11. Egregia de hujus vocis scribendae ratione attulit Hemsterh. ad Lucian. Jud. Voc. p. 93.

Ep. 2. Vid. de hoc ad Grotii Proleg. p. 131. ad Ex. Ruhnk. Vid. Casaub. notas ad Sueton. Tiber. Ner. cap. 14. ad Ex. Burm. Meursii Rhod. L. 2. cap. 2. fin. Tristan Comm. Tom. 1. p. 159.

v. 1. ἀνέμβατος dicitur hic de ave, quae nunquam antea frequentata loca adiit, ut aliis in locis de iis, qui nunquam antea tangi, vulnerari, aut vinci poterant. Vid. L. 3. T. 27. ep. 1. L. 4. T. 29. ep. 4. et L. 7. Ep. 40. Quod citat Suidas v. ἀνέμβατος.

v. 2. Κερκάφιδαις, idem Apollonidas L. 4. Tit. 1. Ep. 20. Κερκαφίδη περίβωτε. conf. Strabon. p. 654.

v. 3. ὑψετῆ proprium aquilae. Hom. Il. N. v. 822. Αἰετὸς ὑψιπέτης. conf. Odyss. Υ. v. 243. Non semel bona omina capiebantur ab Aquilae volatu. Vid Plutarch. de Alexandri M. Fortuna Tom. 2. p. 340. et Jul. Obsequent. de Prodig. v. p. 4. Ep. insuper illustrat B. Averanius Op. vol. 1. p. 73. qui ultimo versu pro Κράντορος, Καίσαρος legi mavult. Ceterum v. 5. Ed. Princ. et Junt. δόμασι. et v. 6. ἐσόμενον δώμασι in reliquis, praeter Ascens. quae etiam δόμασι.

Ep. 3. Vertit et Philippo tribuit Vavassor de Epigr. cap. XVI. p. 120. 121. quod et ad Ex. Ruhnk. notatum. Conf. Fabric. Bibl. Gr. L. III. p. 689. et Fed. Morell. ad Statii Sylv. p. 63. et M. Rader. ad Martial. L. 14. Ep. 72.

v. 1. Ovid. Amor. L. 2. El. 6.

Psittacus, Eois imitatrix ales ab Indis.

pro λυγοτευχέα, Ed. Princ. λυγοτευκέα. et Junt. λυτοτευμέα. de Psittaci Salutatione Vid. porro quae collegit P. Burm. ad Anth. Lat. T. 2. p. 428. quod et Jacobsius annotavit.

v. 7. Br. pro ἐς δέ σε, ἀλλάσε. et v. 8. ad Cod. Leid. pro ἀνακρέκεται, ἀνακρέμαται. Sed vulgata lectio servanda. Vid. Guellii notas ad Virg. Ecl. 6. v. 9.

Ep. 4. v. 1. Br. L. et Em. p. 146. pro Αὐταῖς, Δισσαῖς, at vulgatam recte vindicat Jacobsius; alia res in Ep. 11. Antip. Sidon. unde hoc expressum; Δισσᾶν ἐκ βροχίδων, quibus verbis tamen Br. se non tuetur.

v. 2. Νεφέλαις et νέφεα, *retia tenuissimis linis contexta ad capiendas aves.* Vid. Huetii notas, ubi quem citat Petronii locum, est cap. 55. p. 361. et 362. Ed. Burm. Conf. L. 6. Tit. 15. ep. 1. ep. 13. et ep. 19.

v. 5.

v. 5. Br. ἔτυμον, recte, adverbialiter. Et sic Edd. omnes usque ad Stephanum.

v. 6. ad Ex. Ruhnk. ex Grut. pro πτηνῶν, πτανῶν. quod vett. Edd. non agnoscunt. sed sic πτανοῖς Ep. 12.

Ep. 5. v. 4. Br. ᾠδὸς, *avis canora*, ut L. 4. et L. 6. Tit. 16. c. 1. ἐρημοφίλας recte, et sic Ed. Princ. et omnes Vett. una Ascens. ἐρημόφιλος unde in eam Stephani venit.

v. 6. Br. pro ἐυμόλπου, ἐυμόλπω, tanquam genitivus Doricus, quod non necesse. Si quid mutandum, tum scriberem cum Salm. εὐμόλπῳ.

Ep. 6. v. 2. Br. pro ἀι πλαςαὶ χειρῶν, quod in omnibus Edd. priscis, praeter eam Venetam apud Nicolinos Sabienses 1550. ubi legitur ἀι πλαςαὶ κηρῶν, quod Steph. suscepit, atque adeo non primus fuit, ut Jacobsius putavit, qui hoc dederit; Br. inquam, legit ἄπλαςοι χειρῶν, quod non probo, nam vim verbi ἄπλαςος mox sequens ἀυτοπαγεῖς explicat, ne dicam, quod in primo versu illud ἀυτοπόνητον hoc jam indicaverat. multo melius Huëtius ἃ πλαςαὶ κηρῶν, ut superiore versu ἃ καλὸν, αὐτοπόνητον.

v. 7. Optime hos Virgilii versus Georg. L. 4. v. 53.—55. hic profert Jacobsius.

Illae continuo saltus silvasque peragrant,
Purpureosque metunt flores, et flumina libant
Summa leves.

Ep. 7. Est non sine magnâ varietate lectionis inter inedita Jensii cxx. et in nostro apographo p. 580.

v. 1. Br. Αἰδ' in M. S. Dorice pro Εἰδ' quod in omnibus Edd. invenitur.

v. 2. ~~Br. recte.~~ ἀὶ θύμων. M. S. ἃ θυμῶν et ῥικνὰ περικνίδια. *curva, distorta; curvis et distortis ramis caulis.* Ed. Princ. et Junt. ῥικνὰ πεκνίδια. Ald. Pr. Emend. περικνίδια, quod reliquae secutae sunt.

v. 3. M. S. ἀςαφιδυτητα, in margine, *in contextu; ad oram vero tamen* ἀςαφιδειτα, *perperam in membranis* ἀςαφειτίδικα. *Salm.* In his propter metrum mihi placeret ἀςαφιδείτιδα, seu potius ἀςαφιδίτιδα.

v. 5. Vid. Ruhnk. Ep. Crit. 1. p. 89.

v. 6. μελισσοσόος. M. S. ὁ τὰς μελίσσας σεύων. i. e. ἐλαύνων, agitans. in textu ex Cod. Vat. nempe erat μελισσοσύας, at Pan nominatur μελισσοσόος, quoniam apes curat, ut Mercurius, quia oves, μηλοσσόος, T. 3. c. 5. h. l. ἐπικυψέλιος, dicitur a κυψέλη, πλεκτὸν ἀγγεῖον. ut est apud Etym. Magn. et Hesych. πλεκτὸν ἀγγεῖον μελισσῶν.

v. 7. βλησηῤδι χειρὶ, ἀπὸ τοῦ βλίττειν. seu βλίσσειν, unde βλησὴρ, *exprimens aufero*, ut est in M. S. et pro ὁ δὲ, ἦδὲ, *tamen verte, manu scaturiente*

vente. βλιτηρίδι, quod dedimus, est ad Cod. Leid. manu Scaligeri notatum. in Ed. Princ. et Junt. Ald. Pr. Em. Aliae βληθηρίδι. at Steph. ex Ascens. βλυτηρίδι.

Ep. 8. versus ex Nicandri Theriac. 741. ubi pro μὲν, γὰρ. Cujus latinum distichon Jo. Gorraei est.

Namque ut apes tauro veniunt, sic putribus acres
Carnibus alipedum vespae nascuntur equorum.

apud Varronem L. 3. de R. R. cap. 16. legitur illud

Ἵππων μεν σφῆκες γενεὰ, μόσχων δὲ μέλισσαι. melius.
ἵπποι μὲν σφηκῶν γένεσις. μόσχοι δὲ μελίσσων.
Dant ut equi vespis, apibus sic semina vaccae.

sed Vid. V. D. ad Varronis locum notas, et Harduini ad Plin. L. 11. cap. XXI. T. 2. p. 512.

Ep. 9. Praeeunte Salmasio, Pamphilo illud tribuit Br. quod et fecit Zenobettius p. 21. Vid. notata ad Tit. 33. ep. 33. h. l. sed miror Zenobettium, cum de hoc ageret, tanquam novum, a se primo editum, protulisse illud modo memoratum Ep. 33. ubi, pro κάμμορε, dedit παρθένε, quod defensione non egeret, si ita primum scriptum invenisset. Sed nunc κάμμορε in utroque legendum.

v. 4. Br. βιησάμενος. Ed. Princ. et Junt. βιασάμενος. Ald. et reliquae βιασσάμενος. Character Doricus placuit Salm. De Epigr. Vid. Andr. Rivini notas ad Pervig. Veneris p. 134. et S. Bochart. Op. part. 2. p. 63. et 64.

Ep. 10. v. 5. pro Μὰ, Ναὶ, Salm. Ruhnk. ex Grut. De Serapidis vindictâ Vid. nostras observationes ad Tit. 17. Ep. 8. h. l.

v. 6. Br. ὠμοσάμην: at Jacobsio hic major emendatio placuit, cum pro ἀλλ' ἕξεις βωμὸν — legi voluit ἀιμάξας βωμὸν ὃν ὠμοσάμην. Quae emendatio magnam sane auctoritatem acquirit ex iis, quae elegantissimus Ruhnkenius ad suum scripsit exemplum: pro ἀλλ' ἕξεις, l. ἀιμάξεις, Theocrit. Epigr. 1 Liban. Ep. 606. Pindarus Isthm. VIII. v. 109. AEschyl. Prometh. 281. Lycophr. v. 992. queis in separata schedula addit. Aristoph. in Pace v. 1020. et Euripid. Androm. v. 259. Et tamen haec emendatio non placuit Huschkio nostro, qui Analect. Critic. p. 78. legit ἥξεις βωμὸν, ibis ad aram, quod his Grotianis verbis exprimi putat, *Jurati te vocat ira Dei.* Ceterum hoc M. Argentarii Ep. expressum est ex eo Meleagri LXXII. apud Br. Tom. 1. p. 21. Manso CVI. p. 45.

Ὀρθροβόας δυσέρωτι κακάγγελε, νῦν τρισάλαξε,
ἐννύχιος κράζεις πλευροτυπῆ κέλαδον;

Γκῦρος ὑπὲρ κείτας, ὅτι μοι βραχὺ τοῦτ' ἔτι νυκτὸς
Καὶ τὸ φιλεῖν, ἐπ' ἐμαῖς δ' ἀδὺ γελᾷς ὀδύναις.
Ἄδε φίλα θρέπτειρα χάρις; ναὶ τὸν βαθὺν ὄρθρον
Ἔσχατα γαρύεις ταῦτα τὰ πικρὰ μέλη.

Verterem.

Mane crepans miseri quid nuntius ales amoris,
Nocte meum clamans concutis ore latus,
Quid gravis insultas lecto? breve tempus amandi
Quod detur, rides, cui mala nostra placent.
Hic altoris honos? Auroram juro profundam,
Hoc fore postremum carmen, amare, tibi.

Vid. Petri Burmanni notas ad Propert. L. 1. El. 16. v. 46.

v. 2. Lege ᾤχετ' quod explicat Huschkius l. c.

Ep. 11. Conf. supra Ep. 5.

v. 4. ἀπὸ πλεκτᾶς Ald. Pr. et Junt. sed recte Ed. Princ. Ald. Em. et reliquae ἀπὸ πλεκτᾶς.

Ep. 12. Inter Eveni est apud Br. T. 1. p. 166.

v. 1. Ἀτθὶ κόρα, Jacobsius recte: *Hirundinem poeta puellam Atticam vocat ob notam de Philomela fabulam.* μελιθρεπτος, ut ad cibi et potus, sic etiam ad vocis suavitatem potest referri, praesertim a poeta, qui in utraque ave summam cognationem et similitudinem esse voluit. De Luscinia e cantu insignis et praeclarus locus est apud Plin. L. 10. c. 29. et de eo Cicadae L. 11. c. 26. conf. AElian. de Nat. Anim. L. 1. c. 20. et L. 8. c. 6. ubi eas ab hirundinibus facile capi narrat. Ambarum resonantem sonum jungit Aristaenetus L. 1. Ep. 3. Nota illa Virgilii. Ecl. 5. v. 77.

Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadae.

Ubi Vid. eruditissimi de La Cerdae notas, ex quibus haec Hesiodi in Scut. Herc. v. 395. modo memoremus, ἠχέτα τέττιξ —

ὅτε πόσις καὶ βρῶσις θῆλυς ἐέρσης
Aërius tenerae ros potus et esca cicadae.

Conf. T. 67. ep. 19. h. l. et L. 6. T. 16. ep. 3.

v. 2. Br. τέττιγ', ἀπτῆσιν δαῖτα φέρεις τέκεσι, simile quid ad Cod. Leid.

v. 4. Grut. Ex. quod hic omissum, at Ruhnk. notavit, θερίν', θερινὰ. Sed vera lectio, quam ex Cod. Palatino Br. dedit, τὸν θερινὸν θερινά. Ed. Princ. Junt. Ald. Pr. ἀρινὸν, ἠαρινά, At Em. Sec. Tert. et Bas. ἀρινὸν, ἠερινά, Venet. ἀρινὸν, ἠαρινά. Ascens. ἐαρινὸν, ἠέρινά. Cl. Valcken. ad Eurip. Hippol. v. 77. p. 172. corrigit,

Τὸν

Τὸν ξένον ἀ ξεῖνα· ἠρινὸν ἐιαρίνα.

Quamvis Codicis Palatini lectionem, quam ab amicissimo Ruhnkenio acceperat Valckenaerius probet, nonnihil tamen ad hoc Ep. illustrandum afferre voluit Wakefield Sylv. Crit. part. 2. p. 145.

Tit. 61. Ep. 1. Vid. de hoc quae scripsimus ad Grotii Proleg. XVI. v. 11. p. 167. Burm. ad suum Ex. haec notavit εἰς τάβλαν Ζήνωνος vel εἰς ταῦλαν, Huetius. εἰς ταῦλαν Ζήνωνος, Scalig. L. 2. Auson. Lect. cap. 19. Vid. Pauw de Alea Vett. et D'Orvill. Critic. Vann. p. 135. et seqq. Huetii itaque notae consulendae. Ad Ex, Ruhnk. haec leguntur. Vid. apud Salm. ad Vopisc. Procul. cap. 13. p. 741. — 753. conf. Vann. Critic. p. 252. et seqq. Utroque enim in loco et p. 135. et 252. agitur de hoc Ep. Ad Cod. Leid. manu Scaligeri pro τὰ λυτὰ, ταῦλαν.

v. 5. πολισσοῦχον βασιλῆα. Oppian. Halieut. L. 4. v. 4.

Ἀλλὰ σύ μοι κάρτιστε πολισσούχων βασιλήων,
Urbibus at praesis mihi tu fortissime regum.

ad quem locum hoc Ep. memorare non neglexit Rittershusius.

v. 14. ἐνδεκάτην, Ruhnk. Salm. quem Vid.

v. 23. ad Ex. Ruhnk. ψηφῖδας ἐπ' ἠθμοῦ Salm. at ille in notis ex membranis, ψηφάδα γὰρ ἰσθμοῦ.

v. 24. ad Ex. Ruhnk. κευθομένας Salm. at Ed. Princ. Aldinae, Junt. Venet. et Bas. κευθομένη. Ascens. vero κλήμακι κευθομένην. unde illud κευθομένην suscepit Stephanus. sed Vid. D'Orvill. l. c. p. 262.

v. 27. ad Ex. Ruhnk. τάβλην Salm. Vid. hujus notas ad Hist. Aug. Script. Tom. 2. p. 741. conf. Du Cange Glossar. p. 1519. et seqq. Si quis rationem ludi, de quo hic agitur, rectius intelligere velit, adeat omnino doctissimi Jacobsii Comment. vol. 3. part. 3. p. 99. et seqq. et p. 171. ubi Ep. 4. Tit. 32. L. 4. explicatur; ex quibus haec Sidonii Apollinaris L. 1. Ep. 2. p. 6. lectu dignissima verba, quibus Theodorici regis Gothorum ingenium depingit, commemoremus; *in bonis jactibus tacet, in malis ridet, in neutris irascitur, in utrisque philosophatur.*

Tit. 62. Ep. 1. ad Ex. Burm. *Mutilum Epigramma, quod ex Scaligeri Codice supplet Huetius. p. 10.* Et quidem hoc modo.

Ἕρδοι τὴν ἔμαθέν τις, ὅπου καὶ ὑπ' Ἄλπιας ἄκρας
Λῃσταὶ λασίαις ἀμφίκομοι κεφαλαῖς,
Φωρῆς ἀπτόμενοι, φύλακας κύνας ὧδ' ἁλέονται.
Χρῶνται νεφροῖς, πλαρ ἄπεστι νόσου.

Quod quamvis non uno laboret vitio, ideoque difficilius translatu, tamen latine reddere sum conatus.

Cognita quisque sibi tractet, trans quae jacet Alpes
Latronum hirsutis gens ut amara comis,
Ex furto vivit, vigiles fugansque molossos
Lethifero rapidas ungit odore manus.

Quibus quod editum est distichon optime respondet. Vid. praeter Br. L. et Em. p. 163. et Jacobsium, Schneiderí emendationem, παρ. ἀκεστίνοσον, legentis, laudantem, Fr. Oudendorpium ad Lucan. L. 1. v. 443. in Cod. Leid. simili modo manu Scaligeri suppletum.

Ep. 2. Ductum ex Odyss. Λ. v. 472.

v. 5. 6. Vid. P. Burm. ad Propert. L. 3. El. 5. v. 58.

Tit. 63. Ep. 1. Huc faciunt ea Cratini apud Scholiastem Aristophanis in Equit. v. 531.

Ἔσθιε, καὶ σῇ γαστρὶ δίδου χάριν, ὄψεαι σε λιμὸς
Ἐχθαίρῃ. Κοννᾶς δὲ παλυστέφανος νικήσει.

pro quo apud Suidam v. Κοννᾶς.

Κοννᾶς δὲ φιλοστέφανός σε φιλήσῃ.

Hunc secutus latine verterem:

Es, ventrique tuo sit gratia; despice famem,
Te colat at Connas cinctus sua tempora sertis.

v. 3. 4. Ut pleraque sic etiam illa hic sunt desumpta ex Homero Il. Ω. v. 602. 603.

Καὶ γὰρ τ' ἠΰκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτου,
Τῇπερ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροισιν ὄλοντο.

Verto.

Et memor ipsa cibi Niobe pulcherrima cultu
Bis sex natorum fuit inter funera mater.

Ep. 2. conf. Tit. 37. Ep. 1. h. l.

v. 3. Salm. ex Cod. Vat. pro ἀπειχόμενον, ἀπερχόμενον.

Ep. 3. v. 1. Salm. ex eodem, μίμων.

v. 3. Br. σκώληξι βορὴν, sano sensu, *vermibus escam*, ut Eurip. Phoenisf. v. 1628. Br. v. 1675.

Ἐᾷν δ' ἄκλαυστον, ἄταφόν, οἰωνοῖς βορὰν.

Quem tamen versum elegantissimum e Sophocle Euripideis intersertum fuisse, existimat Cl. Valckenaerius. Munckerus vero ad suum Ex. σκώληξι βρύειν.

Tit. 64. Ep. 1. non de patriâ, sed de enchyto agitur. v. 1. Huet. γλυκιον γῆς. v. 2. Male ex Pr. Emend. Ald. secunda εἶδος ἔγχυτον. Vid. Salm. ἔγχυτον, dedit Br. et ad Cod. Leid. notat. ἔγχυτος, placentae genus,

nus, Vid. Athenaeum L. 14. p. 647. D. conf. Brodaei notas. pro Ὅμηρος Br. Ὀδυσσεὺς, quod jam legi voluerat Grotius, ut patet ex ipsius versione; quare illud admisimus. Vid. Hom. Odyss. A. v. 57. 58. et I. v. 34. et sqq.

Ep. 2. Juliani loco Epist. 1. p. 373. quem attulit Jacobsius ad h. l. adde quae de patriae dulcedine dedit Ernestus ad Odyss. I dicto loco.

Tit. 65. Ep. 1. Ep. 2. Ut conjungenda haec esse censuit Huëtius, cujus notae legendae sunt, ita ea conjunxit Br.

v. 1. μηκέτ' ἀρίου, omnes Edd. vett. usque ad Ascens. qui Brodaei emendationem secutus ἀρύου dedit, quae emendatio etiam ad Ex. Ruhnk. ex Grut. notata; ut ad v. 2. pro ἡσυχίοις, ἡσυχίης. Quod defendit Salm. cum lemma sit in membranis, Τυλλίου Φλάκκου εἰς πηγὴν ἐπώνυμον Ἡσυχίας.

Ep. 3. Huic in Edd. vett. ante Stephanum praecedit Ep. 7. εἰς τὴν Σαλμακίδα.

v. 1. Br. Toup, ad Suid. vol. 1. p. 371. Ed. nov. pro Ἡ καθαρὴ, Ἦν καθαρὴ, quod quamvis Jacobsius non probet, nos tamen, et propter Grotii versionem, *Fons ego purus eram*, et propter Brodaei et Opsopoei sententiam, in textum recipere non dubitavimus. Optime huic Ep. convenit Pausaniae locus L. 9. c. 30. p. 769. quem idem doctus ille vir commemorare non neglexit. τὰς γυναῖκας δὲ αἱ τὸν Ὀρφέα ἀπέκτειναν, ἐναπονιψασθαι οἱ θελήσαι τὸ αἷμα, καταδῦναί τε ἐπὶ τούτῳ τὸν ποταμὸν εἰς τὴν γῆν, ἵνα δὴ μὴ τοῦ φόνου καθάρσια τὸ ὕδωρ παράσχηται.

v. 2. κρήνη, omnes Editiones ante Steph. conf. sequens Antiphanis.

Ep. 4. v. 4. κηλίδ' Omnes vett. sed Stephan. κηλῖδ'. κηλὶς, *maculae*, *sordes*. Apud Etym. M. ῥύπος, βλασμα, μόλυσμα, dilecta vox Antiphanis Vid. L. 2. Tit. 10. ep. 4. neque minus Tragicis usitata. Eleganter Lucian. Tom. 1. Catapl. p. 646. κατ' ὀλίγον ἀπάσας τὰς κηλῖδας ἐκ τῆς ψυχῆς ἀπελουσάμην. Br. pro ἐγκεράων ex membran. ἐγκεράσας.

Ep. 5. Recte Jacobsius ea attulit Virgilii Bucol. IX. v. 40.

varios hic flumina circum
Fundit humus flores; hic candida populus antro
Imminet et lentae texunt umbracula vites.

v. 3. ζεφύροισιν ἐπίδρομον, eleganter de loco amoeno, per quem Zephyrus spirans currit.

v. 4. Ald. Prim. in Emendandis ἡλιόνς, quod recte nullae Edd. susceperunt.

Ep. 6. mortiferos lacus esse et fontes, ex Plinio et aliis scriptoribus sa-

tis cognitum. Hoc Ep. referendum videtur ad Hierapolin in Phrygia, apud quam fontes erant noxiam spirantes auram, de quibus inter alia haec habet in Dionis Epitome Xiphilinus in Trajano. p. 1142. Ed. Reim. εἶδον ἐγὼ τοιοῦτον ἕτερον ἐν Ἱεραπόλει τῆς Ἀσίας, καὶ ἐπειράθην αὐτοῦ δι' ὀρνέων, αὐτός τε ὑπερκύψας καὶ αὐτὰς ὑπερίδων τὸ πνεῦμα. κατακέκλεισται γὰρ ἐν δεξαμενῇ τινὶ, καὶ θεάτρου ὅλου αὐτοῦ ᾠκοδόμητο. φθείρει τε πάντα τὰ ἔμψυχα, πλὴν τῶν ἀνθρώπων τῶν τὰ ἀιδῶα ἀποστεγαμένων. hoc sane quidem credat *Judaeus Apella*. Sed prudenter addit Historicus; ne nimis credulus videretur. οὐ μὴν καὶ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ συνοῆσαι ἔχω. λέγω δὲ ἃ τε εἶδον ὡς εἶδον, καὶ ἃ ἤκουσα ὡς ἤκουσα. Sed Vid. Wetsten. ad N. T. Tom. 2. p. 296. qui locus mihi per Jacobsium innotuit, et ubi h. Ep. mentio facta.

v. 2. Br. pro ἱερᾶς πόλεως, Ἱεραπόλεως, quod non necesse arbitror.

Ep. 7. Ut saepius summam Salmasii eruditionem, atque undique coacervatam doctrinam admiror, sic nonnnquam in ipsius verbis judicium atque eleganter scribendi facultatem requiro, ut hoc in loco, ubi titulum εἰς Σαλμακίδα *perversum male* judicat. Neque vidit in eos esse scriptum, qui mollitiei suae atque inertiae Salmacidis fontis haustum, non nisi suavem et amoenum, praetexebant; cum potius ab ipsis bibentium moribus hujus libidinis et luxuriae caussa derivanda esset. Quod sane confirmatur duobus Veterum Auctorum locis. Strabonis L. 14. p. 970. ubi Vid. Casaub. notas, et Vitruvii L. 2. c. 8. p. 30. Quos, nisi longiores essent, totos propter eorum elegantiam et Salmacidis undae naturam recte cognoscendam daremus. Inveniuntur in notis ad Ovidii Metam. L. 4. v. 285. ubi Burmannus versionem affert, ex qua apparet, virum elegantissimum multo melius Epigrammatis sensum percepisse, quam Salmasium.

Si vir es, intrepide nostro bibe fonte, viator.
Ne bibe, si mollis; ne rea fingar aqua.
Mascula sum, solisque viris mea lympha probatur,
Mens mala, non fontis mollibus unda nocet.

Tit. 66. Ep. 1. v. 2. Br. οὐδὲ ἓν.

Ep. 2. Consulenda sunt quae ex Telete leguntur apud Stobaeum Serm. XCI. p. 508. et sqq. ex quibus haec modo afferam. De divitiarum amore, πείθει δ' ἅμα μὲν κόλακας ἀνθρώπους, εἰς ἐπλίδα χρημάτων.

Ep. 3. Ex hoc duo Epigrammata constituit Br. ut jam olim fecerat Rittershusius in notis ad Porphyrium p. 43. et seqq. qui hoc non uno carmine Latino illustravit, quod a Burmannis notatum.

v. 2.

v. 2. pro αὐτὴ, idem ἄνῳ legendum putat, et Br. λύτῃν. Sed quare vulgata lectio non servanda? *Verae divitiae in bene praeparato animo consistunt; ille animus habet in se quod omnibus aliis possessionibus majus est*; quo sensu illud ἀγαθῶν, quod nimis audacter pro κτεάνων recepit Br. peribit.

v. 3. Miror sane, quod Wagnerus et Mitscherlichius, qui Horatium cum Graecis scriptoribus conferre voluerunt, non ad ea Horatii L. 4. Od. 9. v. 45. et sqq.

Non possidentem multa vocaveris
Recte beatum: rectius occupat
Nomen beati; qui Deorum
Muneribus sapienter uti,
Duramque callet pauperiem pati.

hujus Ep. eandem sententiam proferentis mentionem fecerint. Nonnihil huc faciunt ea Empedoclis apud Clem. Alexandr. Strom. L. 5. p. 738.

Ὄλβιος, ὃς θείων πρηΰπιδων ἐκτήσατο πλοῦτον,
Δειλὸς δ' ᾧ σκοτόεσσα θεῶν περὶ δόξα μέμηλεν.

verto.

Divinae qui mentis opes tenet, ille beatus,
At miser is, quem cura Dei tenebrosa fatigat.

Magis vero ad sensum illud L. 2. Tit. 50. c. 12.

Πλοῦτον μὲν πλουτοῦντος ἔχει, ψυχὴν δὲ πένητος,
Ὦ τοῖς κληρονόμοις πλούσιε, σοὶ δὲ πένης.

D. Heinsio interprete Poëm. p. 617.

Ditis opes tibi sunt, animus sed pauperis, erga
Haeredi locuples, at tibi pauper eris.

Sed Vid. N. Abramii notas ad Cicer. Orat. in L. Pisonem c. 11.

v. 6. ἀεὶ Ed. Princ. Venet. Aldinae, at Junt. Ascens. et Steph. ἀδὲ

v. 7. Ed. Princ. Junt. et Ascens. σύμβλοις male pro σίμβλοις. Vid. porro Cl. Ruhnk. Ep. Crit. 1. p. 90.

v. 2. αὐτὴν et v. 3. Τόνδε Priscae Edd. omnes ante Stephanum.

Ep. 4. Propert. L. 3. El. 3. v. 35. 36.

Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas:
Nudus ab inferna, stulte, vehere rate.

Vid. Tit. 13. Ep. 6. h. l.

Ep. 5. Multa sunt, quae ad divitiarum et paupertatis naturam declarandam pertinent, apud Stobaeum, ex quibus modo illud Euripidis memoremus.

Tit. xcv. apud Grot. p. 383.

Πλου-

Πλουτεῖς· τὰ δ' ἄλλα μὴ δοκεῖς ξυνιέναι.
Ἐν τῷ γὰρ ὄλβῳ φαυλότης ἔνεστί τις.
Πενία δὲ σοφίαν ἔλαχε, διὰ τὸ δυσυχές.
Es dives: at scis praeter hoc unum nihil.
Id adesse vitium quippe divitiis solet:
Magis malo coacta paupertas sapit.

Ep. 6. 7. Haec longe aliter disposita sunt in Edd. vetustis; ubi septimum primo loco ponitur cum hoc titulo.

Εἰς κλέπτην δειλὸν εὑρόντα ξίφος χρυσοῦν.

Sextum Ἄδηλον, quod Grotius et Br. ex Cod. Vat. Helladio tribuerunt. Br. cum hac inscriptione εἰς βαφεὰ πλούσιον γενόμενον. ambo Ed. Basil. 1549. non curavit. quidquid sit, non suo loco sunt posita.

Tit. 67. Ep. 1. v. 1. ἱερὰ κύκλα σελήνης. Vid. notas ad Tit. 13. Ep. 13. h. l. Hoc et sqq. in laudem Homeri, in Homeri et Hesiodi certamine, apud Stephan. 1573. cum elegantissimis versionibus leguntur. p. 55. et sqq.

Ep. 2. v. 2. ἐκ βάθρων, funditus. Lucian. Contempl. Tom. 1. p. 524. τὸ δὲ πεδίον τοῦτο ἄλλοτε ἄλλοι γεωργήσουσι, πολλάκις ἐκ βάθρων τὸ τρόπαιον ἀναστάσαντες τῷ ἀρότρῳ.

v. 3. Cod. et Edd. Veteres ὑπὸ στεφάνῃ τε πόληος.

Ἡ δὲ τὸν,

Stephan. ὑπὸ στεφάνῃσι πόληος; Br. ὑπὸ στεφάνῃ τε πόληος Ἕκδετον, quod Jacobsius probat. vellem v. Cl. vocis ἔκδετον hoc sensu exempla dedissent; quod si non fiat Stephanum sequar. agitur de Ajacis laboribus sub moenia Trojae, et de Hectore tracto Achillis equis, de quo Hom. Il. X. v. 396. sqq. Virg. L. 1. v. 483.

Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros,

ubi Vid. Heynii Excurs. XVIII. p. 156. Ovid. Amor. L. 2. El. 1. v. 32.

Raptus et Haemoniis flebilis Hector equis?

v. 5. Br. Μαιονίδεω, quod ex Grut. ad Ex. Ruhnk.

Ep. 3. Explicat hoc Jac. Pontanus Comm. in Ovid. Trist. L. 2. p. 242.

v. 2. Br. Μαιονίδεω. et v. 3. χειρῶν. ex Salm.

v. 4. idem Ἑκτορέων, et δεκέτευς.

v. 1. θυγατέρες, Homeri Filiae dicuntur ipsius Carmina. Vid. Jacobsii ad h. l. Comm. vol. 1. part. 2. p. 392. Convenit cum hoc Ep. inter inedita Jensiana 72. quod cum nonnullâ lectionis varietate dedit Br. Tom. 3. p. 247. Ep. 451.

Ἰλιὰς, ὦ μέγα ἔργον, Ὀδυσσείης τε τὸ σῶφρον
Γράμμα, τὸ καὶ Τροίῃ θῆκεν ἴσην Ἰθάκην,

Τὸν

Τὸν με γέροντ' αὔξοιτ' ἐς ἀεὶ νέον. ἡ γὰρ Ὁμήρου
Σειρὴν ἡμετέρων ῥεῖται ἀπὸ στομάτων.

Verterem.

Magnum opus Ilias, et carmen prudentis Ulyssis,
AEqualem Trojae reddidit hic Ithacam,
Laude senex, juvenisque recens sim semper Homerus,
Cujus Sirenum defluit ore melos.

Ep. 4. et 5. Unum faciunt apud Br. cum hoc Titulo. Ἁλιέων ἀπόκρισις γριφώδης πρὸς Ὁμήρου ἐρώτησιν. In primo versu non sine varietate lectionis haec inveniuntur in vitâ Homeri apud Herodot. p. 760. in Homeri et Hesiodi Certam. apud Stephan. p. 17. et in Homeri vitâ Plutarcho tributâ, ante Editionem Barnesii p. XVII. Nos Stephanum et veterum librorum consensum secuti sumus.

Ep. 6. Frequentissimi sunt poëtarum colores, quibus aliis, aut sibi sui nominis aeternitatem prommittunt, aut ab aliis ea promittitur. Virg. Ecl. 5. v. 76. Aeneid. L. 1. v. 607. Horat. L. 2. Od. 20. L. 3. Od. 30. Propert. L. 3. El. 1. v. 57. et sqq. et Ovid. Metam. L. 15. v. 871. Conf. P. Burm. notas ad Lotich. L. 1. El. 2. v. 45.

v. 3. ἀροτήσιμον. Cum D'Orvillius ad Chariton. p. 240, in unâ modo editione ἀροτύσιμον legisset, ἀρυτήσιμον legi voluit, quod Br. recepit. Ast ego duodecim editiones evolvi, sed in nullâ illud ἀροτύσιμον inveni. Quod ad me, quamvis huic emendationi Grotii interpretatio faveat, tamen eam probare non possum. Et primum quidem, quod vox ἀρυτήσιμον, secundum analogiam forsitan recte, tamen Graecis auctoribus plane sit incognita; deinde, quod hic non eam habeat vim, quam habere debet. Antequam Homeri nomen interiret, ex poëtae sententia, totius naturae conversio, summis miraculis conjuncta, oriretur, *astra coelum relinquerent, sol non diem, sed noctem proferret, et mortui in vitam redirent.* Quomodo his convenit, si maris aqua dulcis et ad hauriendum et bibendum apta redderetur, cum inveniantur amnes, qui antea dulces in salem mutati sint, et navigantes, qui defectu aquae dulcis laborant, marinum liquorem dulcem reddere possint; id quod, nisi aliunde, saltem ex non uno Plinii loco H. N. L. 31. satis apparet? Multo magis reliquorum miraculorum magnitudini conveniret, si maris liquidum fluentum in duram terram converteretur, et fieret aptum aratro. Quare tertium versum hoc modo latine verterem:

Apta homini ex undis mare tellus fiet aratro.

Mitius, sed non minus ingeniose, Virg. Ecl. 1. v. 60. et sqq.

Ante leves ergo pascentur in aethere cervi,
Et freta destituent nudos in littore piscis:
Ante pererratis amborum finibus exsul,
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

ubi Vid. Abramii notas. Hunc imitatus est elegantissimus poëta Hadr. Relandus, Galat. El. 4. v. 39. 40.

Ante Pater Rhenus Garamantas viset et Indos,
Et Batavam tingent Nilus et Indus humum.

v. 5. Omnes Edd. vett. et ipsa Ascens. βαθὺ κλάος, Stephan. primum βαθυκλεὶς.

Ep. 7. Ed. Princ. et Junt. Τίνας εἶναι etc. Ald. Emend. et reliquae, ut vulgo. τίνας ἂν. Hujus mentionem fecit Synesius in Dione p. 59. ubi pro ἐγράφασα, ὁ δ' ἀπίγραφε,

Haec ego quae cecini divinus scripsit Homerus.

conf. a Jacobsio memoratum Philostrati locum, Heroic. c. XVIII. p. 726.

Ep. 8. Scriptum in novem illustres Poëtrias, quae Graeciam ornarunt, et quarum Fragmenta collegit Fulvius Ursinus, quem postea secutus est Jo. Christ. Wolfius, duobus voluminibus, quae una cum Olearii Diss. de Poëtris Gr. velim consulas. in Sapphus Carm. p. 122. separatim hoc Ep. expositum. Prima hic est *Praxilla*, de quâ, ut etiam de reliquis, Vid. Vossium Inst. Poët. l. 3. c. 15. p. 157. a. et de Poëtis Gr. p. 207. a. nec non Fabricii Bibl. Gr. vol. 1. p. 588. Sed in primis Kusteri notas ad Suid. Tom. 3. p. 168. et Hemsterh. ad Lucian. D. M. XXVI. T. 1. p. 435. Secunda est *Myro*, sed *Moiro* scribendum contendit Salm. de modo Usur. p. 42. de quâ mentio fit in Christodori Ep. B. 5. e. 72. et cujus Ep. exstat L. 6. Tit. 1. Ep. 3. dicitur Byzantia, Vid. de hac, praeter Ursini et Fabricii cit. locos, etiam Reiskii Notit. Poët. Anth. p. 247. Tertia *Anyte*, ex Tegeâ, ut patet ex Steph. Byz. et L. Holstenii ad eum notis, p. 317. v. Τέγεα. ubi hujus ineditum profert Epigramma, quod ejusmodi est.

Βουχάνδης ὁ λέβης· ὁ δὲ θεὶς Ἐριασπίδα υἱὸς,
Κλεύβοτος· ἁ πάτρα δ' ἐυρύχορος Τεγέα.
τ' Ἀθάνᾳ δὲ τὸ δῶρον Ἀμυντέλλᾳ δ' ἐποίησα
Κλειτόριος, γενέτᾳ τ' ἀυτὸ λαχὼν ὄνομα.

Latine verterem.

Ingens ista labes; posuit quam Eriaspide natus,
Ex ampla patria Cleobotus Tegea.

Cecropiae data, quam genitoris nomine gaudens
Proles Clitorii fecit Aristoteles.

Ἀνδρῶν στόμα. Eâdem loquendi formâ utitur Vellejus L. 1. c. 18. p. 73. *nisi Thebas unum os Pindari inluminarat.* ubi Ruhnk. comparat ea Plinii H. N. L. 2. c. 12. *Stesichori et Pindari vatum sublimia ora.* quod Jacobsius observavit, qui et alia hujus locutionis affert exempla, ut illud Antipatri Sidonii L. 3. Tit. 25. e. 6.

Μουσῶν φόγγος Ὅμηρον ἀκήρατον στόμα κόσμου
Παντὸς, ἀλμῆρόβλα, ξεῖνε, κάκευθε κόνις·
Totius os mundi, Musarum lumen, Homerum,
Fluctibus ista tegit sparsa, viator, humus.

Φῶλιν Ὁμήρου Conf. L. 3. Tit. 25. e. 65. Plura hujus Anytae Epigrammata in hoc Florilegio inveniuntur. et de eâ, praeter alios, etiam egit Reiskius Not. Poët. Anthol. p. 192. Quarta est *Sappho*, satis cognita; cujus duo sunt Ep. L. 4. Tit. 4. e. 1. et Tit. 12. e. 24. Quinta *Erinne*, cujus, si non ei tribuendum sit L. 3. Tit. 24. e. 8. modo unum est L. 4. Tit 5. e. 7. de hac Vid. Eustath. ad Hom. Il. B. p. 326. in fine, qui sua debere videtur Suidae. Conf. Schol. ad Ep. 14. sqq. ubi ejus laudes memorantur, et Ursini notas. p. 40. et Reiskium cit. l. p. 213. Hujus nomen Propertio, etiam Hemsterhusii auctoritate freus, cui eam Opsopaei ad h. l. addere potuisset, restituit P. Burm. Sec. L. 3. El. 2. v. 32. ubi totius Ep. mentionem fecit. Vid. porro ad Ep. 14. Sexta est *Telesilla*: cujus nullum carmen exstat, neque ulla nisi hoc in loco mentio fit in Anthologiâ; nam quae memoratur L. 2. Tit. 14. e. 4. et L. 6. Tit. 8. e. 14. longe alia est. Non tantum erat Musica, sed Bellatrix Argiva, quae de Spartanis gloriosam victoriam reportavit, quare Luciano Amor. §. 30. Tom. 2. p. 431. dicta γυναικῶν Ἄρης. quod confirmatur carmine Delphico, celebrato apud Herodotum L. 6. cap. 77.

Ἀλλ' ὅταν ἡ θήλεια τὸν ἄρσενα νικήσασα
Ἐξελάσῃ, καὶ κῦδος ἐν Ἀργείοισιν ἄρηται,
Πολλαὶ Ἀργείων ἀμφιδρυφέας τότε θήσει.
Ὡς ποτέ τις ἠρέη καὶ ἐπ' ἐσσομένων ἀνθρώπων,
Δεινὸς ὄφις τριέλικτος ἀπώλετο δαιρὶ δαμασθείς.

Verterem.

Cum generosa mares superabit foemina, et omnem
Auferet Argolicae pubi Mavortis honorem,
Tunc multae Argivae laceranbunt unguibus ora.

 Sic

Sic aliquis dicet, repetet quae serior aetas;
Telo saevus obit sinuoso corpore serpens.

Historiam enarrat Plutarch. de Mul. Virt. Ed. Steph. vol. 1. p. 436. et Rualdi p. 245. conf. Pausan. L. 2. c. 20. p. 157. Suid. h. v. Max. Tyr. Diss. 37. §. 5. p. 439. Clem. Alex. Strom. L. 4. p. 618. et Polyaeni Stratag. L. 8. cap. 33. Septima, *Corinna*. Et hujus nulla carmina inveniuntur, nisi apud Ursinum et Olearium. Vid. de hac Fabric. Bibl. Gr. Tom. 1. p. 578. Themistius Orat. XXVII. p. 334. ὧν τινὰ Βοιωτίαν ἐκάλουν, — ἀλλ' ὅμως Πίνδαρος, καὶ Κορίννα, καὶ Ἡσίοδος, οὐκ ἐμολύνθησαν τῆς ὁδοῦ. quem locum indicavit Ruhnk. ad Vellej. Paterc. L. 1. c. 18. Octava *Nossis*, quae vocatur θηλύγλωσσος, quod vertunt, *muliebri lingua*, a quâ versione non alienus fuisse videtur Grotius cum scribit *et versu quoque femina Nossis*. Sed quaenam ista laus, si mulier muliebri linguâ loquatur, illud θῆλυ potius deducerem παρὰ τὸ θάλλειν, ut est apud Etym. Magn. p. 450. Sic θῆλυς ἔρση, apud Hesiod. scut. Herc. v. 395. et νεοθηλής. Tit. 24. e. 1. h. l. et L. 4. Tit. 32. e. 18. recenter virescens, suavis. verte itaque.

Et Myrtis placida, et versu suavissima Nossis.

Unum modo Ep. quod ab ipsa profectum fuisse constat, legitur L. 3. Tit. 6. Ep. 16. Nam quae ei a Brunckio tribuuntur, ut L. 4. Tit. 5. Ep. 6. et Tit. 12. Ep. 107. de iis nihil constat ex Edd. priscis. Duodecim quidem, partim ex Bentleji Resp. ad C. Boyl., partim ex aliis auctoribus desumta, Wolfii exemplum secutus, divulgavit Br. de quibus si quis Jacobsii commentarium, accurate admodum et doctissime scriptum, non tantum legere, verum etiam intelligere velit, satis Nossidis ingenium et fata cognita habebit. Nona denique est *Myrtis*, cujus nulla carmina supersunt. Illius mentionem fecit Plutarch. Quaest. Gr. vol. 1. p. 536. Ed. Steph. et p. 300. Rualdi. ubi Ochnae, Coloni filiae, miserum interitum narrat. Αὐτὴ δὲ κατεκρήμνισεν ἑαυτὴν, ὡς Μυρτὶς ἡ Ἀνθηδονία ποιήτρια μελῶν ἱστόρηκε. Hujus statuam fecisse Boiscum refert Tatianus Orat. ad Graecos p. 113. Ed. Worth. sed bene animadvertit Conr. Gesnerus, ibi pro Βοῖσκος, cujus nomen inter artifices incognitum, forte legendum esse Βοηθός, de quo Pausanias L. 5. p. 419. ubi quandam Veneris imaginem, artificiose elaboratam, memorat. Βοηθὸς δὲ ἐτόρευσεν αὐτὸ Καρχηδόνιος. Conf. Plin. 33. c. 12. et L. 34. e. 8. In versione v. 10. lege pro *Ille*, *Illa*. ut erat in MSS.

Ep. 9. De hoc et sqq. Vid. Wolfium ad Carmina Sapphus.

Ep. 10. Novem Lyrici, quos in ordinem redegerunt, aut potius, ut

ut optimos elegerunt, summo ingenio et singulari doctrinâ Critici, Aristarchus et Aristophanes Byzantius, hic enumerantur: Vid. Ruhnk. Hist. Crit. Orat. Graec. p. xcv. Propriis coloribus omnium illorum poëtarum depingitur ingenium, quod eleganter explicuit Jacobsius, cujus commentarium exscribere non licet. Hoc tantum monendum puto, quod Anacreontis, Pindari, Sapphus et Simonidis satis cognita sint nomina. De Alcaeo, quod recentior sit, non Mitylenaeus, sed Messenius, Vid. Reisk. Not. Poët. Anthol. et quod ad Bacchylidem, modo illius unum inveniatur Ep. L. 6. Tit. 7. Ep. 6. Cum Alcmanis, cujus egregium Fragmentum exstat apud Apollon. Lex. Hom. v. Κνώδαλον. de quo Vid. Tollii not. et Huschk. Comm. de Orphei Argon. p. 45. Ibyci et Stesichori hic nulla ratio est habita. Quae porro jam olim notavi, haec sunt.

v. 3. Vid. Valcken. ad Ammon. p. 56. et Tit. 46. Ep. 1. h. l.

v. 7. Mitscherlich ad Horat. L. 2. Od. 13. p. 477.

v. 9. Br. θηλυμελεῖς, sed Ed. Princ. Junt. et Bas. 1549. θηλυμανεῖς quod propter Grotii versionem recepimus.

v. 10. pro τῆς Br. οἱ, quod ex Salm. et Grut. notis derivatum notavit Ruhnk.

Ep. 11. v. 1. ἔπνεε, *cantavit*, *celebravit*, ut L. 1. Tit. 11. Ep. 4. Sic Latini. Claudian. de R. Prof. L. 1. v. 61.

Totum spirant praecordia Phoebum.

v. 6. Br. Ἀλκαῖος κιθάρα: sed vulgatam lectionem κύκνος Λέσβιος tuetur D'Orvillius Vann. Crit. p. 154. in omnibus vero priscis Edd. usque ad Stephan. legitur κύκνῳ.

Ep. 12. v. 2. Omnes Edd. Vett. ἀνροπόδων; una Ascens. ἁβρὰ ποδῶν, quod tamen jam erat L. 4. Tit. 27. Ep. 25. in Ald. Sec. ubi diversâ lectione idem Ep. repetitum, ut et in Tert. Venet. et quod mireris, in Ascens. ubi v. 3. pro eo, quod hic est, ἔνθα καλὸν ἕησασθε θέῃ χορόν, legitur: ἔνθα χορὸν καλὸν ἕησάσθε, quod ideo factum auguror, quod prima in καλὸν longa. Ceterum v. 2. Salm. pro ἐρεισάμεναι legi voluit ἐλισσόμεναι, unde Br. βήμαθ' ἐλισσόμεναι. Vulgata est constans Vett. Edd. lectio. nisi quod Ald. Sec. Tert. Venet. et Ascens. citato loco L. 4. dederint βήματα ἐρεισάμεναι. male hic Ald. Tert. ἐρησάμεναι.

v. 3. ἀπάρξει. et sic Ascens. L. 4. at hic ἔπραξει. quod eodem modo in eâ Stephani. Illustrat hoc Ep. P. Burm. Sec. ad Propert. L. 2. El. 23. v. 33.

Ep. 13. Vid. Harduin. ad Plin. L. 35. vol. 5. p. 235. Conf. Ep. 9. quod etiam hoc modo verti posset.

Mnemosyne audivit cum dulcia carmina Sapphus,
Ne decima extimuit Lesbia Musa foret.

Ep. 14. εἰς Ἤριννα Stephani est, in aliis tantum Ἄδηλον, ut ad Ex. Ruhnk. notat. De Erinnâ jam actum ad Ep. 8. in ibi citato Eustathii loco p. 327. totum memoratur. Suida teste, vix annos undeviginti nata scripsit carmen Heroicum, Ἠλακάτην. ad quod hic respicitur; conf. Fabric. Bibl. Gr. vol. 1. p. 580. Laudatur ab Asclepiade L. 9. Tit. 25. Ep. 66. et Antipatro Sidon. Ep. 69. Vid. P. Burm. ad Propert. L. 2. El. 2. v. 32. et Harduin. ad Plin. L. 34. cap. 19. p. 115.

v. 3. Ὅυ δὲ Edd. Vett. at recte Steph. Οἱ δὲ, quod ut probum ex Grut. ad Ex. Ruhnk. notatum.

v. 5. Br. ἢ καὶ. pro vulg. ἢ καὶ. Ad v. 5. 6. Vid. Warton. ad Theocrit. vol. 2. p. 305.

Ep. 15. In priscis Edd. idem invenitur L. 4. Tit. 27. Ep. 23. ἐν ἡμετέροις πολυγνάμπτοις λαβυρίνθοις, *in nostris multos flexus habentibus labyrinthis.* De labyrintho ita Ovid. Metam. L. 8. v. 159. sq.

Daedalus ingenio fabrae celeberrimus artis
Ponit opus: turbatque notas, et lumina flexum
Ducit in errorem variarum ambage viarum.

ubi male plerumque editur illud *lumina flexum.* non enim agitur de luminibus, et flexum errorem male dici, arbitror. Multo melius mea optima Aldina 1533. *lumina flexu*, quam lectionem etiam secutus est Dan. Heinsius. tantâ enim arte Daedalus hoc tectum et ejus introitum fabricaverat, et flexerat, ut id ingressus *vix ipse reverti ad limen posset.* Si quem tamen offendant duo ablativi absque copulâ simul positi, ille sciat primum per se stare, et tantum ad flexuosum limen esse referendum, cum alter ad ambiguarum viarum varietatem et amplitudinem pertineat. Ille inexplicabilis labyrinthus non inèleganter transfertur ad obscurum et inexplicabile dicendi genus, quo usus est Lycophron. Eandem methaphoram invenies apud Lucian. Bis accus. §. 21. vol. 2. p. 817. τοὺς μὲν ἀστείους ἐκείνους λόγους, καὶ λαβυρίνθους ἀμείους ἀπέφυγε. conf. Icaromen. ibid. p. 786. διαφόρους λόγων λαβυρίνθους ἐπινοήσαντες.

v. 2. αἶκε τύχῃς, Jacobs. αἶκε τύχοις. Ed. Flor. Pr. Ald. 1. 2. 3. Primus Burm. ad suum Ex. τύχοις: quod unde docti illi viri desumserint, plane ignoro. Nam a primâ Editione usque ad ultimam Wechelianam vulgata lectio αἶκε τύχῃς unanimi consensu est in omnibus.

v. 4. Br. pro ἕῳ, ὤν, quod unde duxerit, incognitum.

v. 5. in fine ἢν δὲ; Edd. Vett. quod Bas. 1549. servavit. Ascens. vero ἢν δὲ, quod in alias transiit.

v. 6. νῆς ἔφυς Μουσεῶν, sic Ep. 6. Tit. 44. h. l.

εἰ δέ κε πάμπαν
Νῆς ἔφυς Μουσέων.

quod Ascensii lectioni favet. Vid. notas.

Ep. 16. v. 2. Vid. ad Grotii Proleg. p. 136.

Ep. 17. Br. e Cod. Vat. Antipatro Thessal. dedit T. 2. p. 115.

v. 2. Edd. Vett. ἔσεισε, quod ad Cod. Leid. et Ruhnk. Ex. notatum, et ab Huëtio probatum revocavit Br. Steph. primus dedit ἔπεισε, quem secuti sumus, quoniam ea lectio Grotio placuisse videtur.

v. 4. φοβερῶν-χαρίτων recte Jacobsius. citat illa Demetrii Phalerei verba de Homero §. 130. Καὶ παίζων φοβερώτερος ἐστι; πρῶτός τε ἐμμανέστερον δοκεῖ φοβερὰς χάριτας.

ad q. l. Vid. P. Victorii Comment. p. 120. Ed. Florent.

v. 5. Br. ἤθεσιν Ἑλλάδος ἴσα, quam mutationem necessariam non puto.

v. 6. Br. σύξας, ex Salm. notis, quod ex Grut. etiam ad Ex. Ruhnk. positum. Vulgatam tamen lectionem omnes Edd. Vett. tuentur; quare cum σίζω vox sit Aristophanis ingenio, qui homines non tam odisse, quam quidem pepugisse, existimandus est, multo aptior sit, quam σύχω, tamdiu exspectandum esse, arbitrarer, si fieri posset, donec Salmas. quod promisit, veritatem lectionis nos accurate docuisset.

Ep. 18. v. 1. ἀνηρείψαντο, usitata Homero vox. Vid. Hesych. ubi V. D. hoc Ep. memorant. et Suid. eodem modo, ἀνηρείψαντο, ἀνήρπασαν. Etym. M. ἀπὸ τῆς γῆς ἀνήρπασαν. Vid. Br. ad Apoll. Rhod. L. 1. v. 214. qui contra Ed. Princ. Ald. aliasque pro ἀνερίψατο, ἀνερείψατο dedit. verbo ἀνερείπτομαι utitur Apollon. Rhod. citato loco de Orithyiae, et L. 2. v. 503. de Cyrenes raptu, ut Homerus eo usus est de illo Ganymedis Il. T. v. 234. et Hesiodus de Phaëtontis, Deor. Gen. v. 989. quod quidem quomodo huic loco conveniat, non video. Brodaei enim interpretationem *in os tuum inciderunt*, *aut in ore consederunt*, propria verbi significatio non admittit, quod monuit Jacobsius, qui hac versione se defungi posse putat, apes *Musarum flores decerptos sustulerunt*, *ut ea labiis tuis afferrent*. non malo sensu; an vero latina verba Graecis satis respondeant, dubito. ἀνερείπτομαι, *rapio*, *aufero* non hujus est loci, quare levi medicinâ corrigendum opinor; legendo. ἀπηρείσαντο, ut ἀπηρεισάμην, *firmiter infixi*, apud Lucian. Icaromen. vol. 2. p. 765. conf. Hesych. in ἐπερείδεται. a tali emendatione postea demum, vidi non alienum

num fuisse Brodaeum, dum legit ἀνηρείψαντο, vel ἀνηρείσαντο. Et vertere *Infudere* ut Grotius, aut nonnihil nervosius.

Infixere tuis nectar de flore labellis,
Pieridum campos quae populantur, apes.

Ceterum conf. L. 4. Tit. 13. Ep. 8. de Oribasio Medico.

Εἶχε γὰρ οἷα μέλισσα σοφὸν νοῦν, ἄλλοθεν ἄλλα
Ἰητρῶν προτέρων ἄνθεα δρεψάμενος.

v. 4. ad Ex. Ruhnk. ex Grut. εὐευχίην: at εὐτοχίην optime defendit D'Orvillius ad Charit. p. 343.

Ep. 19. v. 1. conf. L. 7. Ep. 89.

ἐλαιηρῆς ἐκμεθύσασα δρόσου.

v. 5. 6. ad Cod. Leid. σὺν πρώτοις, quod verum putat Huëtius. Toupius in Animadv. in Scholia Theocriti p. 212. legendum putat.

Τοὔνεκα σὺ πρώτως μὲν, ἀμειβομένην δὲ φιλοῦσι
Μοῦσαι, πολλάκι μου κείσεαι ἐν σελίσιν.

quod non probat Jacobsius; Toupii locum etiam indicavit Ruhnk.

Br. pro ἐθέλουσι, ἐθέλωσι, quod in nullis aliis. Ald. Sec. Tert. et Ven. βοῦρκι; quod Grotius probasse videtur. κείσεται, omnes Vett. usque ad Ascens. quae κείσεαι, quod Steph. amplexus est, et Grotius secutus.

Ep. 20. Vid. F. Morell. ad Statii Sylv. p. 31. at in primis Bentleji not. ad Callim. Ep. 8. p. 283. et Huschkium Ep. Crit. in Propert. p. 4. quique de eo accurate admodum egit, nostrum Jacobsium.

Ep. 21. Hoc optime explicuit Huëtius, quem Vid. ut et V. D. notas ad Callim. Ep. 9. p. 284. Ed. Ern.

v. 2. Br. μαυρότατον. quod est in Ed. Princ. tribus Aldinis et omnibus ante Ascensium, qui veram lectionem, Huëtii interpretationi accommodatam, dedit, quam Steph. et Grotius secuti sunt.

v. 3. ὡς δὲ Edd. Vett. Ὃ δὲ Steph.

Ep. 22. Vid. de hoc omnino Anth. Lat. vol. 1. p. 52. et Burmanni notas v. 7. Ut ibi legitur, dissentit a nostro.

v. 2. Fred. Morellus cum v. 12. seq. Ep. conjunxit ad Statii Sylv. p. 30.

v. 3. πυλυηκέα, male Ald. Sec. et Venet. pro πολυηχέα.

v. 4. Br. ex Salm. notis εὗρε, pro quondam in omnibus vulgato ἦρε. cujus emendationis necessitatem nullam video. dixerat enim poëta jam primo versu de Calliope, εὗρεν, quod quamvis deinceps aliis tribuat Musis, tamen illud de Melpomene repetere minime erat necessarium; dicitur, ut Terpsichore *praebuisse*, sic illa *sustillisse barbiton*; quod non mi-

minus grave, quam *invenisse*. Ruhnk. tamen hanc emendationem ex Grut. suo Ex. inseruit.

v. 7. post hunc versum in omnibus Edd. legitur et alter de Polymniâ.

Ἁρμονίην πάσαισι Πολύμνια δῶκεν ἀοιδαῖς.

Cuilibet harmoniam dedit haec Polyhymnia vati.

de ultimo versu Vid. Guell. ad Virg. Ecl. 6. v. 2.

Ep. 23. v. 2. Br. feliciter, ut putat Jacobsius, pro *εἴκελος*, *δείκελον* reposuit.

v. 4. Salm. *εὑρήμονα* pro *εὑρήτορα*. Quare vulgata lectio repudianda sit, caussam non video. verbum *εὑρήτωρ* ut alia plurima inter *ἅπαξ λεγόμενα* referatur.

v. 7. Edd. Vett. usque ad Steph. *Θάλεια*, quod Br. revocavit.

v. 8. *θυμέλῃσι* Vid. ad Grotii Proleg. p. 167.

v. 9. *σῆς* Ed. Princ. Ald. Pr. Sec. Junt. et Bas. Ald. Tert. *τῆς*, quam sequitur Venet.

v. 17. ad Ex. Ruhnk. ex Grut. *γρ. νης*. Br. p. 521.

Σιγῶ, φθεγγομένη παλάμης θελξίφρονι παλμῷ.

Vid. notas p. 233. et 234. et conf. Salm. Apprime ad rem comparantur ea Nonni Dionys. L. 5. p. 92. Ed. Princ.

Καὶ παλάμας ἐλελίζε Πολύμνια μαῖα χορείης.
Μιμηλὴν δ' ἐχάραξεν ἀναυδέος εἰκόνα φωνῆς,
Φθεγγομένη παλάμῃσι σοφὸν τύπον ἐμφρονι σιγῇ,
Ὄμματα δινεύουσα.

Verterem.

Volvebat digitos choreae Polyhymnia mater,
Verbaque signabat gestu vel muta diserto,
Lingua manus tacitae, sapiens est forma silentis,
Luminibusque loquax.

in versione v. 2. pro *patet* lege *putet*.

Ep. 24. Hoc et Ep. 3. Tit. 22. L. 6. D'Orvillius in Vanno Crit. cap. 7. p. 191. et Br. referunt ad M. Cl. Marcellum, Octaviae, sororis Augusti, filium, Virgilio tantopere celebratum et immature Bajis mortuum, de quo Propert. L. 3. El. 16. v. 7.

At nunc invisae magno cum crimine Bajae.

ubi Vid. V. D. notas. Minus apte Salm. hic de quodam Marcello, librario, qui hoc Callimachi *ποίημα* Herculem exaraverat, cogitat.

v. 1. *τὸ τορευτὸν ἔπος*, Vid. Bentlejum ad Horat. de A. P. v. 441. et nostras Observat. ad Grotii Proleg. p. 151. et 152.

v. 2. *πάντας ἔσεισε κάλως*. Vid. praeter Erasmum in Adagiis p. 162.

Zenobium Cent. 5. §. 62. e Suida Cent. 11. §. 61. Stromat. v. 360. et Apoll. Tyanei Ep. 7. p. 387. ubi Olearii inepta versio est, dum legit καλῶν. sed inprimis Pauli Leopardi Emend. L. x. p. 258. et sq. Non dissimile illud Euripidis Med. v. 278. seu v. 282. Ἐχθροὶ γὰρ ἐξίασι πάντα δὴ κάλων, quem locum an recte perceperit Musgravius, dubito. conf. Aristoph. Equit. v. 753. ubi Schol. hoc distichon affert, et pro ὦνὴρ, ὦ νὴρ legit. ibi consulantur Isi. Casaubonus et Lud. Kusterus, qui haec optime intellexerunt; neque minus bene Toupius ad Suid. part. 3. p. 7. *Callimachi hoc carmen tornatum est, in quo poëta omnem vim ingenii sui exercuit* q. l. ut et seqq. Ruhnk. notavit.

v. 3. Ἐκάλης Vid. Suid. h. v. et Kusteri notas, atque etiam Bentleji, Ernesti et Ruhnkenii ad Callim. Frag. xl. p. 429. conf. Harduin. ad Plin. L. 22. §. 44. p. 206. et V. D. ad Appuleji Metam. p. 72. Ed. Oudendorpii; Plinii locum indicavit P. Burmann. Sec.

v. 4. Br. οὕς pro τοὺς, et mox νεαρὸν pro νεαρῶν, quae etiam ad Ex. Ruhnk. ex Grut. notata sunt.

v. 6. pro κλεινοῦ, quod est in Edd. Priscis, Brodaeus tentabat κεινοῦ; male. Ald. Sec. Tert. et Venet. κλαυνοῦ. quod ex Grut. ad Ex. Ruhnk. notatum.

Ep. 25. Vid. V. D. ad Martialem L. 10. Ep. 4. v. ultimo et conf. L. 3. T. 25. Ep. 58. Bentlej. ad Callimachi Fragm. 11. p. 416. et ad Malalae Hist. Chron. p. 71. et sic ad Ruhnk. Exempl. Probo emendationem Bentleji v. 2. pro Καλλιμάχου legentis Καλλίμαχος. Hanc recepisse Br. dicit Jacobsius. at ne in ipsius quidem Ed. illud inveni, ubique Καλλιμάχου. His insuper adde Jo. Luzacii notas ad eadem Callim. Fragm. p. 8. atque inprimis P. Burm. Sec. ad Propert. L. 2. El. 25. v. 32.

Ep. 26. Jacobsius hic assentitur Luciano, qui novem Herodoti libros novem Musarum nominibus inscriptos fuisse ab ejus admiratoribus asseverat: quocum non sentio. Quin Herodotus in novem libros opus suum diviserit, non dubium est. Quare itaque non, sine ullâ ipsius modestiae jacturâ, hos Musarum nominibus insignire potuisset? Hoc alios fecisse constat, et tale quid enarrare aut fingere est jocoso Luciani ingenio apprime conveniens. Sed Vid. Fabric. Bibl. Gr. L. 2. c. 20. p. 697. et Menagium ad Diog. Laërti L. 4. S. 58. p. 182.

Ep. 27. v. 2. Toupius in append. notarum ad Theocritum p. 17. non inelegantiter verbi ἐξαπίνης vim asseruit. Pyrrham puellam in tantis deliciis fuisse poëtae, ut dormienti occurreret, jam patuit ex Ep. 10. Tit.

60. h. l. nunc ait, se Heliodi opera e manibus projecisse, simul ac Pyrrha prodiret. Quare ultimum distichon paullo significantius verti vellem.

In terram hos jaciens clamavi protenus illud,
Quid mihi das senior nunc opera Hesiode?

v. 2. Ald. Pr. in emendandis pro Πυρρὴν, ὑφ' ἓν, quod merito ab aliis neglectum.

Ep. 28. Vid. Fabric. Bibl. Gr. vol. 7. p. 684.

v. 2. Quamvis in omnibus Edd. atque etiam in Initio Edit. Princ. Nonni legatur φοινήεντι, tamen cum Br. hic reponendum arbitror φωνήεντι, quod in membr. Salmasius non solum invenit, verum etiam probavit, et Grotius expressit *ense canoro.* verbum ἀμᾶν, ut apud Latinos *metere*, praecipue locum habere in caede militari, demonstravit Cl. Valckenaerius in Diatr. p. 225. cui adde quos citat Jacobsius. Neque aliter ἀπαμάομαι Hom. Od. Φ. v. 300. 301.

ἀπ' οὔατα νηλέϊ χαλκῷ,
Ῥῖνάς τ' ἀμήσαντες.

Quare opus non erat, ut V. D. ad Hesych. p. 423. hujus verbi auctoritatem uno tantum Sophoclis loco asererent.

Ep. 29. ἰσόψηφον, ut ait Salm. illud citat Toupius ad Suid. part. 2. p. 184. Ed. novae vol. 1. p. 451.

v. 4. Vere observat Jacobsius hic satis lepide respici ad illa Hesiodi Theogon. v. 78. 79.

Οὐρανίή τε,
Καλλιόπη θ', ἡ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων,
Uraniéque,
Calliopéque, haec una soror supereminet omnes.

v. 4. Br. ex Em. Scaligeri, quae non est in Cod. Leid. Οὐρανίης.

Tit. 68. Ep. 1. v. 2. pro ἐρίφου Br. ἐρίφως, ut est in Ed. Princ. Ald. Pr. Junt.

v. 4. Virg. Ecl. 5. v. 13. 14.

Immo haec in viridi nuper quae cortice fagi
Carmina descripsi.

ubi et Ursinus et Guellius hujus Ep. mentionem fecerunt.

v. 5. Br. ψωφίδιον, quod in nullis Edd. priscis, forte illud e Luc. Holsten. notis p. 361. ad Steph. Byz. desumtum.

v. 6. ὑπάγω, *clam me subduco*, ut apud Terent. Eun. Act. 4. Sc. 7. v. 25. Pan enim in populi cortice legens, quo in loco summus suus amor

 Daph-

Daphnis invenisi posset, submissâ voce dicit Nymphis, *valete, clam ad eum propero*, pudet enim se pueri amore flagrare. Non uno autem eodemque sensu verbum ὑπάγειν apud optimos scriptores in usu esse, satis apparet ex Lexicis. Nostrae interpretationi favent Suidas et Etym. Magn. apud quos ὑπάγει est ἐξαπατᾷ. Qui enim se clam subducit, nos decipit! de formoso Daphnide, cujus mortem aegerrime tulit Pan, ut patet ex carmine Meleagri L. 3. Tit. 7. Ep. 7. Vid. praeter Servium ad Virg. Ecl. 2. v. 26. Ecl. 5. v. 20. et Ecl. 8. v. 68. V. D. notas ad Ovidii Metam. L. 4. v. 276. et 277. et P. Wesseling. ad Diod. Sic. L. 4. p. 327. §. 28. et 34.

Ep. 2. Mercurii et Herculis statuae saepius conjunctae collocabantur, ut vidimus in Tit. 38. Ep. 3. et Ep. 4. h. l. ad quem locum consulendae sunt Jacobsii notae, ut etiam eae Arnaldi de Diis Ass. p. 137. sq.

v. 4. in versione pro *ex Oleâ*, lege *hoc oleâ?* ut erat in M. S. S.

Ep. 3. Lege ΜΑΚΕΔΟΝΙΟΥ. Inter ea Macedonii Consulis est apud Br. tom. 3. p. 121.

v. 2. χαροποῖς κύμασιν. Vid. ad Tit. 38. Ep. 5.

v. 3. Br. ex emendatione Salm. cujus notae legendae sunt, dedit οὐδ' ἄν ἐν αἴθρῃ, in Ed. Princ. Ald. Junt. Ascens. et Bas. οὐδ' ἀν' ἀιθέρα. Ald. Sec. Tert. Ven. οὐδ' ἀν' ἀν' ἀιθέρα. Steph. Brodaeum secutus οὐδ' ἄν ἀν' αἴθρην.

Ep. 4. v. 1. Βόρκος Ald. Sec. et Ven. in versione latinâ quamvis ita in M. S. S. esset, lege pro *Bocchus*, *Borchus*, quae vera lectio, ut est apud Salm.

v. 2. Ἀιγίλιπα σχοίνῳ πέτρον, conf. L. 3. Tit. 22. Ep. 30. et Hom. Il. I. v. 15. et ibi Schol.

v. 3. Br. ὁ καὶ, βόσιν ὡς, quod non in aliis, ex auctoritate Opsopoei.

v. 4. Br. ἐφελκομένῳ, quod unde desumserit, ignoro. χρυσομαλίνην, male Ald. Sec. quod vitium in Ald. Tert. et Ven. transiit, notatum a Runhk. ex Grut. Exemplo.

v. 5. κάππεσεν εἰς Ed. Princ. Junt. Ald. Tert. Ascens. et Bas. sed Ald. Pr. Em. κάππεσιν δ' εἰς, unde Sec. κάππεσε δ' εἰς, quod et in Venet. et aliis.

Inter Ep. 4. et 5. in Edd. priscis aliud occurrit, cujus initium Εὐνεῖκα μ' ἐγέλασσε, quod initium Idyllii xx. Theocriti. Steph. vero illud omisit.

Ep. 5. Natalis Comes L. 5. c. 6. hoc Ibyco tribuit, quâ auctoritate, ignorare se fatetur Ruhnk. Ep. Crit. 1. p. 63. Optime hoc contulit Jacobsius cum L. 4. Tit. 12. Ep. 75. Platonis.

v. 3.

v. 3. Br. βεβριθότι pro βεβριθότα, quod non probo, bene Jacobsius, Virg. Ecl. 4. v. 21.

Ipsae lacte domum referent distenta capellae
Ubera.

v. 5. πόσις ἀιγῶν, *vir gregis ipse caper.* Vid. Guell. Virg. Ecl. 7. v. 7. et conf. T. 6. Ep. 2. h. l.

Tit. 69. Ep. 1. Memoratur in notis ad Grotii Proleg. p. 137. Conf. Salm. Vox Σκύλλος, in Edd. vetustis varie effertur. Vid. Kuhn. ad Polluc. p. 787. ubi hujus Ep. mentionem fecit, et Cl. Valcken. ad Herodot. L. 8. p. 622. Ad explicationem carminis unice facit a Brodaeo allatus Pausaniae locus, Phocic. L. 10. c. 19. Conf. Plin. L. 35. c. 11. et ibi Harduin.

v. 2. Br. ἤλαυνε; et sic in Edd. priscis: primus Stephan. ἤλαυνεν.

v. 5. ἀλίσθανε, vitiosa lectio ex Steph. quae erat rejicienda, et legendum ut est, ad Cod. Leid. et in Salm. notis, ἀλίσθανε. Omnes Edd. Vett. αὔτανδρος, σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσιν, elegans vox, Polybio et Luciano familiaris, de quâ Vid. omnino V. D. notas ad Hesych. h. v. ἄναυδος, *mutus tanquam lapis*, ut Lib. 4. Tit. 31. Ep. 5. et Odyss. Ξ. v. 456. et Κ. v. 378. at hic verti mallem, *inglorius*, *sine nomine ac laude*, ut enim αὐδήεις apud Eustath. Od. Ε. p. 1543. §. 47. κατὰ τοὺς παλαιοὺς dicitur διαβόητος, ἀοίδιμος, et ἔνδοξος, sic ἄναυδος in contrariam partem sumi posse arbitror; retinaculis enim navium, in medîâ tempestate, subter aquas clanculum abscissis, non muti, sed decepti sine laude peribant Persae, quos hercle eadem gloriae cupido incendebat, quae Herculem olim apud Homerum. Il. X. v. 304. 305.

Μὴ μὰν ἀσπουδέι γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην,
Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

Jam olim verti:

Ne moriar virtutis inops, ne nominis expers,
At seri mea facta probent memorentque nepotes.

Ep. 2. Alligat Fabric. Bibl. Gr. L. 3. p. 689. explicant illud J. Tristan Comment. Hist. T. 1. p. 86. et Franc. Vavassor de Epigr. cap. XVI. p. 121. quem Vavassoris locum ad suum Ex. etiam notavit Ruhnk. qui φαλαγγόμαχος, ut in Cod. Vat. et Grut. Ex. scribi voluisse videtur.

v. 3. Salmasio suspectus, sed bene Jacobsius scripsit ad me, *nihil vulgata lectione verius.* Idem ille citat Dionis Cassii verba L. LXXIII. p. 1239. Οὐδ' ὅπως γυμνάσωνται ἤδεσαν· οἵ τε ἐλέφαντες ἀχθόμενοι τοῖς πύργοις, οὐδ' αὐτοὺς ἔτι τοὺς ἐπιβάτας ἔφερον. ubi Vid. notas. Salm. pro ζυγοδέσμους ex memb. ζυγοδέσμοις.

v. 4. Sic L. 4. Tit. 34. Ep. 4. ἄντυγος οὐρανίης, sed de hoc erit agendum ad L. 2. Tit. 52. Ep. 7.

Ep. 3. Inter prodigia habitum, si simulacra sudassent, satis cognitum, ut inter alia ex Livio L. 27. c. 4. ad fin. et Cicer. de Divin. L. 1. c. 43. ubi Vid. Davis. ex his satis notis modo memoremus Apollonii Rhodii versus L. 4. v. 1284. et 1285.

Ἢ ὅταν αὐτόματα ξόανα ῥέῃ ἱδρώοντα
Αἵματι.

Vel cum sponte sua sudantia signa maderent
Sanguine.

ubi doctus Scholiastes habet. ὅταν μέλλῃ τὶ συμβαίνειν χαλεπὸν, εἴωθε τὰ ἀγάλματα ἱδρῶν. Quod huic loco aptissimum. conf. Ursin. ad Virg. Georg. L. 1. v. 480.

Tit. 70. Facillimum intellectu carmen; audacius videatur dictum.

v. 3. Αἰῶνος τέφρῃ κατεδήδοκεν, at cum de eversâ Trojâ agitur, statim poëtis vox *cinis*, et quidquid magis destructionem indicat, animo obversatur. Nota sunt illa Catulli Carm. 67. v. 89. 90.

Troja nefas, commune sepulcrum Asiae, Europaeque,
Troja virûm et virtutum omnium acerba cinis.

Quales versus si quis hodie facere vellet, non facile veniam impetraret ab iis, qui poëseos latinae vim et concinnam modulationem se intelligere arbitrentur. Ceterum conf. Propert. L. 4. El. 1. v. 54. *Et huic cineri Jupiter arma dabit.* Ovid. Fast. 1. v. 526.

Hic toto est altior orbe cinis.

v. 6. pro κείσομαι, κλείομαι legendum putat Wakefield, Silv. Crit. part. 1. p. 84. Sed vulgatam lectionem praeclare tuetur Jacobsius; pro σόμασι apud Br. σόματι.

Ep. 2. v. 2. τεμνομένων *mactatorum*, τάμνειν enim Ionibus pro θύειν in usu est. Eustath. ad Iliad. p. 190. §. 45. διὰ τομῆς ζώων θυομένων. unde ὅρκια τάμνειν, *victimas ferire foederis causâ.* apud Hom. Il. B. v. 124. et simpliciter ταμεῖν Il. Γ. v. 197. Sed Vid. doctissimi Dan. Heinsii notas ad Sil. Italic. L. 1. v. 119.

v. 9. ἀλάβαστρα Vid. de h. v. praeter Ez. Spanh. ad Callim. in Lavacrum Palladis v. 15. qui hujus Epigr. non inmemor fuit, doctos commentatores Jac. Elsnerum, ad Luc. cap. 7. v. 37. et Jo. Alberti et Jo. Jac. Wetstenium ad Evang. Matthaei. c. 26. v. 7. ἐφαπλίς, de hoc vestimenti genere, quod aliis tunicis superindui solebat, Vid. Lucian. Dial. Mort. x. vol. 1. p. 366. Contempl. p. 509. et Dial. Meretr. ix.

vol.

vol. 3. p. 301. Oct. Ferrar. de Re Vest. part. 2. p. 5. Fuit etiam muliebre amiculum, de quo Suid. h. v. J. Nic. Loënsis Epiphill. L. 6. c. 5. Salm. ad Hist. Aug. Script. T. 2. p. 332. et 384. egerunt. Denique Pierson. ad Moer. p. 139.

v. 5. κρατεὴ, omnes Edd. Vett. Ascens. κραταιὴ, quod Steph. et alii secuti sunt et Ruhnk. probavit.

v. 8. Recte Jacobsius hic allegat ex Anth. Lat. L. 3. Ep. 1.

Fama manet: fortuna perit, cinis ipse jacentis
Visitur, et tumulo est nunc quoque sacra suo.
Exigua ingentis retinet vestigia famae;
Et magnum infelix nil, nisi nomen habet.

conf. Ep. 5. v. 3. 4. 21. et 22.

Ep. 3. Haec vitia typographica hic tollenda. v. 1. pro πυμάτων Lege πυμάτην, et v. 3. pro Ἴταλος, Ἰτκλὸν. citat Scaliger Castig. in Propert. p. 225. et 226.

v. 1. ἐσφρήγισαν, *sigillo suo comprobarunt*. pro quo ἐκισφρηγίζω, L. 5. T. 2. e. 39. et paullo aliter ἐνσφρηγίζω, L. 7. e. 51. dicitur pro *effigiare*, seu potius *ad effigiem formare, propositam imaginem imprimere*.

v. 4. ὅρμον ἔχεις, Ed. Princ. Junt. et Basil. Ald. Pr. Em. Sec. Tert. et Ven. ἔχεν. at Ascens. ἔχω, quod Steph. et alii probarunt.

v. 5. pro ἡ legendum ἢ ut in Ed. Princ. ad Cod. Leid. et apud Huëtium. et Scalig. l. c.

Ep. 4. Vid. Remarq. de M. Boivin Mem. de Litterat. vol. 2. p. 277. Latine legitur in Anthol. Lat. Tom. 1. p. 86. ubi Vid. Burm. notas. ad Ex. Ruhnk. *vertit Dan. Heinsius Poëm. p.* 136. in meâ Edit. p. 616. qui, quam merito improbavit Salmasius v. 5. lectionem videtur secutus, Θεσσαλίη δ' οὐκ ἔστι, et se, ut alii, in hoc vertendo plane imparem Grotio praebuit.

v. 5. Μυρμιδόνες δ' ἀπόλοντο, cum Salmasius in Aldinâ Sec. invenisset Θεσσαλίη δ' οὐκ ἔστι, hanc ineptam lectionem aperte oppugnare, ut ipse ait, non fuit ausus, priusquam incidisset in vetustissimas membranas, ubi legeretur Μυρμιδόνες δ' ἀπόλοντο, sed illi viro his membranis non opus fuisset, si modo ut Grotius inspicere voluisset vel Ed. Princ. Ald. Pr. Junt. Ald. Tert. Venet. Ascens. Basil. et reliquas, quae unanimi consensu receptam lectionem tuentur: una Ald. Sec. hanc lectionem ex Emend Pr., quam etiam repudiavit Ruhnk. recepit. παρίσασο Huëtius, *mente animo*. Talem egregiam h. v. explicationem dedit summus Hemsterh. ad Luciani Contempl. Tom. 1. p. 507.

v. 6.

v. 6. Ed. Princ. Ald. Pr. Junt. et Baſ. πάσιν, at reliquae ex Ald. Pr. Em. πᾶσαν. ὁ πάνυ Salmaſius quid ſibi velit in refutandis Planudis ineptiis, ſane non intelligo. Reſpicit poëta ad praclaram illam victoriam, quam Paulus AEmilius Conſul de Perſeo, ultimo Macedoniae rege, reportavit, A. M. 3837. ipſo rege cum conjuge et liberis in ſplendidisſimo triumpho ducto, quâ victoriâ ut Graecia cecidisſe, ſic AEneadum progenies a devictâ gente meritas poenas ſumſisſe habebatur. Huc faciunt, ut bene animadvertit Opſopoeus, Virgilii verſus L. 6. v. 836. et ſqq.

Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho
Victor aget currum, caeſis inſignis Achivis.
Eruet ille Argos, Agamemnoniasque Mycenas,
Ipſumque AEacidem, genus armipotentis Achilli
Ultus avos Trojae, templa et temerata Minervae.

ubi Vid. eruditisſimi Heynii notas.

Ep. 5. Ep. 6. Salm. more ſuo ſe haec alias pluribus expenſurum promittit. Sed ſatis hoc Ep. 5. explicatum a Schol. ad h. l. verbis Homeri Il. π. v. 70.

Θάρσυνος. οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λεύσσουσι μέτωπον.
Audax, nulla meae ſpectans inſignia frontis.

Ubi Vid. citatum a Clarkio Plutarchi locum. in verſione lege *Demaratus* pro *Damaratus*.

Ep. 6. v. 2. εὐθώρικος male Ald. Sec. Tert. et Venet. pro εὐθώρηκος.

Ep. 7. v. 1. γελάσης Ed. Pr. Junt. Ascenſ. et Baſ. γελάσσης Ald. Em. quod in reliquis.

v. 3. Br. pro πεύθεο, πένθεε. nulla ratione reddita.

v. 4. πᾶσα νένευκε πόλις. Similis phraſis, ut notat Guellius, apud Virg. Ecl. 4. v. 50.

Aspice convexo nutantem pondere mundum.

v. 8. Ζυγόδεσμα. Dicitur Ζυγόδεσμον et ὁ Ζυγόδεσμος. Vid. Villoiſ. ad Apollonii Lex. et V. D. ad Heſych. Legitur apud Hom. Il. Ω. v. 270. in verſione pro *Trajugenûm* Lege *Grajugenûm*, ut erat in M. S. S.

Ep. 8. v. 2. Ed. Princ. Junt. et Baſil. Ζαμενὴς, quod et Opſopoeus ſecutus pro δεκέτης, quod ex Ald. Pr. Em. transiit in reliquas. δεκέτης optime ſe tuetur, Vid. ad Tit. 5. ep. 11. et Tit. 41. Ep. 3. h. l. noſtras annot. citat hunc verſum Guellius ad Virg. Aen. L. 2. v. 198. et 199.

v. 3. accommodate, ut ait Jacobſius, haec attulit Mitſcherlichius ad ea Horatii L. 4. Od. 6. v. 13. ſqq.

Ille

Ille non inclusus equo Minervae
Sacra mentito, male feriatos
Troas et laetam Priami choreis
falleret aulam;
Sed palam captis gravis.

Palam; ut hic Ἀμφαδὸν.

v. 6. λάεσιν hoc Jo. Brodaeus et Hier. Megiserus *de populo* interpretati sunt; melius Opsopoeus et Grotius hoc *ad lapides* et *aedificia* retulerunt.

Ep. 9. Vid. Jacobsii notas ad Jo. Tzetzae Posthomerica. p. 160. Quare vero, ut ex Comm. apparet, idem doctus ille vir hic epitheton δεκέτη parum commodum esse existimet, rationem non video. Δεκέτηρος, δεκέτης usitatae sunt voces, cum de bello Trojano agitur, ut animadvertimus ad Tit. 5. e. 10. 11. conf. quod antecedit, et Cerdae annotat. ad Virg. L. 2. v. 195. δεκέτης λόχος sunt eae insidiae, in quibus bene struendis decem annos consumserunt Graeci. Propertius L. 3. El. 10. v. 25.

Castra decem annorum, et Ciconum mons, Ismara, Calpe.

ubi V. D. merito offendit illud Calpe, qui aliud nomen huic substituere tentant: Vid. Burm. notas. At mihi tam facillimâ emendatione, ut cuivis ea in mentem venire debeat, locus sanari posse videtur; legendo

Castra decem annorum, et Ciconum mons, Ismara capta,
Exustaeque tuae, trux Polypheme, genae.

ultimum, ni fallor, ex emendatione Santenii, nam *mox* nihili est. Eodem modo *terribilem* Polyphemon vocat Ovid. Met. L. 13. v. 772. Capi proprie de montibus et urbibus dici, nemo ignorat. Praeterea hoc historiae, quam Ulysses Alcinoo narrat Odyss. 1. v. 39. 40. et sqq. plane convenit. Profectus ab Ilio ad Ciconas primum appulit Ulysses, urbemque Ismaram expugnavit. Vid. Passeratii notas ad Tibull. p. 95. In latinâ versione dubium est utrum *armorum*, an *annorum*, scriptum sit. *armorum* legit, qui versionis Grotianae usum habuit Junius de Pict. Vett. pag. 84. part. 2. Sed hoc minus placet, propter illud mox sequens *Armigerae*, et melius annorum quam armorum meditata efferri possunt.

v. 2. ἔγκυον, Optime V. D. ad Virgilii L. 2. v. 237.

Scandit fatalis machina muros
Feta armis.

commemorant Euripidea. Troad. vs. 11. Ἔγκυμον ἵππον τευχέων ξυνηρμόσας. εὐόπλου — ἡσυχίης. *Recte*, ut ait Br. L. et Em. p. 169. *Opsopoeus ex po-*

ponit, SILENTIBUS GRAECIS PROBE ARMATIS PLENUM; *ita, ut emendationem, minime tamen contemnendam Jac. Phil. de Medenbach, reponentis ἡλικίης, admittere necesse non sit.* Medenbachii emendationem etiam ad suum Ex. notavit Burm. Neque illam nos probamus. Virg. Aen. L. 2. v. 45.

Inclusi ligno occultantur Achivi.

quos summum silentium tenere oportebat. verissime Grotius,

Armigerae foetum aerne quietis equum.

v. 4. Br. ὑπὸ γῶτον ad Cod. Leid. ὑπὸ.

Ep. 10. Conf. Ep. 11. 12. V. 3. ἧς ἐπάτησα Τεῖχεα. apposite Jacobsius Horat. Epod. XVI. v. 11. 12.

Barbarus, heu! cineres insistet victor, et urbem
Eques sonante verberabit ungula.

πατεῖν, *calcare.* Adde Justin. L. 12. fin. de Alexandro Magno. *Cum nullo hostium unquam congressus est, quem non vicerit; nullam urbem obsedit, quam non expugnaverit; nullam gentem adiit, quam non calcaverit!* De Mycenis, quas funditus delerunt Argivi, Vid. Strabon. L. 8. p. 579. Pausan. L. 2. p. 146. at inprimis Eustath. ad Hom. Il. B. p. 290. §. 8.

Ep. 11. Alpheo Mitylenaeo etiam tribuit Salm. v. 1. Br. ἀὶ δ' ἔτι λειμῶν et v. 2. πολλὸν pro πολλῶν et v. 3. Μυκήνη, quae lectiones, ex ingenio auctoris natae, in nullis aliis Edd. inveniuntur.

Ep. 12. In omnibus Edd. tribuitur Antonio Argivo, ut seq. Ep. 24. quare Fabric. Bibl. Gr. Tom. 2. p. 711. etiam duo hujus poëtae hic inveniri Epigr. affirmat. Grotius vero Salmasium secutus. Mundo Munatio dedit. in fine mutilum ex membranis, duobus versibus, qui etiam Grotio innotuerunt, et hic leguntur, supplevit Salm. quem Vid.

V. 3. ad Ex. Ruhnk. ex Grut. pro ἡ, ἢ βασίλειον.

v. 5. Μηλόβοτος. Hesych. τόπος ἀνειμένος προβάτων εἰς βρῶσιν· Suid. μηλόβοτος χώρα. ὑπὸ πολεμίων ἐξερημωθεῖσα, ἣν καταιέμεται τὰ τετράποδα, ut locum legendum docuit Kusterus. Simile argumentum quod in superioribus; de quo haec leguntur apud Ovid. Metam. L. 15. v. 425. et sqq.

Clara fuit Sparte: magnae viguere Mycenae:
Nec non Cecropiae: nec non Amphionis arces.
Vile solum Sparte est: altae cecidere Mycenae.

Qui versus, quamvis illos tollendos esse censeat summus in his litteris vir, N. Heinsius, tamen mihi ingenio Ovidiano non indigni videntur.

Ep. 13. De hoc quidem Vid. D'Orvill. in Misc. Observ. Tom. 1. p. 71.

p. 71. De hac urbium eversione praeclarus est, a Jacobsio non neglectus, Pausaniae locus, L. 8. p. 668.

Μυκῆναι μέν γε τοῦ πρὸς Ἰλίῳ πολέμου τοῖς Ἕλλησιν ἡγησαμένη — καὶ Βοιώτιαι Θῆβαι προσῆναι τοῦ Ἑλληνικοῦ ποτε ἀξιωθεῖσαι, αἱ μὲν ἠρήμωνται πανώλεθροι.

Nos olim. Poëm. p. 221.

Heu fuit! At Megarae fuerunt bimarisque Corinthus,
Pergamaque Argolicis ignibus usta jacent.
Sic Thebae veteres, et magnum nomen Athenae,
Sic viguit Memphis, sic Tyrus alta fuit.

v. 3. Pro κείνων κλεός Jacobsius legendum putat κείνων ἔδος, cui non assentior: τὰ τῶν θεῶν ἕδη recte templa et delubra dicuntur, in quibus simulacra Deorum collocantur; Heroes vero, aeque ac poëtae, non tam stabilem sedem certumque desiderant domicilium, quam quidem

Exoptant vivi volitare per ora virorum.

Illorum, ut ait Hom. Il. Θ. v. 74. et Odyss. τ. v. 108.

κλέος οὐρανὸν εὐρὺν ἵκανε.

Gloria in immenso spatiatur dives olympo.

Hujus fiduciae plenus cecinit Propertius, L. 3. El. 1. v. 9. 10.

Quo me fama levat terra sublimis, et a me
Nata coronatis Musa triumphat equis.

Praeterea ut σβέννυμι et ἀποσβέννυμι de tollendis et exstinguendis rebus in usu est, sic ἄσβεστος de non tollendâ et nunquam interiturâ gloriâ apud Hom. Odyss. Δ. v. 584. et Η. 333.

ἄσβεστον κλέος εἴη.

Conf. L. 3. Tit. 5. Ep. 24.

v. 6. εὐμήκων. Ald. Pr. Em. Sec. Tert. et Ven. εὐμύκων, recte ex Ed. Princ. et Junt. restituerunt Ascens. Basil. aliae.

Ep. 14. Conf. Ep. 2. v. 1. περίβλεπτον — κάλλος, *pulchritudo, quae omnium oculos in se convertit.* Vid. Valcken. ad Eurip. Phoen. v. 554. sic tres pulchrae puellae stetisse ferantur, ὡς θεαὶ αἱ περίβλεπτοι L. 7. ep. 143.

v. 2. Ποῦ στεφάναι πύργων, Eurip. Hec. v. 910.

Ἀπὸ δὲ στεφάναν κέκαρσαι
Πύργων.

ubi στεφάναν recte, quamvis illud non indicet, pro vulgato στεφάνων ex Ed. Princ. Ald. restituit Musgravius; *muri corona*, est apud Curt. L. 9. c. 4. ubi Vid. V. D. notas.

v. 5. Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἴχνος. Praeclare Seneca Epist. xci. quod et Jacobsius notavit.

Omnium istarum civitatum, quas nunc magnificas ac nobiles audis, vestigia quoque tempus eradet. Nos Poëm. p. 151.

Templorum manifesta vides vestigia, et aras,
Quas pia detrivit, munere larga, manus.

v. 6. ἐξέφαγε, *exedit.* Vid. Polluc. L. 6. cap. 7. p. 586. Curtius L. 3. cap. 4. *Multa in ea regione monumenta, vulgata carminibus, vetustas exederat.*

v. 8. Vid. Misc. Observ. vol. 4. p. 446. et de Alcyonibus quae dedimus Tit. 37. Ep. 9. et Tit. 55. Ep. 10. h. l. Neque hic negligendae sunt Huëtii notae.

Ep. 15. Maxime illustratur a doctissimo Brodaeo, citato Jo. Tzetzae loco Chil. L. 9. v. 410. et sqq.

Τὰς Θήβας ἀτειχίστους γὰρ τελούσας ἐν ὑστέροις
Ἔκτισαν Ζῆθός τε αὐτὸς καὶ Ἀμφιὼν λυρῳδοῦντες
Ἃς Θήβας πάλιν ὕστερον Ἀλέξανδρος ὁ μέγας
Αὐλήμασι κατέσκαψεν, αὐλοῦντος Ἰσμηνίου.

Latino carmine redderem.

Queis quondam caruere, lyrae dulcedine, Thebae
Zethus et Amphion decorarunt moenibus arces.
Magnus Alexander quae praelabentibus annis
Ad tibiam Ismeniae rursus descendere jussit.

Conf. L. 7. Chil. v. 408. At ille Ismenias, peritissimus tibicen, qui dicitur Thebanus Plutarch. in vita Demetrii p. 889. Thisbensis appellatur a Steph. Byzant. de Urb. p. 398. ubi Vid. Berkelii notas. et Eustath. ad Hom. p. 268. §. 9. Menag. ad Diog. Laërt. L. 4. S. 22. et L. 7. S. 125. et Scheffer. ad AElian. V. H. L. 4. c. 16.

v. 4. Br. sine auctoritate dedit πέτροι et αὐτόμολοι, quod non probo, quamvis Jacobsius eam emendationem praeclaram esse putet. αὐτόμολοι, sic Guellius ad ea Virg. Ecl. 4. v. 21.

Ipsae lacte domum referent distenta capellae
Ubera. —

quem locum jam supra attigimus.

At magis ad rem Propert. L. 3. El. 1. v. 43. 44.

Saxa Cithaeronis Thebas agitata per artem
Sponte sua in muri membra coisse ferunt.

Schol. Apoll. Rhod. L. 1. v. 741. ὅτι δὲ ἠκολούθησαν τῇ Ἀμφίονος λύρᾳ αἱ λίθοι αὐτόμαστοι.

v. 5. pro Αμφίων, Br. Ἀμφίων.

v. 6. Vid. Schol. ad Eurip. Phoen. v. 116. et Philostrat. Icon. c. 10. p. 779. quos locos indicavit Jacobsius.

Ep. 16. v. 1. De Harmoniâ, Martis et Veneris filiâ, Vid. Ciofan. et Burm. ad Ovid. Art. Am. L. 3. v. 86 et V. D. ad Hygini Fab. vi. Haec Harmonia longe diversa ab illâ, de quâ mentio fit L. 3. Tit. 12. Ep. 45. Br. ἀθέμιστος, recte ex Vat. Cod. quod probat Salm. sequens Philippi videtur ex hoc expressum.

Ep. 17. Si cum iis, quae praecedunt, conferatur, facillimum intellectu.

v. 2. τελετὰς Εὔιος ἠσπάσατο. *haec sacra Bacchus amat.* ἀσπάζεσθαι enim apud Suidam τὸ χαίρειν τινὶ ἁπλῶς, καὶ ἀγαπᾶν, *aliqua re gaudere, et ea contentum esse*, ut apud Lucian. Amor. §. 45. Tom. 2. p. 448. οἵοι δικαιοσύνην καὶ σωφροσύνην ἠσπάσαντο, *qui justitiam, quique temperantiam amplexi sunt.* Et apud Xenophont. Epist. 1. 2. οἱ σοφίαν ἀσπασάμενοι, *philosophiae studiosi* dicuntur; quare probo Reiskii lectonem apud Polybium L. 15. cap. 1. p. 490. Ed. Schweigh. legentis pro τοῖς θεοῖς σπεισαιντο, τοὺς θεοὺς ἀσπάσαιντο. ἀσπάζομαι est itaque *colo, magni facio, sponte sequor*, Vid. D'Orvill. ad Chariton. p. 42.

Ep. 18. Vid. quae dedimus ad Grotii Proleg. p. 137. carmen illustrant Bentlejus ad Horat. L. 2. Od. 17. v. 17. at in primis Lipsius ad Taciti Ann. L. 2. c. 47. quem sequitur Brotier p. 375. Spanhem. ad Callim. H. in Delum v. 100. p. 463. et Gatak. ad M. Anton. L. 4. p. 131. quorum magnam partem commemorat Schneiderus Anal. Crit. p. 17.

v. 2. Br. αἷς, contra omnium librorum consensum.

v. 3. Br. pro Αἶ Κροίσῳ, αἶ χρυσῷ, quod non placet.

v. 7. Br. Βοῦρα κ' Ἴσ' Ἑλίκη κεκλωσμένα. quam lectionem recepimus. κεκλωσμένα enim in omnibus Edd. priscis ante Ascens. pro quo κεκλυσμενα est apud Huët. Phavorinus apud Stobaeum Tit. CIII. p. 564. Ed. Gesneri p. 833. ἤ δὴ δὲ καὶ πόλεις παρὸ προσεδόκησαν, ἀνάσατοι γεγόνασιν ἀιφνίδιον· αἱ μὲν ὑπὸ πυρός· αἱ δ' ὑπὸ σεισμοῦ, αἱ δὲ τῆς θαλάττης ἐπελθούσης. ποῦ μοι Ἑλίκη; κατεπόθη. ποῦ Βοῦρα; καὶ αὐτὴ κατεπόθη· δύο πόλεις Ἑλληνίδες ἀπώλοντο ὥσπερ πλέουσαι. Saepius in hoc titulo mihi in memoriam revocavi Sulpicii, quibus Ciceronem de filiae obitu consolatur, verba: *Ex Asia rediens cum ab AEgina Megaram versus navigarem, coepi regiones circum circa prospicere. post me erat AEgina, ante Megara, dextra Piraeeus, sinistra Corinthus: quae oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata et diruta ante oculos jacent. coepi ego-*

ego met mecum sic cogitare: Hem, nos homunculi indignamur, si quis nostrum interiit, aut occisus est, quorum vita brevior esse debet, cum uno loco tot oppidum cadavera projecta jaceant? Visne tute, Servi, cohibere, et meminisse hominem te esse natum? Quae quidem verba, quamvis notissima sint, vanorum hominum animis, magna quaeque jaculantium, non satis inprimi possunt.

Bura Helicaeque jacent tumidis vastata sub undis,
Hoc terrae motus, perdidit illud aquae.
Cui modo sit paucas vitae datus usus in horas,
Tu tua, mortalis, desine fata queri.

v. 8. Br. ἐμβυθίαις, quod Cod. auctoritate caret.

Ep. 19. Ἐλεάτου, Ed. Princ. et omnes Vett. Br. Ἐλαΐτου ut legitur apud Stephan. Byz. p. 366. ubi Vid. Berkelii et Holstenii notas. De hoc Ep. etiam egit Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 827. et in eleganti Stephani Ed. 1548. p. 123. Hic locus etiam notatus ad Ex. Ruhnk. Conf. Salmas. Exerc. Plin. p. 569.

v. 1. In Wechel. Ed. male admodum ποιοῦσαι; quod vitium Salmasius l. c. servavit, pro πωοῦσαι, quod in reliquis. Hoc quidem si Planudes fecisset, quae cornua Salmasius sumsisset?

v. 4. Br. Salmasium secutus pro μακάρων, quod in omnibus Edd. priscis, μακρῶν, dedit, quod non probamus. Regionis enim summa felicitas non a tempore, sed a fertilitate annorum exspectanda. Optime Grotius. *Et secli tot melioris opes.*

v. 5. Br. pro ἄμμα, ὅμμα, et v. 8. pro πεπταμένοις, πεπταμένα. nullâ ratione hujus emendationis redditâ; quamvis ὅμμα, quod Grotius expressit, jam Brodaeus et Opsopoeus legendum voluerint.

Ep. 20. Vid. de hoc et seq. ad Praef. Grotii p. 157. quibus adde Ez. Spanhem. ad Juliani Orat. p. 120. sqq.

v. 1. ἄπολις πόλις. opportune commemorat hic Jacobsius ea AEschyli Pers. 681. 682. Ἐξέφθινθ' ἁι τρίσκαλμοι Νᾶες, ἄναες, ἄναες. Vid. quae dedimus ad Tit. 3. Ep. 1. h. l. et Tit. 37. Ep. 17.

v. 5. Br. σοναχνήσετε, contra librorum consensum. De fragilitate non tantum hominum, verum etiam urbium, Vid. ad h. l. Jacobsii notas.

Ep. 21. Hoc et seq. 22. conjunxit Br. Grotius dividi maluit, quem fas erat sequi.

v. 1. Ποῦ τελέθει Κύπρις — similiter Latini, inprimis Ovidius, ut Ep. 12. v. 119.

Numen ubi est? ubi Di?

aliis-

aliisque in locis. Ingeniose, ut omnia, Lucianus in gravissimo Timonis exordio. Ω Ζεῦ — ποῦ σοι νῦν ἡ ἐρισμάρπαγος ἀστραπὴ, καὶ ἡ βαρύβρομος βροντὴ et sqq. quae omnia lectu dignissima sunt.

v. 2. εἰδώλων, umbrae defunctorum intelliguntur, quas per vocem *imago* expressit Virg. Aen. L. 4. v. 654.

Et nunc magna mei sub terras ibit imago.

quae imagines semper quemdam horrorem incutiunt, cum Gratiae nihil aliud nisi amabile spirant. de illis imaginibus Vid. Elsneri observat. Sacr. Tom. 2. p. 97.

Ep. 22. Jacobsius, *Beroë et Berytus eadem fuit urbs;* Vid. ad Grot. Proleg. p. 157.

Ep. 23. v. 4. Br. e Salmasii notis δουπήσεις κόπην. contra omnium non modo librorum consensum, verum etiam ipsius auctoris mentem. δουπέω enim hoc modo sumi, non memini.

Ep. 24. Ab his non aliena inveniuntur supra, Ep. 13. unicum est Antonii Argivi, cum ep. 12. datum sit Munatio. v. 1. ἀιθερίοιο, Ovid. Metam. L. 4. v. 698. et 699. Ed. Burm.

Gorgonis anguicomae Perseus superator, et alis
AEtheriis ausus jactatis ire per auras.

ubi omnino legendum *Aetherias*, ut est in meâ optimâ Aldinâ, aliisque.

Ep. 25. in vulgatis; Hoc jam datum Tit. 30. Ep. 6. h. l. quod doctissimum Opsopoeum fugit. Nos cum utroque in loco Grotius eadem versione usus sit, hic illud omisimus.

Tit. 71. Ep. 1. De hoc Vid. Erasmi Adagia p. 332. in Ed. Princ. Junt. Ascens. et Basil. μῦς, quod probavit Grotius; at Ald. Pr. Em. Sec. Tert. et Ven. pro more suo consentientes, ut in Salm. notis ὗς, quod Br. suscepit, et hoc Ep. Palladae dedit.

Ep. 2. Br. pro Εἰ τοὺς ἀνδροφόνους dedit πατροφόνους priorem lectionem ineptam judicans. Quod ego non ita esse, arbitror; si poëta a parricidis incepisset, omnis orationis, ut ita dicam, κλίμαξ interiisset; Sensus enim esset. *Si parricidas felices esse videmus, quid mirum Jupiter ipse parricida fuisset, si potuisset.* Homicidis quidem, nunquam vero parricidis, felicitatem quamdam posse tribui puto. Quod profecto crimen tam fuit horribile et omnium hominum consensu a naturâ tam plane alienum, *ut, cum Solon interrogaretur, cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset, responderit, se id neminem facturum putasse.* Si vulgatam lectionem sequamur, sensus erit; *si omnia bene succedant homicidis, quid mireris? Jupiter ipse, non modo homicida, sed parrici-*

ἀκίδα, si res ab eo stetisset, fuisset. Qui Grotii et Opsopoei, ad quem provocat Br. inter se versiones contulerit, veritatem hujus observationis intelliget. Ne dicam, quod nova recepta lectio contra omnium Codicum fiat consensum; res sane temeraria, studio litterario perniciosissima.

Ep. 3. Inter ea Leonidae Alexandrini est apud Br. T. 2. p. 199. Salmasii auctoritate Archiae ereptum.

Ep. 4. *τὸν διπλοῦν*, *duplicem*, ut Ulysses apud Horatium L. 1. Od. 6. v. 7.

Nec cursus duplicis per mare Ulixei.

ubi recte Bentlejus, *Ita aliis dicitur varius, fallax*, πολύμητις, πολύτροπος. Εἰδὼς παντοίους τε δόλους καὶ μήδεα πυκνά. *Et sane Graecis* διπλοῦς ἀνὴρ, *est qui aliud loquitur, aliud sentit.* A quâ sententiâ decessisse summum virum, et in opinionem plane frigidam incidisse, cum Ruhnk. ad Tim. p. 87. aegre fero. Verbum *duplex* aliquando etiam apud Latinos significare *fallax, dolosum*, satis apparet ex Observ. Misc. vol. 2. T. 1. p. 25. quem locum indicavit Ruhnk. l. c. Apud Graecos διπλοῦς, quibus contrarium ἁπλοῦς, nihil frequentius; Eurip. Rhes. v. 395.

φιλῶ λέγειν
Τἀληθὲς ἀεὶ, κἀν διπλοῦς πέφυκ' ἀνὴρ.

conf. v. 423. Grotio interprete. p. 294.

Et ego ipse talis, tramitem dictis solens
Rectum secare procul ab animo duplici.

Quid plura? apud Lucian. Vit. Auct. T. 1. p. 566. Mercurius Peripateticum ideo commendat, quod sit, τὸ δὲ μέγιστον, διπλοῦς, quod in utramque partem disputare noverit. et Amor. T. 2. p. 438. διπλοῦς θεὸς ὁ ἔρως, cui nulla habenda fides. Vid. porro Wetsten. ad Pauli Ep. ad Roman. cap. XVI. v. 18. ubi hic locus non omissus, quod probe annotavit Jacobsius, cujus Comment. conf. Vol. 2. part. 3. p. 247.

Tit. 72. Ep. 1. Ulyssis prudentia et virtus, quibus a Circes insidiis immunis fuit, laudantur. Janus Helvetius, summus olim noster amicus, et poëta inprimis sublimis, in Britannia, inter Hooftii Poëmata p. 77. de eodem viro.

Ille per insanas fatis rapienda procellas
Vela, sed in patriam vix reditura dedit.
Non Cyclops, non Scylla rapax, fallaxque Caphareus
AEquoris, Ismariae non domuere manus.
Non longae nocuere viae, non pocula Circes
Fallere, Sirenum non valuere lacus.

v. 8.

v. 8. Br. τὴν φιλότητα, quae emendatio Opsopoeo debetur, et Grotio probata fuit.

Non Ithaci talis pectore sedit amor.

v. 9. In omnibus Edd. ἔμφρονα λογισμὸν. Brodaeus ἔμφρονα, lege δώρημα; quam lectionem Steph. et qui eum secuti sunt adoptarunt: de eâ emendatione vero minime mihi constat. ut hic ἔμφρονα λογισμὸν, sic λόγος ἔμφρων, ipsius sapientiae ratio vel sermo est apud Meleagrum L. 7. Ep. 104. Non modo enim λογισμὸν natura Ulyssi dederat, sed qui erat ἔμφρων, *prudens*, *sapiens*, quod Brodaei emendatione non indicatur. Video quidem, veterem et omnibus libris confirmatam lectionem metro laborare, quod tamen facile corrigi possit, si cum Scaligero legas, φρονέοντα λογισμὸν. Sed quis mihi persuadebit, Palladam metri leges, quas saepe a Latinis, saepius vero a Graecis poëtis, propter sibi cognitas, nobis plane incognitas, rationes, neglectas vidimus, hic observare voluisse. Credo equidem, si quis eo animo ad Anthologiam emendandam accedat, ut omnia, contra metri leges commissa, vitia tollere velit, fore, ut ei magis noceat, quam prosit. Vere, ut ego quidem arbitror, Reiskius ad Theocriti Idyll. VI. p. 182. *Mihi certa sedet sententia, in qua jam a multis versor annis, et in dies magis magisque confirmor, poëtas Graecos ignorasse et, si noverunt, contemsisse illa prosodica Grammaticorum commenta, et syllabas pro lubitu, ex rei cujusque praesentis necessitate aut convenientia, usurpasse promiscue, ut easdem literas syllabasve, prout res quaeque, aut animus ferret, modo producerent, modo corriperent, legis certae aut nescii aut impatientes.*

Ep. 2. ad Grut. Ex. Ἠδύλλου, οἱ δὲ Ἀσκληπιάδου. Ut in Vulgatis est apud Br. Σιμωνίδου. Diomedis, non illius, cujus praeclaram virtutem nobis repraesentavit Homerus, sed alius, cujusdam Thraciae regis, filiae, ut avarissimae meretrices depinguntur. de quibus Vid. Erasmi Adagia, Διομήδειος ἀνάγκη. p. 335. conf. Suid. Hesych. et Schol. Aristoph. v. 1021. Ridicula sane sunt, quae de Diomede, egregio Ulyssis socio, refert Zenobius Cent. III. §. 8.

v. 2. Rem amatoriam, ut ad plura alia, sic etiam ad navigationem satis petulanter transferri, vidimus ad Tit. 57. Ep. 17. h. l.

v. 5. Praeclare Jacobsius ad h. l. attulit elegans Corinthiae meretricis dictum, apud Strabon. L. 8. p. 581. quae cum ignaviae accusaretur, quod opus non faceret, neque lanam tractaret, respondit; ἐγὼ μέν τοι ἡ τοιαύτη τρεῖς ἤδη καθεῖλον ἱστοὺς ἐν βραχεῖ χρόνῳ τούτῳ. Cujus dicti acumen explicat Valcken. in Adoniaz. p. 338. Conf. Eustath. ad Hom. p. 1760. v. 22.

Ep. 3. Τῇ μὲν χαρὶ, Perperam, ut ait Br. et contra Epigrammatis sensum, cum legit Οὐκ ἐν γαστρὶ. Huic vero non assentior. Nam si Philaenium non concepisset, caussa non erat, quare Heliodorus doleret, cujus moerorem ut tollat audacissima meretrix, pro foemineâ prole ei masculam supponit; quod si licitum sit, nulla erit Lucinae auctoritas. hic sensus Epigr. quem, ni fallor, Grotius etiam expressit.

v. 5. Βούβαστις, apud Aegyptios eadem quae apud Graecos Diana. Vid. P. Ern. Jablonski Pantheon Aegypt. L. 3. cap. 3. ubi ultimum hujus Epigr. distichon, vertitur. *Hoc modo Bubastis inutilis redditur. Nam si mulier quaevis sic pepererit, ut Philaenium, qui rationem habebit Deae?* i. e. ut modo foeminam, modo marem proferre possit; ubi certe agitur de partu, sive sit foeminei, sive masculi generis. Hic locus Brunckium, cui fuit cognitus, etiam αὐτομάτως a suâ opinione, quâ sibi non gravidam fingit mulierem, abducere debuisset.

Ep. 4. v. 3. Recte Jacobsius, *turpissimam horum verborum labem sustulit Scholion ad Wechel.* ἐν ἄλλῳ οὕτως· οὐ μὰ (μὰ) Κύπριν· τί δὲ Κύπριν· ἐμοὶ πλέον ἢ ὅσον ὅρκος.

v. 4. Γνώριμον omnes Edd. Vett. usque ad Ascens. qui Γνώριμος, quem Steph. est secutus. Codicum lectionem servari posse putamus.

Ep. 5. Idem legitur L. 6. Tit. 8. Ep. 8. quod Grotius non animadvertisse videtur, cum in utroque loco aliâ versione usus sit.

v. 4. Br. ὀψέγ' ut cit. l. L. 6. et Ed. Princ. in quâ etiam Ἀθηναίην Κύπριν, quod in Ald. Pr. et Junt. cum in Bas. 1549. Ἀθηναίων legitur. at L. 6. ut vulgo. In versione lege *timebat*, ut est in M. S. S.

Ep. 6. Illustratur ex Ep. 49. Meleagri; de quo Vid. Valcken. ad Ammon. p. 41. et Alberti ad Hesych. v. Θυσάνουρος. In versione legendum pro *suscipit illa caro* ex M. S. S. D'Orvill. *suscipit illecavo.*

Tit. 73. Ep. 1. Bene comparat Jacobsius Ovid. Amor. L. 3. El. 6. ubi versu ultimo *non candide torrens* respondet v. 3. *neque candida Nais.*

v. 4. Br. θολερὰς δ' ἠράνισαν νεφέλαι. Huët. ἠρανίσαν νεφέλαις. Br. facilior lectio.

Ep. 2. In Ed. Princ. Junt. et Bas. Ἄδηλον. in reliquis ex Ald. Pr. Em. Βιάνορος.

v. 1. πωτρῷον ut in Vat. Cod. sic notatum ex Grut. ad Rubnk. Ex hic, ut saepius, Graecum Epigramma superat Grotii versio.

Ep. 3. Vid. quae indicavimus ad Grotii Proleg. p. 159. et 160. quibus

bus adde Schol. in quo vitium tollendum, quod docta manus ad meum exemplum notavit, legendo pro συμμιγῆναι δὲ καὶ τῷ Ἀλφειῷ τὴν ἀλλαγὴν εἰς τὸν ποταμὸν. συμμιγῆναι δὲ καὶ τῷ Ἀλφειῷ μετὰ τὴν ἀλλαγὴν εἰς τὸν ποταμόν.

v. 1. στεφανηφόρον ὕδωρ, sic de victore ad Alphei ripas Tit. 33. Ep. 26. h. l. ὁ πρὶν ἐπ' Ἀλφειῷ στεφανηφόρος, et de ipso flumine apud Nonn. Dionys. 37. p. 928.

Ἀλφειοῦ δυστέρωτος, ὃς εἰς Ἀρέθουσαν ἱκάνει,
Ἄβροχον ἕδνον ἔρωτος ἄγων στεφανηφόρον ὕδωρ.

Verto.

Venit ubi infelix Arethusae Alpheus in ulnas,
Sicca coronatae referens sponsalia lymphae.

conf. Drakenborchii notas ad Sil. Italic. L. 14. v. 53. Sic ποτανηφόρον ὕδωρ dicitur Alpheus volvere apud Moschum Idyll. VIII. ubi quid sit ἄβροχον ἕδνον, apud Nonn. ex his intelligitur, Ἕδνα φέρων καλὰ φύλλα καὶ ἄνθεα. alia Alphei ἕδνα memorat Achill. Tatius L. 1. cap. 18.

v. 5. ἐῶν Ed. Princ. Junt. et Basil. nec non Salm. reliquae ex Ald. Pr. Em. ἰδὼν.

v. 6. et sqq. admodum apposite monuit Jacobsius, hos versus multum similitudinis habere cum iis Musaei, v. 261. sqq.

Νυμφίον ἀσθμαίνοντα περιπτύξασα σιωπῇ,
Ἀφροκόμους βαθάμιγγας ἔτι τάζοντα θαλάσσης,
Ἤγαγε νυμφοκόμοιο μυχοὺς ἐπὶ παρθενεῶνος,
Καὶ χρόα πάντα κάθηρε, δέμας δ' ἔχριεν ἐλαίῳ
Εὐόδμῳ, ῥοδέῳ, καὶ ἀλίπνοον ἔσβεσεν ὀδμήν·
Εἰσέτι δ' ἀσθμαίνοντα βαθυστρώτοις ἐνὶ λέκτροις
Νυμφίον ἀμφιχυθεῖσα φιλήσορας ἔλεξε μύθους.

Verto.

Corpus anhelantis tacite complexa mariti
Spumantesque maris vel adhuc de rore capillos,
Virginis in thalami penetralia dulcia duxit,
Abstersitque cutem, totamque perunxit olivo,
Fragranti, roseo, pelagique extinxit odorem.
Mollibus in stratis dum deposuisset anhelum,
Circumfusa genas sponsi, sic blanda locuta est.

v. 15. vulgo μιγῆναι, at recte μιθῆναι probavit Grotius.

v. 23. Br. πισαίῳ et v. 24. πολυδέρκεα. at πάντα ὁρᾷν dicitur non modo Δίκη, sed ipse Deus apud Hesiodum Op. et D. V. 267.

Πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς, καὶ πάντα νοήσας.

Cuncta Dei cernens oculus, qui cunctaque novit.

de quâ verisimâ sententiâ plura dicemus ad L. 3. T. 6. Ep. 8.

v. 25. pro ἀγάμων ad Cod. Leid. manu Scaligeri ἄγαμον, quod Br. recepit. In versione latinâ v. 23. *maeret*, lege *moeret*, et v. ultimo pro *laborum*, *laborem*, ut erat in M. S. S.

Ep. 4. Doctissimus Valckenaerius ad Eurip. Phoen. v. 1480. p. 498. animadvertit μυρίον proprie adhiberi de fluidis, ut μυρίον ὕδωρ, μυρίον οἶδμα. Ast etiam ad alia transferri docet idem ille vir, citatis D'Orvillii ad Charit. notis p. 251.

v. 5. Omnes Edd. Vett. ἐπαύλιον junctim,

et v. 6. pro πάντα, πᾶν. quae primus correxit Stephanus, ultimum forsitan ex auctoritate Ovidii Metam. L. 1. v. 292.

Omnia pontus erant.

Ep. 5. Vid. Guellium ad ea Virgilii, Ecl. 10. v. 4. et 5.

Sic tibi cum fluctus subterlabere Sicanos,

Doris amara suam non intermisceat undam.

Quae cum iis, quae superius dicta sunt, comparentur; adde L. 4. T. 29. Ep. 2. et Meursii notas ad Hesych. Milet. p. 172.

Tit. 74. Ep. 1. Vid. Toupii curas posteriores in Theocrit. p. 14. et 15. quod etiam Ruhnk. notavit. v. 2. verbum ἀκρολογεῖν an alibi occurrat, merito dubitat Jacobsius; plurima vero, aliis scriptoribus plane inusitata, hic inveniuntur verba, de quorum legitimo usu non disputandum. Apud Athenaeum autem L. 10. c. 9. p. 432. Epinicus, fabularum scriptor, Seleucum deridet, inter alia cum eum haec dixisse fingit.

Ἑσμὸν μελίσσης τῆς ἀκρολόγου γλυκύν.

ut scribendum putat Steph. in Lexic. Epinici mentionem facit Suidas, ubi Vid. Kusteri notas.

v. 3. συνέριθοι, Vid. Pierson ad Moerin p. 358. Sic. L. 3. T. 12. e. 53. Callimachus quandam puellam Crethidem vocat ἡδίστην συνέριθον, *sociam suavissimam*, conf. L. 6. Tit. 8. ep. 6.

v. 4. vellem sane mitissimi ingenii vir Jacobsius non tam acriter hic H. Stephanum, cui vel chalcographo litterae Graecae plura debent, quam cuiquam nostrorum eruditorum hominum, reprehendisset, quod antiquam lectionem πῦρ καὶ ἦν retinuerit. In Ald. Sec. Tert et Venet. πυρκαϊὴν, quam lectionem probarunt Scaliger et Huetius, quod, ut et Toupii locum, ad suum Ex. etiam notavit P. Burm. Sec. Non nihil hoc confirmatur Plutarchi verbis in Bruto de Caesaris cadavere, p. 1816.

Ed.

Ed. Steph. et p. 236. Ed. Bryani. οἱ δ' ἀπὸ τῶν ἐργαστηρίων τὰ βάθρα καὶ τὰς τραπέζας ἀναστῶντες, καὶ συγκομίζοντες εἰς ταυτὸ, παμμεγέθη πυρὰν ἔνησαν. Denique si necesse haberet, ut excusaretur H. Stephanus, diceremὶ, quod vir summus hanc, doctis hominibus tantopere laudatam, emendationem in suo Thesauro v. ἄξυλον admittere postea non dubitaverit.

Ep. 2. v. 4. τὸν θάνατον πτῶσιν ἔχουσι βίου. more suo ludit Palladas in v. πτῶσις, ut Tit. 17. e. 4. et 5.

Καλλίμαχον πωλῶ καὶ Πίνδαρον, ἢ δὲ καὶ αὐτὰς
Πτώσεις γραμματικῆς, πτῶσιν ἔχων πενίης.

Conf. Tit. 80. e. 6. h. l.

In versione v. 1. pro *qui* lege *quia*, ut est in M. S. S.

Ep. 3. Non hoc, sed sequens erat Bianori attribuendum. v. 1. in Membr. ut ait Jacobsius, habetur ἡ κρίσις, quod recte in ἢ κρίσις mutandum putat. Propert. L. 4. El. 7. v. 1.

Sunt aliquid manes; letum non omnia finit.

Homer. Il. Ψ. v. 103. 104.

Ὦ πόποι, ἦ ῥά τις ἐστὶ καὶ ἐν ἀΐδαο δόμοισι
Ψυχὴ καὶ εἴδωλον, ἀτὰρ φρένες οὐκ ἔνι πάμπαν.

Est aliquid certe quod restat in aedibus Orci,
Sunt animae et simulacra, leves, sine corpore vitae.

Ep. 4. Bianoris; v. 1. Br. δρᾶτε; et ad Cod. Leid. manu Scaligeri, δρᾶται; ἔστι πίνος, quam lectionem egregiam appellat Huëtius.

Ep. 5. v. 2. Br. πορνοφίλος, quod ipse improbavit L. et Em. p. 279.

Tit. 75. Ep. 1. Cunr. Rittershusius in Sacr. Lect. cap. 4. p. 24. et in notis ad Porphyr. p. 20. de hoc egit, et latinis versibus reddere conatus est, quod ultimum ad suum Exempl. etiam Ruhnk. annotavit. Ex Ald. Pr. Em. Ald. Sec. ἐν ἀνθρώποις ἐστὶ σιωπή. quod etiam Venet. suscepit, sed merito Ald. Tert. et aliae repudiarunt. Ceterum Vid. Observat. Miscell. vol. 2. p. 210. In latina versione v. 4. pro *meditatus* lege *medicatus*. ut erat in M. S. D'Orvillii.

Ep. 2. Plurima ex Stobaeo et aliis in silentii laudem possunt colligi. Nobis sufficit Horat. L. 3. Od. v. 25.

Est et fideli tuta silentio
Merces.

Cujus loci positionem et sensum praeclare intellexit Lambinus. His addas, si velis, Caesaris Augusti dictum apud Plutarch. Apothth. Laconica Ed. Steph. p. 366. et Rualdi p. 207. ἐστὶ καὶ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας.

Tit. 76. Ep. 1. v. 5. 6. Vid. Casauboni Lection. Theocrit. cap. 16.

p. 272. Sed ante omnia V. D. in Obſervat. Miscell. vol. 2. p. 363. ubi de hoc Epigr. et Crinagorae aetate non vulgaria leguntur.

Ep. 2. v. 1. pro Αἴλιος, Λαίλιος, Ald. Pr. Em. Sec. et Venet. quod probatur ex Grut. ad Ruhnk. Exempl. conf. Salmaſ. At Vid. ejusdem Apollonidae L. 3. T. 5. Ep. 14. 15. Αἴλιος Αὐσονίης ϛρατιῆς πρόμος. Ubi de eodem, ni fallor, AElio agitur. Quare mihi de hac voce Λαίλιος non ita plane conſtat; dubito an ſit vera lectio, quamvis Grotius auctoritate Salmaſii adductus eam videatur ſecutus.

v. 2. Br. pro ὕπατον, ὑπατον. quod non necesſe arbitror, quoniam ὕπατος ſaepius ut adjectivum ponitur, ut L. 4. Tit. 5. Ep. 2.

Εἰ δ' ὑπάτης κεφαλῆς ὑπάτην χάριν
εἰκόνι κεύθοις.

v. 7. Bro ἐπὶ ταῖϛδε, ἐπὶ ταῖσι.

Ep. 3. ad hujus, ceteroquin valde plani, carminis majorem intellectum unice faciunt, quae ex Gregorio Nazianz. et Erasmi adagiis hic memorat Jacobſius.

v. 3. Br. pro Ἤνδέ τις, κ' ἂν δέ τις. de Nestore Vid. J. Meurſii notas ad Heſych. Mileſ. p. 171. et Reiskii Notit. Poët. Anthol. p. 248.

Ep. 4. v. 3. Mitſcherlich ad Horat. L. 3. Od. 16. v. 17. hoc, ut obſervat Jacobſius, recte commemoravit.

Crescentem ſequitur cura pecuniam
Majorumque fames.

v. 6. Br. καὶ βιότου θάνατον.

Ep. 5. Inter ea Palladae est apud Br. T. 2. p. 430. cum Meurſius in notis ad Heſych. Mileſium p. 209. et Brucker. Hist. Phil. Tom. 2. p. 352. et Tom. 6. p. 382. illud Paulo Silentiario tribuerint. De Hypatiâ, inter alia, haec ſcribit Wyttenbachius in ſuâ, nondum editâ, Historiâ Philoſophicâ, quam ſuâ manu ſcriptam mihi ſummus meus amicus, optimus et ingenioſisſimus P. Nieuwlandus, reliquit. *Hypatia fuit una ex omni aevo eruditisſima foemina, et melioribus, immo optimis temporibus, digniſsima, filia Theonis Mathematici Alexandrini. Haec a patre disciplinis Mathematicis egregie inſtituta contulit ſe ad philoſophiam, eam quae ex Ammonii et Plotini ſucceſſione Alexandriae florebat, et aſſumto pallio publice in hac ſchola docuit, tantâ quidem celebritate, ut omnes undique Philoſophiae amantes ad eam confluerent. Ad ſummam doctrinae facultatem accedebat formae venustas et mira dicendi ſuavitas, quibus dotibus non peritos modo, ſed inperitos quoque, infimos et ſummos, in ſui amorem et admirationem converteret!* Idem deinde ipſius tae-

ter-

terrimam mortem enarrat: in cujus horrendi facinoris causam nobis excurrere non lubet. Vid. Socrat. Hist. Eccles. L. 7. c. 15. Philostorg. L. 3. c. 9. ad quem locum Gothofredus hoc epigramma, tanquam ἀνέκδοτον, affert, et quidem hac varietate, ut v. 4. legitur.

Ὑπατία σεμνὴ τῶν λόγων εὐφημία:

vel, ut in aliis.

Ὑπατία σεμνὰ τῶν λόγων εὐφορβίᾳ

Ἄχραντον ἄστρον τῆς σοφῆς παιδεύσεως.

Gothofredi errorem, qui illud antea ineditum putabat, non vidit praestantissimus Menagius in suâ eruditissime scriptâ Hist. Mulierum Philosopharum p. 494. — 496. Sed vidit eum Wolfius Mulier. Graec. Fragm. Pros. p. 90. Conf. Damascium apud Suidam vol. 3. p. 533. Fabric. Bibl. Gr. vol. 8. p. 219. Brucker. T. 2. p. 351. Venema Hist. Eccles. Tom. 4. p. 377. et denique Gibbon Decline and Fall of the Roman Empire Tom. 4. p. 549. Inter Synesii, qui ex ipsius disciplina prodierat, Epistolas nonnullae ad eam eleganter admodum scriptae inveniuntur. Ut inprimis illa 124. p. 260. cujus initium ex Homero Iliad. X. v. 389. desumtum.

Εἰ δὲ θανόντων περ κατα λήθοντ' εἰν ἀΐδαο.

Αὐτὰρ ἐγὼ κἀκεῖθι τῆς φίλης Ὑπατίας μεμνήσομαι.

scribi, salvo versu, potuisset.

Αὐτὰρ ἐγὼ κἀκεῖθι φίλης μεμνήσομ' ἑταίρης.

scilicet Ὑπατίας. conf. Epist. 81. et 154.

Tit. 77. Br. Tom. 3. p. 250. cùm hoc titulo. Γραμματικοῦ τινος ἐπὶ τῷ μὴ δύνασθαι τοῖς ποιήμασι Παλλαδᾶ ἐξισοῦσθαι. Epigr. laudat Guellius ad ea Virg. Ecl. 8. v. 55.

Certent et cycnis ululae.

De hoc egerunt Berglerus ad Alciphron. p. 384. et Huschkius in Epist. Crit. p. 84. et Analectis p. 75. conf. Erasmi Adag. p. 481. ubi elegans ipsius Erasmi, ni fallor, legitur latina versio.

v. 2. σκῶπες, Vid. V. D. notas ad Hom. Odyss. E. v. 66.

Tit. 78. Ep. 1. Legitur etiam apud Stobaeum in Excerpt. Grotii p. 38. 39. ubi v. 4. ἠλακάτην ἕλκειν, ceteroquin eadem versio, in quâ nulla varietas, nisi v. 3. *sequetur* pro *sequatur*.

v. 3. σύνεργον ἠλακάτην, Vid. Pierson. ad Moerin p. 358.

v. 5. Ἀχαΐδος, nomen proprium; aliter Salm. Vid. Br. Lect. et Em. p. 153.

v. 5. Br. Ἣν δ' ἵκῃ εἰς ὑμέναιον, ut Ed. Princ. Sed Basil. 1549. Ἣν δ' ἵκῃ ὑμέναιον. typographi errore.

Ep.

Ep. 2. item apud Stobaeum p. 39. ubi v. 1. Σωφροσύνη καὶ ἔρως κατ' ἐναντίον ἀλλήλοισι. atque ita κατ' ἐναντίον Ed. Princ. cum reliquis, usque ad Stephanum, qui junctim κατεναντίον ἀλλήλοισιν, dedit.

v. 3. Br. κτεῖνε aliae omnes κτεῖνεν. Non dissimile illud Ovidii, summi illius humanae naturae interpretis. Ep. xv. v. 121. 122.

Non veniunt in idem pudor atque amor. omne videbat
Vulgus; eram lacero pectus aperta sinu.

v. 4. ad Ex. Ruhnk. ex Grut. pro ἁγνὴ, ἁγανὴ.

Ep. 3. Agitur de gulosis et ventri obedientibus; opportune illud attulit Wetstenius ad haec satis cognita ex Pauli Epist. ad Titum c. 1. v. 12.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

quem Vide, et Cuperi observationes Lib. 3. c. 10. In latinâ versione, quamvis ita habeant M. S. S. non mediocris est error. In his *Experior*, *Venerem*; pro *Experior*, *ventrem*, quod quin verum sit, nemo dubitet. Sic saltem ipse Grotius scribi voluit in Stobaei Floril. p. 40.

Ep. 4. Idem etiam apud Stobaeum p. 40. 41.

v. 7. pro ὁπλιζομένας, quod in vulgatis, Grotius cit. loco ὀπυιομένας. quam lectionem postea asseruerunt Wetsten. ad Acta Apost. c. 1. v. 26. et Pierson. ad Moerin. p. 278.

v. 12. τὴν πάνυ σεμνοτάτην. est illud σεμνὸν, *tristis ea severitas*, de quâ egit Valcken. ad Eurip. Hippol. p. 278. 2. c. Conf. L. 7. Ep. 167. Huic Ep. tanquam manco et mutilo duo disticha adjici voluit Salm. qui, ut est apud Br. L. et Em. p. 220. ita scripsit. *Quos versus omisit Planudes propter mendas, quas alibi tollimus.* ast illud *alibi*, quae promissio in ore Salmasii satis frequens est, non alibi invenitur. Jacobsius obscuros hos versus non tantum Anthologiae suae inseruit, verum etiam docte atque eleganter eos emendare et explicare conatus est; nos Grotium secuti illos non curavimus.

Ep. 5. In Stobaeis p. 95. ubi, quae Grotii erat ingenii ubertas, alia versio.

Oderit et ventrem Deus, et quae pabula ventri:
Haec propter solvi nam mediocre solet.

Ep. 6. In Stob. l. c. v. 2. κλονεῖ. Paul. Silent. L. 7. Ep. 54.

Φράζεό μοι, Κλεοφάντις, ὅσῃ χάρις, ὁππότε δοιοὺς
Λάβρον ἐπαιγίζων ἶσος Ἔρως κλονεῖ.

v. 4. Κυπριδίους δάρους. Sic L. 4. Tit. 13. ep. 6. de Jamblicho Medico,

dico ἁγνὸς ἐὼν Κυπριδίων δάρων. et Tit. 73. Ep. 3. l. 1. de Alpheo, egregie.

Πολλάκις δ' ἐυναίων δάρων βεβιαμένος ὁρμῇ,
Αὐτὴν ἐς φιλότητα κυτῆς ἀλλάχοιο περήσας,
Ἐστήκεις ἄχραντον ὁρῶν Ἀρεθούσιον ὕδωρ.

ubi Vid. nostras annotationes. δάρα itaque proprie *amantium confabulationes*, *seu conjunctiones* ut δαρίζω et δαριστὺς plerumque apud Hom. Il. x. v. 127. 128. et H, v. 216.

v. 6. cum prima in φύσις brevis sit, Br. Salmasii emendationem secutus legit.

ἢ γὰρ ἐκείνων
Οὐδὲν ἀτιμάζει θέσμια συζυγίης.

Si mihi exempla adessent, ubi φύσις, ut in φυσάω, quod ab eodem etymo, etiam prima longa inveniretur, priscam lectionem, quam etiam Villoisonus dedit ad Longi Pastor. L. 4. p. 263. retinerem, quoniam illa repetitio φύσις mihi multo efficacior videtur, quam illud οὐδὲν, et praeterea illud ἢ sit substituendum pro οὐ, quod tamen in omnibus libris. Non aliena ab hoc loco sunt quae habet Virg. Ecl. 6. v. 49. 50.

At non tam turpes pecudum tamen ulla secuta est
Concubitus.

Et Ovid. Metam. L. 9. v. 732. et 733

interque animalia cuncta
Femina femineo correpta cupidine nulla est.

Tit. 79. Ep. 1. v. 4. Salm. in notis ait p. 21. quod loco τρέφεται, pro quo in membranis ex superiore versu repetitur γέγηθεν, melius reponi posse, non videt. Vere quidem, τρέφομαι enim est *haheor*, *teneor*. Vid. magnum Casaubon. ad Athenaeum p. 549. non neglectum a Valckenaerio ad Eurip. Hippol. v. 364. p. 203.

Ep. 2. v. 1. Egregie Jacobsius pro ἐξέστησα, ἐξήτασσα legendum putat, cujus loco etiam ἐξήταξα, ut est apud Theocrit. Idyll. 14. v. 28. poni posset. Verbi usum idem ille Jacobsius optime illustrat. Grotius id in animo habuit, cum ex margine Wechelii ἐξήτησα vertit *libravi*. citatis locis addere lubet alterum Luciani, apud quem frequens hoc verbum, Icaromen. Tom. 2. p. 755. Ἐγὼ γὰρ ἐπειδὴ τάχιστα ἐξετάζων τὰ κατὰ τὸν βίον, γελοῖα, καὶ ταπεινὰ, καὶ ἀβέβαια τὰ ἀνθρώπινα πάντα εὕρισκον. Gratum praeceptum iis, qui cum Cicerone *perceptas penitus et pertractatas humanas res habere*, *summae sapientiae esse*, arbitrantur.

v. 4. ὕβριν ἀτιμοτάτην, *ignominiam ultione carentem*. Vid. Valcken. ad Eurip. Hippol. v. 1416. p. 317.

Tit. 80. Ep. 1. cum hoc conferenda sunt, quae notavimus ad Tit. 12. Ep. 4. Ep. 5. et Tit. 25. quibus in locis plura in hanc sententiam dicta inveniuntur. Mich. Maittaire in Miscell. Graecorum aliquot Carm. p. 187. Fred. Morelli versiones Ep. 1. 3. 5. 13. et 16. dedit.

Ep. 2. Vid. notas ad Luciani Ep. Tom. 3. p. 678. Graviter Horat. Serm. L. 2. S. 2. v. 133.—135.

Nunc ager Umbreni sub nomine, nuper Ofellae
Dictus erat: nulli proprius; sed cedit in usum
Nunc mihi, nunc alii. quocirca vivite fortes,
Fortiaque adversis opponite pectora rebus.

Elegantem etiam h. Ep. versionem dedit doctissimus Lambinus ad Horatii Epist. L. 2. v. 171. 172. p. 403. Nec non Pontan. ad Ovid. L. 2. de Ponto p. 746. et Cunr. Rittersh. Sacr. Lect. L. 6. cap. 8. p. 441.

v. 3. Br. κεῖνος, pro ἐκεῖνος.

Ep. 3. Cyri Magni. Vid. nostras annotat. ad Grotii Proleg. p. 156. 157. Egregie Valcken. cujus aures Bucolicis carminibus patebant, animadvertit ad Moschi Epigr. p. 379. tres primos versus inter Moschi Fragmenta esse habendos.

Ep. 4. Salm. *Sequentia Epigr. Palladae sunt*, εἰς τὸν τῆς Τύχης ναὸν γενόμενον καπηλεῖον: quâ in sententiâ etiam fuit Huetius, quamque ipsa Epigrammata inprimis 6. et 7. plane confirmant. Quare Burmannus noster ad suum Exempl. haec notavit: *scripta haec duo elegantissima Epigrammata in Aedem Fortunae in Cauponam mutatam.* de voce καπηλεύειν more suo, non omisso hoc loco, diligenter admodum egit Wetstenius ad Epist. ad Corinth. 2. c. 2. p. 183. ubi tamen male, ni fallor, citat illa Horatii, 1. Serm. 1. v. 29. *Perfidus hic caupo*, quoniam eo in loco legendum esse, *Pervigil hic campo miles*, demonstravimus in Praef. Hite Poëm. nostra p. XXIII. Receptam lectionem tuetur Toupius ad Suid. vol. IV. part. V. p. 189. Sed quam bene, videant Eruditi. Philostratus in vitâ Apoll. Tyan. L. 1. cap. 13. in fine non inelegante dixit τὴν σοφίαν καπηλεύειν. Lucian. Nigrin. §. 25. p. 65. μάλιστα δὲ ἐμέμνητο τῶν ἐπὶ μισθῷ φιλοσοφούντων, καὶ τὴν ἀρετὴν ὄνιον ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς προτιθέντων. ἐργαστήρια γοῦν ἐκάλει καὶ καπηλεῖα τὰς τούτων διατριβάς. ubi Vid. Cl. Hemsterhusii notas.

v. 4. αὐτὴ Wechel. ex Steph. male pro κ'αὐτὴ.

v. 5. Br. pro τῶν, τὴν ipsius auctoritate.

Ep. 5. De Fortunae, quae ut ait poëta,

Est tantum constans in levitate suâ,

volubilitate multa dici possunt. Parmeno apud Terent. Eun. A. 2. Sc. 2. v. 45.

Omnium rerum, heus vicissitudo est.

ad q. l. doctus vir haec habet. *Unde vere Aesopus, teste Diogene Laërtio* (vol. 1. p. 43.) *interrogatus, quid ageret Jupiter? respondit.* Τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῖ, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῖ. at inter septem sapientum apophthegmata, quae edita sunt apud Plantin. 1570, refertur inter ea Chilonis, cum forte neque hujus neque illius sunt verba. Derivata videntur ex fonte Hebraeorum Ezech. cap. 21. v. 26. ἐταπείνωσας τὸ ὑψηλὸν, καὶ τὸ ταπεινὸν ὕψωσας. Muretus ad ea Senecae Nat. Quaest. L. 3. Praef. *Deus alia exaltat, alia submittit.* citat Hesiod. Op. et D. v. 5—8.

Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, βρίαν δὲ βριάοντα χαλέπτει,
Ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει,
Ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιὸν, καὶ ἀγήνορα κάρφει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει.

Latine verterem, nisi summus Grotius hoc jam fecisset ad Hannae hymnum, Sam. 1. cap. 2. v. 7.

Nam facile attollit quemquam elatumque revellit,
Et facile illustrem minuit, claratque latentem,
Corrigit et curvum facile, attenuatque superbum
Juppiter altitonans, qui summas incolit arces.

Neque aliter Jason Thessalus apud Xenophontem L. 6. cap. 4. §. 23. in Ed. optimâ Leuncl. p. 599. ὁ θεὸς δὲ, ὡς ἔοικε, πολλάκις χαίρει τοὺς μὲν μικροὺς, μεγάλους ποιῶν, τοὺς δὲ μεγάλους μικρούς· quod his paucis expressit verbis

Horat. L. 1. Carm. 34. v. 13. 14.

valet ima summis
Mutare, et insigne attenuat Deus.

ubi Vid. doctissimi Bentleji notas.

v. 1. ἀνεσράφησαν. Euripid. Hel. v. 717. in eadem re.

Ὦ θύγατερ, ὁ θεὸς ὡς ἔφυ τὶ ποικίλον,
Καὶ δυστέκμαρτον· εὖ δέ πως ἀναστρέφει,
Ἐκεῖσε κ' ἀκεῖσ' ἀναφέρων. Conf.

Suppl. Mulier. v. 331.

Ὁ γὰρ θεὸς πάντ' ἀναστρέφει πάλιν.
Cuncta nam versat Deus.

Vid. seqq. inprimis Ep. 16.

Ep. 6. v. 3. πολλὰ ἰδόμαν, saepe de Fortunâ hoc vocabulo Palladas usus est, ut Ep. 13. Ep. 17. et Ep. 19. sqq. Rectissime Jacobsius ad h. l. citat Mitscherlichii notas ad Horat. L. 3. Od. 29. v. 33. Adde sqq. praesertim ad v. 49.

v. 4. πτώσεις mali ominis vox, vel inter Grammaticos. Vid. L. 1. Tit. 17. Ep. 4. et Ep. 5.

Ep. 7. v. 4. Θερμοδότις, calidam vendens aquam, unde Thermopolium dicitur locus, in quo aqua calida vendebatur, vid. Plautum in Curculione Act. 2. Sc. 3. v. 13. et Trinumm. Act. 4. Sc. 3. Objicitur servo, quod *in Thermopolio thermopotaverit gutturem*, ubi Vid. Taubmanni notas, Conf. Adr. Schotti Observ. Phil. L. 5. c. 28. sed inprimis eruditissimi Fulvii Ursini appendicem ad Librum Petri Ciacconii de Triclinio. Apud Ecclesiasticos Scriptores dicitur Θερμοδάτης, *qui aquam calidam sacerdoti porrigit ad sacrificium*.

Ep. 8. v. 1. Salm. in cujus notis Graeco sermone est hujus argumentum, pro Μελτινα, legendum monet Μελιτεια, in Grotii MSS. erat etiam *Meliteae*. Br. Μελτινια.

v. 6. Egregia sane est Jacobsii emendatio legentis.

Ἤλυθεν εὐκταίης σῶος ἀπ' ἐμπορίης.

Sic apud Terentium non semel gaudent homines amicos suos salvos a bene speratâ mercaturâ advenisse. Citatis locis adde Antipatri L. 4. Tit. 4. Ep. 19. et Eurip. Iph. in Taur. v. 213. et Orest. v. 214. ubi Λήθη dicitur τοῖσι δυσυχοῦσιν εὐκταία θεός. et Med. v. 171. Θέμις εὐκταία, quem quidem locum quare idem ille Jacobsius cum aliis immutatum velit, non video. Nam si Λήθη est εὐκταία θεός, quare non eadem Θέμις? Recte apud Phavorinum. εὐκταῖα λέγεται ἀγαθὰ, ἃ τις εὐχόμενος ἀιτεῖ.

Ep. 9. Additur in Grotii Codice, quod etiam notavit Burm. Agathiae *Oratoris Myrinensis*, quod dedimus. Ad Exempl. Ruhnkenii *vertit D. Heins. Poëm p.* 136. in nostrâ Editione p. 616.

Ep. 10. v. 1. Οὐκ ἐθέλουσα. Jacobsio veniebat in mentem, Οὐχὶ φιλοῦσα. At dubito, an non apud Graecos ἐθέλω idem valeat, quod apud Latinos *volo*; id est, *faveo*. Insignis locus est apud Xenophontem Hist. Gr. L. 5. cap. 1. §. 13. Οὐδὲ γὰρ τῷ Ἐτεονίκῳ ἤθελον οἱ ναῦται καίπερ ἀναγκάζοντι ἐμβάλλειν, ἐπεὶ μισθὸν οὐκ ἐδίδου. ut est in Editione Principe, et in eâ rarissimâ et praestantissimâ Stephani 1561. et 1581. ubi tamen Stephanus in margine notat, se putare, Infinitivum deëssé, qui jungatur cum ἤθελον, aut πείθεσθαι aut ὑπακούειν, aut alio ejusmodi verbo, quod Welsio et reliquis occasionem dedit illud πείθεσθαι in textum recipiendi, sed

sed hoc cum doctissimo Fr. Guil. Sturzio Lexic. Xenophont. non necesse et nonnihil temerarium esse arbitror; a qua temeritate se saltem abstinuit Leunclavius. Grotium vero ἐθέλειν pro *favere* sumsisse patet ex ipsius versione.

Non te provexit Fortuna favore.

Ep. 11. v. 1. Br. Εὖ πράττων, pro Μὴ πταίων, quod in vulgatis, ex Cod. Vat. auctoritate D'Orvillii ad Lucian. Tom. 3. p. 678. Sed miror Salmasium, qui accurate admodum variantes lectiones e Cod Vat. annotasse putandus est, neque hic, neque in plurimis aliis locis, talem lectionis varietatem indicasse. πταίω tamen et inde derivata, ut πταῖσμα Fortunae tribui patet ex L. 2. Tit. 49. ep. 5. πταῖσμα τόδ' ἐστὶ Τύχης.

v. 4. Br. τύχης ῥιπαῖς pro τύχης τε ῥοπαῖς eundem D'Orvillium secutus. Lectionem τύχης ῥιπαῖς multis exemplis adstruere conatur Jacobsius, sed cum eam nulla editio agnoscat, et Lucianus hoc modo loqui amet, ut in Demosth. Encom. Tom. 3. p. 519. τῇ παραδόξῳ ῥοπῇ τῆς τύχης, τῇ πολλὰ πολλάκις ἡμῖν συνειργασμένῃ, κεκρατήκαμεν, huic non faveo. Praeterea recte dicuntur ῥοπαὶ Τύχης, quod exemplis probare nihil attinet. Unum modo memorem Polybii locum L. 7. cap. 14. §. 6. et in Valesii Excerptis p. 18. Τηλικαύτην τοῖς νέοις βασιλεῦσι ῥοπὴν ἔχει, καὶ πρὸς ἀτυχίαν, καὶ πρὸς ἐπανόρθωσιν τῆς ἀρχῆς, ἡ τῶν παρεπόμενων φίλων ἐκλογὴ καὶ κρίσις. Non aliter apud Latinos dicitur *inclinatio temporum* et apud Ciceronem ad Diverf. L. 2. Epist. 16. *inclinata fortuna*. Si locis obscuris et aegris medicinam afferamus, bene est; si vero locis sanis et integris subvenire, in iisque pro usitatis minus usitata verba ponere velimus, hoc sane necesse non est. Ceterum nota illa Ovid. Trist. L. 1. El. 9. v. 5.

Donec eris felix multos numerabis amicos,
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Ep. 12. Ni fallor. Munck. ad meum Ex. Sic. L. 4. Tit. 33. e. 9. Εὖγε ποιῶν Λύσιππε γέρων, τὸν καιρὸν ἔφης θεὸν; Philodemus Tit. 90. e. 8. τοῖς πτωχοῖς ὁ χρόνος ἐστὶ θεός. ad q. l. plura dabimus.

Ep. 13. v. 3. Μᾶλλον τοῖς ἀδίκοισι ῥέπει. *Magis inclinat*, seu vergit *ad improbos*. Sic apud Homerum Il. x. v. 212. de lance, in quo Hectoris fatum erat impositum.

ῥέπε δ' Ἕκτορος αἴσιμον ἦμαρ.

ad ep. 2. Tit. 79. Λεωδορίην δὲ ῥέπουσαν, notat Munck. ῥέπουσαν; *praeponderantem*. De fortunâ, magis improbis quam bonis favente, dum pro lubitu suo omnia sine ratione versat, Horat. L. 3. Od. 29. v. 49.—52.

Fortuna saevo laeta negotio, et
Ludum insolentem ludere pertinax,
Transmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alii benigna.

ubi Vid. Mitscherl. et conf. Lucian. Nigrin. §. 20. Tom. 1. p. 59.

Ep. 14. Salm. in lemm. φυεῦντα, pro quo Jacobsius in litteris ad me datis mavult legi φυγόντα.

v. 1. φρύαγμα, Vid. quae dedimus ad h. l. Tit. 6. Ep. 5. conf. L. 7. Ep. 74. Br. τηλίκον, pro πηλίκον ex Salm. notis.

Ep. 15. Br. v. 2. τίς πέλε τὸ πρότερον ex Salm. notis.

v. 4. apud Graecos et Latinos dicitur fortuna ludere et se delectare in rerum humanarum conversionibus. Unus sufficiat Ovidii locus Epist. ex Ponto L. 4. Ep. 3. v. 49. 50.

Ludit in humanis divina potentia rebus:
Et certam praesens vix habet hora fidem.

v. 6. Br. αἰτίσσαι; sed recte αἰτίζων ἀκόλους, ex Hom. Odyss. p. v. 222. conf. Callim. Hymn. in Cererem v. 116. et quae data sunt ad Tit. 20. Ep. 4. h. l.

Ep. 16. Ex ante citatis locis hoc satis explicatur, quibus tamen addi merentur, quos memorat Jacobsius, inprimis Taubmann. ad ea Plauti in Prologo Captiv. 22. *Enimvero Di nos quasi pilas homines habent.* θεῶν ἀθύρματα, ut est apud Platonem. unde quid sit σφαιρηδὸν recte intelligitur. Ceterum Vid. Mitscherl. ad Horat. L. 1. Carm. 34. v. 12. et sqq.

Ep. 17. v. 2. Sic mox Ep. 19. πόρνης γυναικὸς τοὺς τρόπους κεκτημένης βεύμασιν. Vid. Ep. 6.

Ep. 18. v. 2. Br. pro ἐυγενέτειρα, ἐυμενέτειρα. quod contra Grotii opinionem, qui vulgatam lectionem recte secutus est.

v. 2. Br. ὕποτε χειρὶ, ut Ed. Princ. Junt. Basil. 1531. et 1549. reliquae ex Ald. Pr. Em. ut in vulgatis. Huic Ep. Br. quinque versus adjecit, quibus quoniam neque integri, neque faciles intellectu sunt, facile carebimus. Qui vero eos legere velit, adeat Salmasii annotationes.

Ep. 19. Br. v. 2. ex Salm. Notis.

Καὶ τὰς ἀκαίρους μεταβολὰς τὰς τοῦ βιοῦ.

et v. 9.

Τῆς ἐξ ἀδήλου φαινομένης ἐν τῷ βίῳ.

Ep. 20. 21. Haec duo Epigr. quorum primum nihil Luciani sapit ingenium, et alterum incogniti est auctoris, ad Tragicorum Fragmenta per-

pertinere recte judicavit Br. Lect. et Em. p. 137. Dicuntur esse Euripidis, ut ad meum Ex. notatum, et apud Grotium, et Salmasium. quod ad primum, ad Cod. Leid. manu Scaligeri pro οὐδείς, οὔτις, probante illud propter metrum Huetio. Secundum legitur in Stob. p. 435. cui aliam versionem adjecit Grotius.

Quam sors iniqua contigit mortalibus?
His ridet, illos cladibus duris premit
Fortuna, quamvis rite venerentur Deos.

est ibi, εὐσεβοῦσιν εἰς θεούς, ut etiam apud Musgravium in Eurip. Fragm. p. 586. qui hoc duobus versibus, ut plerumque exstat, auctius dedit. Hujus Epigr. non immemor fuit Conr. Rittershusius ad Oppiani Halieut. L. 2. v. 687. p. 258. et recte ad illustrationem h. l. citat illa Manilii L. 4. v. 94.—97.

Quin etiam infelix virtus, et noxia felix:
Et male consultis pretium est, prudentia fallit:
Nec fortuna probat causas, sequiturque merentes;
Sed vaga per cunctos nullo discrimine fertur.

Ep. 22. Lege Λουκιλλίου. Conf. omnino quae dedimus ad Ep. 5. inprimis ea Hesiodi Op. et D. v. 5.

Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει·
Hos facile extollit, sublatos deprimit illos.

Et Horat. L. 1. Carm. 35. v. 2.—4.

Praesens vel imo tollere de gradu
Mortale corpus, vel superbos
Vertere funeribus triumphos.

Cujus poëtae pauca verba apud me magis ad res humanas bene intelligendas et perspiciendas valent, quam omnia illa philosophorum, deinde ab Aristotele usque ad nostra tempora de moribus praecepta, quae enucleare et ad saturitatem in nescio quot capita distribuere, gaudent homines acuti.

ad v. 5. 6. Addenda denuo illa Horatii, L. 2. Carm. 10. v. 9. *Saepius* ut in optimis Edd. non *Saevius*.

Saepius ventis agitatur ingens
Pinus: et celsae graviore casu
Decidunt turres: feriuntque summos
Fulgura montes.

Ubi Vid. Mitscherlichii notas.

Haec eleganter admodum expressit suavissimus inter Belgas poëta

Pro-

Poëtius noster in zyne ryke armoede.

Een felle stormbui breekt de hemelhooge Pynen
In 't wout van Pelion,
Terwyl het kruipend veil in hoven en woestynen,
Het ongeval ontschuilt langs laan en beek en bron.

Tit. 81. Ep. 1. Hoc Q. Maecio tribuit. Br. T. 3. p. 332. et sic in Salm. notis.

v. 3. Br. pro ἀπ' ἐλπίδος, ὑπ' ἐλπίδος. quod non in aliis.

v. 4. ἀλλ' ἑτέρης ἐλπίδος ἐκκρέμαται. Anacreon. v. 441. τὸ δ' ἀπ' ἐλπίδος κρεμᾶται. *Suspensus* apud Latinos. Liv. L. 8. c. 13. *Tot populos inter spem metumque suspensos animi habetis.* conf. L. 7. Ep. 66.

ᾧ ἐπι πᾶσαι
Εἰσὶν ἐμῆς ψυχῆς ἐλπίδες ἐκκρεμεῖς.

Ep. 2. Hoc Luciani potius quam Palladae esse foetum, putat Salmasius.

v. 1. Ἂν μνήμην. Sic Ed. Princ. Ald. Pr. Em. et aliae, Una Juntina μνήμης; quae lectionis varietas fugit Jacobsium.

v. 3. Φυτὸν οὐράνιον. Secundum Platonem in Timaeo vol. 3. p. 90. quem locum etiam indicat Schol. ἄνθρωπος φυτὸν οὐράνιον οὐκ ἔγγειον. Vid. Valcken. ad Eurip. Hippol. v. 630. p. 234. et Casaubon. ad Athen. L. 3. c. 36. p. 237. Magnifice enim Plato sentit de humanâ naturâ, ut in Protagora. vol. 1. p. 322. a. Ed. Serr. ἐπειδὴ δὲ ὁ ἄνθρωπος θείας μετέσχε μοίρας, πρῶτον μὲν, διὰ τὴν τοῦ θεοῦ συγγένειαν, ζωῶν μονὸν θεοὺς ἐνόμισε. accuratius vero in Libr. 6. de Leg. vol. 2. p. 765. et 766. quem locum egregium commemorare lubet. Παντὸς γὰρ δὴ φυτοῦ ἡ πρώτη βλάστη καλῶς ὁρμηθεῖσα πρὸς ἀρετὴν τῆς αὐτοῦ φύσεως, κυριωτάτη τέλος ἐπιθεῖναι τὸ πρόσφορον, τῶν τε ἄλλων φυτῶν καὶ τῶν ζώων ἡμέρων καὶ ἀγρίων καὶ ἀνθρώπων. ἄνθρωπος δὲ, ὡς φαμὲν, ἥμερον. ὅμως μὴν παιδείας μὲν ὀρθῆς τυχὸν καὶ φύσεως εὐτυχοῦς, θειότατον ἡμερώτατόν τε ζῶον γίγνεσθαι φιλεῖ· μὴ ἱκανῶς δὲ ἢ μὴ καλῶς τραφὲν, ἀγριώτατον ὁπόσα φύει γῆ· Praeclare itaque a Platone definitam humani generis praestantiam in ludum et jocum hic vertit Epigrammatarius, sive ille Lucianus, sive Luciani vestigiis insistens fuerit poëta.

v. 5. ἐκ πηλοῦ γέγονας. haec verba illustrat Jacobsius. Sufficiat memorare Luciani locum, Prometh. vol. 1. p. 196. ἐκ πηλοῦ ζῶα πεποιήκα. et ea Callimachi in Fragmentis 133.

εἴ σε Προμηθεὺς
Ἔπλασε, καὶ πηλοῦ μὴ 'ξ ἑτέρου γέγονας.

Vid.

Vid. Ruhnk. Ep. Crit. II. p. 183.

Ep. 3. v. 8. ἠέρα βοσκόμενοι. ut in Automedontis Epigr. quod primus in lucem protulit D'Orvillius in Siculis p. 271. v. ultimo κενεὴν ἠέρα βοσκόμενα. Quod Epigr. quoniam elegans est, iterum dabimus, eique versionem nostram latinam adjungemus.

Ἡμίονοι σύγγηροι ἐμὴν κομεοῦσιν ἀπήνην,
Ταῖσιν Ὁμηρείοις πάντα Λιταῖς ἴκελαι,
Χωλαί τε, βυσαί τε, παραβλῶπές τ' ὀφθαλμοὶ,
Ἡφαίστου πομπὴ, σκύτινα δαιμόνια.
Οὔ ποτε γευσάμεναι, μὰ τὸν Ἥλιον, οὐδ' ἐν ὀνείρῳ,
Οὐ θέρεος κριθὴν, οὐκ ἐάρος βοτάνην.
Τοὔνεκ' ἐμεῦ μὲν ἔκητι βίον ζώοιτε κοράνης
Ἢ ἐλάφου, κενεὴν ἠέρα βοσκόμενοι.

Qui mea plaustra vehunt sunt muli, aetate gemelli,
Maeoonidae prorsus qui precibus similes.
Strigosi, pedibus claudi visuque Strabones,
Vulcani pompam pellis et ossa trahunt.
Hi sub sole nihil, nihil et per somnia gustant,
His sata non aestas, ver neque gramen habet.
De me; vos cervi, vos vivite cornicis aevum,
Quos aethrae pascit nutrit et aura levis.

Vid. de hoc Epigr. Toupii Epist. de Syracusiis p. 343. apud quem ἡμίονοι ex primo in ultimo versu non bene, ut arbitror, repetitur. sed Conf. Jacobsii annotat, vol. 2. part. 2. p. 135. De longâ cervorum et cornicum vitâ Vid. Burm. ad Anthol. Lat. Tom. 2. p. 421. et Libr. 2. Tit. 50. Ep. 21.

Tit. 82. Ep. 1. v. 3. Φήμη δ' αντιπαθὴς, in omnibus Edd. D'Orvillius ad Charit. p. 217. reposuit φήμη δ', ἄν τι πάθῃς, quod a Ruhnkenio etiam indicatum libenter adinodum secuti sumus. notanda varians lectio in Ed. Basil. 1549. ubi pro ἐυθὺς ἀληθὴς, legitur ἐυθὺς ἀμυθὴς.

Tit. 83. Ep. 1. Legitur apud Stobaeum Serm. 139. p. 404. ed. Gesneri; et Aurel. Allobr. p. 223. item in Flor. Grotii p. 153. ubi eadem versio. Locus Pindari est Pyth. A. v. 164.

Ἀλλ' ὅμως, κρέσσων γὰρ οἰκτιρμῶν φθόνος.

Sudorio optimo interprete,

Pulchra attamen, molire, livor
Laetificis melior querelis.

Summus Erasmus, cujus nostra aetas, ingeniosorum hominum, ex vulgari quadam opinione, non ex rerum intelligentiâ cupidissima, verissimas laudes et merita non novit, adeoque non agnoscit, hoc Ep. etiam commemoravit in Adagiis p. 1044. et doctâ interpretatione condecoravit. v. ultimo legitur κινδύνοις, errore typographi pro κινδύνους. Optime Brunck. Lect. et Em. p. 221. XXXV. v. 2. *Typothetae errorem corrige* βαυμάζω. *supra p.* 174. XVIII. 1. ἡ γυαῖς *simili errore excusum pro* γραῖς. *Hoc posterius proximis his diebus primum animadverti, licet Antiphili epigramma vicies aut tricies legissem. Quantam potui diligentiam adhibui, quae in multis elusa fuit, sed hae minutiae sunt, quae lectorem morari non possunt.* Nos quoque cum Brunckio laetamur, quod tam pauci Typothetarum errores, quos humana prudentia non omnes cavere valet, huic editioni irrepserint, praesertim splendidissime et accuratissime editis veterum auctorum libris cum hoc comparatis.

Ep. 2. Salmasius, quantum velit, invehatur in Palladam, equidem hoc et sequens inter ea refero Epigrammata, quae ingenuitate et sapientiâ se commendant. v. 1. ut hic πονηρία et v. 4. μωρία junguntur. Sic apud Stobaeum Tit. 4. Grotii Floril. p. 29.

Ἡ δὲ μωρία
μάλις' ἀδελφὴ τῆς πονηρίας ἔφυ.

Insipientiae
Jure optimo vocatur improbitas soror.

v. 4. μωρὰ δουλεύειν totum se ei dare, ut δουλεύειν ποῖς ἡδονοῖς, χαρᾶς, ὕβρεσι, λαγνείαις, apud Xenophontem et alios, quorum largâ manu exempla dedit Wetsten. ad Tit. Epist. 3. v. 3. ubi ad invidiae crimen depingendum iisdem verbis, ut ἀνόητοι, πλανώμεθα, et δουλεύομεν Apostolus usus est.

v. 5. Ἕλληνες ἐσμὲν ἄνδρες. De his hoc modo disputat Reiskius Not. Poët. Anthol. p. 255. Ἕλληνες *non sunt Graeci, gens Peloponnesum et Helladem sic proprie dictam incolens; sed omnes, ubicumque terrarum tum essent, gentilismo addicti. E carmine Jensiano 72.* (seu 723. apud Reisk.) *videor mihi colligere posse, Palladium id carmen condidisse in simulacra Deorum aenea, quae metu Christianorum legum, idola in publico et propatulo conspici vetantium et fisco atque officinae monetariae conspecta addicentium, in arcam abdiderit.*

v. 6. Br. pro τεθαμμένας, τεθαμμένων, quod licet auctoritate veterum librorum careat, tamen recte dici, arbitror, ut apud Lucian. de morte Peregrini, Tom. 3. p. 345. ἐλπίσιν ἀκολουθοῦντας. et si in notâ re alia velis,

vellis, dabo ea Matthaei cap. 8. v. 22. ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς.

v. 7. Idem Palladas T. 80. e. 5.

Ἀνεστράφησαν, ὡς ὁρῶ, τὰ πράγματα.

Et apud Lucian. pro Merc. Cond. vol. 1. p. 708. ἀνεστράφθαι τὰ πάντα. pro quo in Abdicato, vol. 2. p. 167. ἄνω καὶ κάτω στρέφεσθαι τὰ δίκαια. ut saepius apud Euripid. cujus verba in Med. v. 410. proverbii locum obtinuerunt.

Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν
Χωροῦσι παγαί,
Καὶ δίκα καὶ πάντα πάλιν στρέφεται.

Vid. V. D. notas ad Hesych. p. 411. Ἄνω ποταμῶν, et Mitscherl. ad ea Horatii L. 1. carm. XXIX. v. 10.

Quis neget arduis
Pronos relabi posse rivos
Montibus, et Tiberim reverti.

Quas elegantias, quamvis satis cognitae sint, libenter commemoramus.

Ep. 3. Vid. Barnesii notas ad Hom. Il. P. v. 97. 98.

v. 3. κορύσσεται; ἐπαίρεται. armis superbiens effertur, ut Achilles apud Eurip. Iphig. in Aulide v. 1071. — 1073.

περὶ σώματι χρυσεόν
ὅπλον Ἡφαιστοπόνων
κεκορυθμένος.

Praeclara Grotii interpretatio.

Deum lacessens, Marte manifestario.

In versione pro *Persequitur*, *Prosequitur*. M.SS.

Ep. 4. Br. auctoritatem Salmasii secutus inter ea Antipatri Thessal. dedit T. 2. p. 120. quamvis Hemsterhusius ad Lucian. vol. 1. p. 213. Aristonis esse existimet, neque Brunckii lectionem v. 2. pro θυμοβόρου, θυμοβόρον reponentis, agnoscat. v. 4. ἐπὶ Τροίᾳ et v. 5. ἐπὶ θοίναν. eidem Salmasio debentur.

v. 1. πριόμενα; πρίεσθαι ad internum animi affectum spectare allatis exemplis docuit Jacobsius.

Plurima sunt Epigrammata, quibus Jovis in Ganymedem amor depingitur: duo inprimis elegantissima Meleagri ex Anth. inedita, in nostro apographo p. 59. et 64. apud Br. Ep. XL. XLI. apud Mansonem XII. et XIII. et apud Klotzium in Stratonis Fragm. XX. et XXI. Dabimus, ut plerique leguntur, nostramque versionem eis adjungemus.

Εἰ Ζεὺς κεῖνός ἐστ' ἐστιν, ὁ δὴ Γανυμήδεος ἀκμὴν
Ἁρπάξας, ἵν' ἔχῃ νέκταρος οἰνοχόον,
Κἠμοὶ τὸν καλὸν ἐστιν, ὑπὸ φιλάγνοισι Μυῖσκον
Κρύπτειν, μή με λάθῃ, παιδὶ βαλὼν πτέρυγας.

in quo v. 3. Wyttenbachius Bibl. Crit. vol. 1. part. 2. p. 32. pro κἠμοὶ τὸν καλὸν legi mavult κἠμοί τοι καλόν, et quidem auctoritate Homeri, quasi apud illum Iliad. A. v. 11. legeretur.

Οὕνεκα τοὶ Χρύσην ἠτίμησ' ἀρητῆρα.

Ego vero in omnibus Edd. deindè a primâ Florentinâ et optimâ hanc lectionem non inveni. in iis, ut in vulgatis,

Οὕνεκα τὸν Χρύσην ἠτίμησ' ἀρητῆρα.

Praeterea illud κἠμοὶ τοι offendit poëtarum aures. Sed Vid. Warton. ad Theocrit. Tom. 1. p. 89.

Latine redderem.

Si Jovis est eadem in flavo Ganymede voluptas,
Nectarea hunc rapiens ut sibi vina daret!
Te sub visceribus condam, formose Myisce,
Clam velet puerum ne Jovis ala meum.

alterum hoc est.

Στήσομ' ἐγὼ καὶ Ζηνὸς ἐναντίον, εἴ σε, Μυῖσκε,
Ἁρπάζειν ἐθέλοι νέκταρος οἰνοχόον.
Καίτοι πολλάκις αὐτὸς ἐμοὶ τάδ' ἔλεξε· Τί τάρβεῖς;
Οὔ σε βαλῶ ζήλοις· οἶδα παθὼν ἐλεεῖν·
Χὠ μὲν δὴ τάδε φησίν· ἐγὼ δ', ἢν μυῖα παραπτῇ,
Ταρβῶ, μὴ ψευδὴς Ζεὺς ἐπ' ἐμοὶ γέγονεν.

Latine.

Cum Jove bella geram, si te mihi, care Myisce,
Nectar ut infundas eripere ungue velit.
Saepe mihi dixit, cur sic tremis? invidus esse
Desino; sed didici jam miseranda pati.
Dixit. Musca meas sed si praetervolat aures,
Mendacis pennas suspicor esse Jovis.

Ep. 5. 6. Inveniuntur etiam in Grotii Floril. Stob. p. 153. ubi eadem versio. Br. ex Salm. κάκιστος. Citat haec Raderus ad Martial. L. 1. p. 113. ubi errore typographico legitur ὁ φθόνος ἐστι κάλιστον, quod patet ex adjectâ versione, *Grande malum livor.*

Tit. 84. Ep. 1. Ep. 2. Vid. Salm. notas. ex cujus sententiâ Br. primum tribuit Statilio Flacco, alterum Πλάτωνι τῷ μεγάλῳ. Vid. Menagii

nagii notas ad Diog. Laërt. p. 151. et D'Orvillii ad Charit. p. 701. qui haec explicuerunt. Grotiana versio primi Ep. hic nonnihil elegantior est, quam in Stob. p. 74. Latine etiam haec vertit Auson. Ep. 22. Ep. 23.

Thesauro invento, qui limina mortis inibat,
Liquit ovans laqueum, quo periturus erat.
At qui, quod terrae abdiderat, non repperit aurum,
Quem laqueum invenit, nexuit: et periit.

Aliter.

Qui laqueum collo nectebat, repperit aurum:
Thesaurique loco deposuit laqueum.
At qui condiderat, postquam non repperit, aurum,
Aptavit collo, quem reperit laqueum.

Ep. 3. Legitur apud Grotium in Flori. p. 71. ubi v. 2. ut apud Br. et Berglerum ad Alciphron. p. 108.

Τὴν ψῆφον δακτυλοκαμψοδύνον.

intellige *computationes anxias, quae fiunt digitorum inflexione*, aut ut est apud Stob. in Ed. Gesneri Serm. 53. p. 215. et in Aur. Allobr. Serm. 10. pag. 128. quas non inspexisse videtur Br. δακτυλικαμψοδύνῳ, *Calculationem digitorum flexibus molestam.* Optime P. Burm. Sec. ad suum Exempl. *Eleganter hoc expressit Ovid. Ep. ex Ponto L. 2. Epist. 3. v. 18.*

SOLLICITIS COMPUTAT ARTICULIS.

Et porro δάκτυλα καμψοδύνοις, *vel* δακτυλοκαμψοδύνοις, *sive* δακτύλῳ *licentia poëtica, Muncker. ad Anton. Liber. p.* 333. quod etiam Ruhnk. notavit: *sic* κείνῳ *infra p.* 369. *L.* 3. *Tit.* 22. *Ep.* 62. Nos in tanta lectionis ambiguitate primas editiones secuti sumus.

Tit. 85. Ep. 1. Vid. Salm. notas. Hedera gratissima Baccho. Vid. qui plurima in hanc rem collegit Ciofanum ad Ovid. Trist. L. 1. El. 7. v. 2. et Vulp. ad Tibull. L. 3. El 6. v. 2.

v. 2. Terras et urbes cum incolarum tum civium virtute et gloriâ celebrari, non viros tellure et civitatibus, constans erat veterum sententia. Sic L. 3. Tit. 14. Ep. 19. v. 3. 4.

Πατρίδες ἄρα
Ἀνδράσιν, οὐ πάτραις ἄνδρες ἀγαλλόμεθα.
Aspice, terrae
Sunt decus omne viri, non decus ipsa viris.

Conf. Wassium ad ea Thucyd. L. 7. §. 77. ἄνδρες γὰρ πόλις, καὶ οὐ τεῖχη. et ad ea Dionis L. 56. p. 811. ἄνθρωποι γάρ που πόλις ἐστὶν, ἀλλ' οὐκ

οὐκ οἰκίαι, οὐδὲ τοῖχοι, οὐδ' ἀγοραὶ ἀνδρῶν κεναί, Reimari notas. quae ultima Jacobsius etiam notavit. Nonnihil aliter hoc expressit Cicero ad Attic. L. 7. Epist. 11. *Non est*, inquit, *in parietibus Respublica at in aris et focis.*

Ep. 2. cum his plane conveniunt, quae existant in Excerptis apud Grotium pag. 947.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα κάλλιον φίλου.
Nulla est amico pulchrior possessio.

et

Φίλους ἔχων νόμιζε θησαυροὺς ἔχειν.
Tibi si est amicus, esse thesaurum puta.

Ex multis, quae in laudem amicitiae colligi possunt, mihi semper placuerunt ea ex Demophili Similit. in Ed. Th. Gale p. 614.

Λιμὴν μὲν πλοίῳ ὅρμος, βίῳ δὲ φιλία.
Est portus fessis statio secura carinis,
Haec hominum vitae praebet amica fides.

De differentiâ inter portum et stationem dissentiunt V. D. ut Jo. Scherpenzeelius ad Man. Moschopuli Scholia in Homerum p. 94. et Jo. Aug. Ernesti in Clave Ciceronianâ v. *Statio.* Hic sua debet Manutio ad Fam. L. 12. Epist. 15. Optime litem dirimunt, qui statuunt *portum* esse arte paratum navibus locum, *stationem* naturâ. Quod uno Livii confirmatur loco L. 27. c. 30. *In Malico sinu is locus est, quondam frequenter habitatus propter egregium portum, tutasque circa stationes, et etiam opportunitatem maritimam terrestremque.* Sed haec invicem conjungi patet ex Hom. Odyss. Δ. v. 358. ubi λιμὴν ἄνορμος. et N. v. 195. ubi λιμένες πάνορμοι.

Ep. 3. Est inter Theognidis sententias, v. 1147. et 1148. in quibus a primâ Ed. constanter legitur. Μήποτε τὸν παρόντα μεθεὶς φίλον.

v. 2. δειλῶν, ut est in primis et optimis Edd.

Ep. 4. Ineptum lemma putat Salm. et ex Membranis reponit.

εἴροι οὓς ἐπαίνησεν Φιλήμων εἰς Εὐριπίδην.

Et sic Grotius: *versus Philemonis de Euripide.* Quod etiam Burm. Secundus ad suum Exempl. notavit. recte: Vid. D'Orvill. ad Chariton. p. 498. et Philemonis Fragm. apud Clericum p. 364.

Ep. 5. Praeclare Euripides in Erechtheo. Fragm. 11. v. 18.

Φίλους δὲ τοὺς μὲν μὴ χαλῶντας ἐν λόγοις,
Κάκιστε. τοὺς δὲ πρὸς χάριν σὺν ἡδονῇ,
Τῇ σῇ κατηφείᾳ, κλεῖθρον εἰργέτω φίλου.

La-

Latine, ut est apud Grot. Stob. Floril. p. 82.

Tales amicos quaere, qui verum loqui
Conſtanter auſint: obde ferratas fores
His, qui infideles gratiae ſe mancipant.

v. 4. ἀγαπῶ, de hoc verbo non vulgaria dederunt Hemſterh. ad Pollux. p. 1164. et Valcken. ad Eurip. Phoen. v. 1337. 1338.

Ep. 6. 7. Haec conjungenda eſſe, existimat Salm. cujus notae, ut et eae Br. L. et Em. p. 279. 280. conſulendae ſunt. Ultimum non est in Graecis libris, ſeparatim vero Grotius illud latine reddidit. v. 1. Lege χρησάμενος.

Tit. 86. Ep. 1. et 2. Non inveniuntur apud Brunck. De primo egit C. Rittershuſius ad Porphyrium. p. 37. In ſecundo v. 2. Ed. Princ. et omnes priscae, ναὶ τ' ἂν ἄκρα πόλιος. Burm. Primus ad ſuum Exempl. ναὶ τ' ἄκρην πόλεως, ut est apud Diog. Laërtium p. 531. ad Ex. Ruhnk. ἄκριον πόλεως. B. in Baſ. πόλιος. et v. 7. θαλείαις. et a v. 8. ad finem *haec deſunt in Ald. et Baſ.* θαλείαις Ed. Princ. Ald. Pr. Tert. Junina, ſed Ald. Sec. Venet. Baſilenſes, ut Steph. θαλείοις. apud Diog. Laërt. θαλείης, et v. 8. Μύριοι. v. 10. ad Cod. Leid. pro ἐυήκεα, ἐυέκεα. Ceterum quinque ultimos verſus ex Diog. Laërtio primus dedit Stephanus.

Ep. 3. v. 2. Br. ex notis Salm. εἰσαφίκηαι. et v. 3. ἐπαφρίζων. ut est in Ed. Princ. Ald. Pr. Junt. Ald. Tert. et Baſ. et ad Cod. Leid. Vulgatam lectionem tuentur Ald. Sec. et Venet. Recte Jacobſius annotavit, quod Stephanus Theſ. L. Gr. Tom. 2. p. 120. vocis κενεὼν, de aëre uſurpatae, exempla deſiderans hujus loci immemor fuerit.

Ep. 4. Egregios veterum ſcriptorum locos hic commemoravit Jacobſius, inprimis illum ex Max. Tyr. Diſſ. XVI. 9. p. 189. Ed. Davis. quem propter illud οὐρανίην ἀψῖδα non negligemus, *anima corporis vinculis liberata* διορᾷ καὶ λογίζεται τ' ἀληθῆ αὐτὰ, θεοῖς καὶ θεῶν πατρὶ συγγιγνομένη ὑπὲρ ἄκραν τὴν οὐρανοῦ ἀψῖδα. ubi tamen in Ed. Princ. et Heinſii legitur ὑπὲρ ἄκραν τοῦ οὐρανοῦ ἀψῖδα.

Ep. 5. De Marino, qui Proclo ſucceſſit in Schola Athenienſi Vid. Kusteri notas ad Suid. Tom. 2. p. 497. Fabric. Bibl. Gr. T. VIII. p. 463. nec non Photium p. 1035. 1055. et 1070. Ed. ultima, et Jonſii de Script. Hist. Phil. L. 3. c. 19. Vita Procli, ab hoc Marino deſcripta, legitur ante Procli in Platonis Theol. Libros VI. Hamburgi 1618. Salmaſius ipſius Marini Epigr. esſe exiſtimat.

v. 3. ad Ex. Ruhnk. ex Cod. Vat. et Grut. pro βοηθόον, βοηθῶν. et v. 5. ex Ald. Prima Em. δοτεφανία pro θειοπρεπία, ut in Ed. Princ. Junt. Ald.

Ald. Tertia, et Baſ. 1549. Legitur hujus Marini Ep. apud Jenſium 101. Reiskium 752. et Br. Tom. 2. p. 446.

Ἀθανάτοισι θεοῖς κεχαρισμένα πάντοτε ῥέζων
Καὶ τάδ' ἐπ' εὐσεβέοντι νόῳ συνέγραψε Μαρῖνος.

Verte.

Aeternus jucunda Deis qui ſemper obivit,
Illa pid in ſcriptis mente Marinus habet,

Ep. 6. v. 2. Br. ex Cod. Vat. pro πόλις, σελίς, quod in nullis vulgatis, neque innotuit Salmaſio, qui ex Membranis. v. 5. pro κρητῆρι, μυκτῆρι dedit, probatum a Grotio et Brunckio. ad Ex. Ruhnk. ex Grut. μυκτῆρσι, male. Vid. Salm. Vulgatam lectionem tuentur Burm. ad Petron. cap. 5. p. 33. et Menagius ad Dieg. Laërt L. 3. Segm. 8. p. 142. et hic quidem cum verſione Latinâ Marquardi Gudii.

Socratico Samios miscens crateré ſapores,
Optima laudandi teſſera disſidii.

v. 6. διχοστασίης, ſic L. 4. Tit. 2. Ep. 7. δήμου διχοστασίην. Pro σῆμα, σχῆμα legendum conjicit Jacobſius, at melius ad Cod. Leid. manu Scaligeri, ἄμμα διχοστασίης. quidquid vero agat Salmaſius ſatis acerbe in Planudis contemtum, vulgatam lectionem etiam hac emendatione probari posſe, arbitror, legendo.

Σωκρατικῷ Σάμιον κεράσας κρητῆρι φρόνημα,
Κάλλιστον σεμνῆς ἄμμα διχοστασίης.

Socratico Samium miscens cratere liquorem,
Optima laudandi vincula disſidii.

Quamvis enim non ignorem τὸν μυκτῆρα cum εἰρωνείᾳ conjungi, et Socratis ironiam inprimis celebrari, tamen non video, quomodo verbum κεράννυμι voci μυκτῆρι accommodetur. Plato; ut est apud Diog. Laërtium l. c. μίξιν τε ἐποιήσατο τῶν τε Ἡρακλειτείων λόγων, καὶ Πυθαγορικῶν, καὶ Σωκρατικῶν. Plato itaque dicitur miscuisſe, atque, ut ita dicam, temperasſe Heracliti, Pythagorae et Socratis doctrinam. Quod numquam melius explicari potest, quam metaphorâ a poculo desumtâ. Ne dicam, quod κεράννυμι κρητῆρα aut aliquid κρητῆρι, elegans sit locutio, ab optimis ſcriptoribus usitata, ut apud Thucydidem L. 6. c. 32. κρατῆράς τε κεράσαντες, et apud Lucian. Dial. Meretr. 4. Tom. 3. p. 288. καὶ κρατῆρα κεκράσθαι δεῖ. Quibus addere licet, quod Socrates plerumque in convivio, inter pocula, cum discipulis ſua praecepta communicaverit.

Ep. 7. Villoiſonus hos verſus, hic non modo obvios, ſed quos Gr. et Lat. jam ediderat Jo. Otho Brugenſis Antverpiae apud Plantin. 1570, p. 7,

p. 7, qui liber penes me est, tanquam ineditos protulit, in Anecdotis Tom. 2. p. 78. ubi nulla lectionis varietas, nisi in v. 7. et 8. quo in loco contra metrum τοὺς πλέονας δὲ κακοὺς Βίας et Ἐγγύην φεύγειν Θαλῆς, prima enim in Βίας et in Θαλῆς semper brevis, ut L. 3. T. 32. e. 18. e. 19. e. 20. e. 21. e. 23. et 24. Latine redditi inveniuntur apud Hyginum Fab. CCXXI. quos recepit P. Burm. Sec. Anth. Tom. 1. p. 571. etiam apud Ausonium Ep. 316, p. 250, 251, leguntur similia versibus inclusa, ubi Vid. V. D. notas. Septem illi sapientes quoque memorantur L. 3. Tit. 32. l. c.

v. 6. Τέρμα δ' ἐρᾷν βιότοιο. ut τέρμα βίου. L. 3. T. 25. ep. 32. et simpliciter τέρμα. L. 3. Tit. 1. Ep. 17.

Ep. 8. Vidd. ut optimus ad suum Exempl. notavit Ruhnk. Gesneri notae ad Claudianum p. 224.

v. 3. δονέονται proprie de arboribus vento motis, ut apud Theocrit. Idyll. ζ. v. 135.

Πολλὰ δ' ἔμμιν ὕπερθε κατὰ κρατὸς δονέοντο
Αἴγειροι πτελέαιτε.

Latine.

Multa super nostrum se populus alba movebat,
Ulmus et alta caput.

v. 4. Br. pro ὑπὸ, ἀπὸ, quod nullae Edd. agnoscunt.

v. 6. ἀγέρωχος, *audax*, ut L. 4. Tit. 8. e. 42. et Tit. 12. e. 60. et apud Lucian. Asin. Tom. 2. p 608. ἀγέρωχος ὄνος, id est αὐθάδης, θρασύς. Vid. Etym. M. et V. D. ad Hesych. θοὰ δάκτυλα χειρὸς, Vid. Munckeri notas ad Antonin. Liberal c. 41. p. 333. ad Exempl. Ruhnkenii ex Grut. χειρῶν.

Ep. 9. In M. S. S. videtur legi *Porphyrie*, si esset *Purpureo*, plane conveniret iis, quae habet Fabric. Bibl. Gr. Tom. 4. p. 181. in notis.

v. 2. τολίζεις τὰς φρένας, videtur insolentius dici. Proprie legitur L. 3. Tit. 31. ep. 10. Simile tamen quid in usu apud Latinos, ut apud Ciceron. de Oratore L. 1. c. 31. *Inventa vestire atque ornare oratione.* Sic hic *vestire atque ornare mentem.* In versione propter illud βάπτεις, pro *tangit*, legerem *tingit.*

Ep. 10. Ex Salmasii sententia inter ea Palladae dedit Br. Tom. 2. p. 433.

v. 1. pro θεσμοὺς, ex Grut. ad Ruhnk. Exempl. δεσμοὺς. Vid. de hoc Abrahami notas ad Cicer. Philipp. 2. p. 388. Ed. Graevii, ubi etiam elegans versio.

Ep. 11. De hoc Vid. omnino V. D. notas ad Lucret. L. 1. v. 633. ad 640.

v. 1. ad Ex. Ruhnk. εἴλυε ὑε, ut ad Ex. Gr. εἴλεο apud Diog. Laërt. L. 2. Segm. 16.

Ep. 12. Primum distichon legitur apud Athenaeum L. 10. p. 418. Cum seqq. nihil commune habere existimat Brodaeus. Dicuntur hi versus esse Xenophanis apud Diog. Laërt. Lib. 8. Segm. 36. Conf. Suid. h. v. p. 645. et C. Ritterhusii notas in Porphyr. p. 51.

v. 2. κλεινὴν Ed. Princ. Junt. et Bas. 1549. in Ed. Princ. Athenaei p. 165. κλεινὸς ἐφ' ᾧ κλεινὴν. ut etiam Burm. ad Cod. Leid. et apud Hadr. Junium in Animadv. L. 5. cap. 9. conf. Verheyk. ad Anton. Lib. Metam. p. 270. κλειστὴν ex Prim. Ald. Emendat. transiit in reliquas. ad Cod. Leid. *Haec dimissa et mutila.*

v. 3. ad Cod. Leid. pro Δὴ τότε, καὶ τότε — sed apud Diog. Laërt. et Suid. Καὶ ποτέ.

v. 4. ad Eund. Cod. φησὶν pro φασὶν. v. 5. ἐπὴν pro ἐπεὶ Junt. et Bas. 1549. ex Ald. Pr. sed ex Em. ἐπεὶ in ceteris.

Tit. 87. Ep. 1. Burm. ad Cod. Leid. et Ruhnk. ad suum exemplum, καλυπομένα. Apollon. Rhod. L. 3. v. 69.

νιφετῷ δ' ἐπαλύνετο πάντα
Οὔρεα καὶ σκοπιαὶ,
Et speculae et montes nivis omnia flore nitescunt.

Qui locus, ut etiam ii ex Iliad. Σ. 560. et Odyss. ξ. v. 429. non fugit Jacobsium. Addi posset Iliad. K. v. 7.

ὅτε πέρ τε χιὼν ἐπάλυνεν ἀρούρας.
Cum candore suo nix albos reddidit agros.

Br. v. 1. Χειμερίοις, et v. 4. pro Αἰθέρος οὐρανίων — Αἰθέρος ἠδ' ἀνέων, quae in nullis libris inveni.

Τιθὰς ὄρνις. Verissime doctissimus Ruhnkenius ad Timaei Lexicon p. 256. *Perpetua est confusio vocum* τήθη, τίθη, τίτθη, τηθὶς, τιτθὶς; *in quibus scribendis tam parum sibi constant Librarii, quam in iis explicandis et distinguendis Grammatici. Vid. Ammon. v.* τήθη, *et ibi Valckenaer. viros doctos ad Thom. p. 486. inprimis vero Nunnes. ad Phrynich. p. 52.* Quibus adde si velis V. D. ad Hesych. v. τιτθὴ et τίθαι. apud Aratum Diosem. v. 228. τιθαὶ ὄρνιθες, sunt aves mansuetae. τιτθὴ hic dicitur ἡ μαστὸν παρέχουσα, nutrix, ut ἐκτιτίθιος, L. 2. Tit. 8. Ep. 1. infans, qui matris seu neutricis mammae adhaeret; et ἀπότιτθος, a lacte depulsus Moses apud Philon. Tom. 2. p. 83. Ed. Mangey.

v. 4. Sic, ut bene observat Jacobsius, L. 2. Tit. 52. Ep. 6.

ἡμερῶν ἐντέκνιον νεφέλαν,

ubi ex M. S. S. corrigenda Latina lectio.

Squallens quod sorde lutoque
Sub mediis bruma non timet ire nives.

Conr. Rittershusius ad Oppian. Cyneg. L. 3. v. 118. hoc etiam latinis versibus reddere conatus est, ut ad suum Exempl. P. Purmannus Sec. notavit.

Ep. 2. Ovid. Ex Ponto L. 1. Ep. 1. v. 33. et 34.

Cum foret Aeneae cervix subjecta parenti,
Dicitur ipsa viro flamma dedisse viam.

Elegans Epigr. quod erga parentes amorem optime demonstrat, Vid. de hoc V. D. notas ad Petronium c. 23. p. 761. ubi venusta etiam est Marulli versio. in Latinis v. 1. pro *teta* Lege *tela* ut erat in M. S. S. Ceterum doctissimus Herm. Boscha, Scholae Amstelaedamensis Rector, et in Atheneaeo Illustri Professor me monuit, hanc φιλοτοργίαν etiam elegantissime depingi in Cornelii Severi, ut dicitur, Aetnâ v. 619. et seq. ubi Vid. Jo. Christ. Wernsdorfii annotationes, inter Poëtas Latinos Minores Tom. 4.

Ep. 3. Br. qui illud Leonidae Alexandrino tribuit, Οὐ τόσον Ἀθάμας, ut omnes Edd. priscae usque ad Steph. Vid. Lect. et Em. p. 176. De Athamante praeter alios praeclare egit Scholiastes ad Aristoph. Nubes v. 256. Ovid. Fast. L. 6. v. 489. 490. ut in Aldinâ.

Hinc agitur furiis Athamas, sed imagine falsa:
Tuque cadis patria, parve Learche, manu.

Conf. Tit. 70. Ep. 16. 17.

v. 2. ἐτεκνοφόνει, Wakefield. Silv. Crit. vol. 4. p. 180. ἐτεκνοφόνει.

Ep. 4. v. 2. Ed. Princ. Junt. νεοσσοτροφεῖς, reliquae ex Ald. Em. νοσσοτροφεῖς. conf. ejusdem argumenti L. 4. T. 9. Ep. 13.

Ep. 5. De hoc egit G. Wakefield in Silv. Crit. Tom. 2. p. 159. Cujus immutationem pro ἔθηκε reponentis ἔηκε, quamvis non probem, tamen, quod ad distinctionem, plane cum eo sentio.

v. 3. τέτρατον ἄλγος ἔτικτε. eleganter ἄλγος pro partu, ut in Epigr. Antipatri Sidonii, λοχίοισιν ἐν ἄλγεσιν. legitur hoc apud Wolfium in notis ad Erinnam. p. 21. apud Reiskium n. 569. p. 74. et Brunck. Tom. 2. p. 29. Conf. omnino Leichium in Sepulcr. p. 22. Expressum illud est ex eo Leonidae Tarentini L. 3. Tit. 12. ep. 1. Scipio Maffeus, ut bene ad suum librum notavit P. Burmannus Sec. elegans ejusdem argumenti carmen protulit in Galliae Antiquitat. Epist. 15. p. 77.

Ep. 6. Similis argumenti Ep. 1. Tit. 14. h. l. Lemma dedit Salm.

v. 2. Br. ex Cod. Vat. Μοῖρα ῥαπίσχει ἄφοβον, Scil. ῥαῖμα.

Tit. 88. Ep. 1. apud Stobaeum p. 20. alia Grotii habetur versio.

Consiliis satius tarde gradientibus uti:
Quae cita sunt, post se poenitentiss trahunt.

Ad ea Euripidis Phoenisf. v. 455. 456.

οὗτοι τὸ ταχὺ τὴν δίκην ἔχει.
Βραδεῖς δὲ μῦθοι πλείονα δύνασιν σοφόν.

recte citat Valckenaerius illos Statii ex his expressos versus, Thebaid. L. 10. v. 703.

Ne frena animo permitte calenti:
Da spatium, temuemque moram: male cuncta ministrat
Impetus.

Vid. ad eum locum V. D. notas. His verbis poëta etiam nonnihil respexisse videtur ad ea Ovidii Heroid. Ep. 7. v. 73. 74.

Da breve saevitiae spatium pelagique tuaeque:
Grande morae pretium tuta futura via est.

v. 2. ἐφελκομένην vulgo, in Cod. Vat. ἐφελκομένη, quod suscepit Brunck. Sic θυμὸν ἐφελκομένη, Tit. 27. ep. 7. sed Vid. D'Orvillii notas ad Lucian. Tom. 3. p. 679.

Ep. 2. apud Stobaeum p. 20. ubi in versione male *abesse* pro *inesse* legitur; versus Homeri sunt Il. Γ. v. 108.

Αἰεὶ δ' ὀπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται.

Eobano Hesso interprete:

Semper enim juvenes levis inconstantia versat.

ad quem locum Vid. Cl. Heynii, qui hujus Ep. non immemor fuit, observationes. In versione pro *qui pondus*, lege *cum pondus*, ut erat in M. S. S.

Tit. 89. Ep. 1. Mimnermi, cujus modo hoc unum legitur in Anthologia; nam quod invenitur L. 3. Tit. 25. Ep. 25. non Mimnerni esse, sed incerti poëtae, apparet ex editionibus priscis, quamvis Fr. Junius de Pictura Veterum part. 2. p. 40. hujus esse putaverit, cum Hadrianus Junius Animadv. L. 1. cap. 16. Leonidae et Br. Tom. 2. p. 235. illud Philippi esse voluerint; Duo egregia hujus poëtae Epigrammata sunt apud Stobaeum in Grotii Floril. p. 242. et 243. p. 398. et 399. ubi animadvertendum quod p. 243. initium est Τίς δὲ βίος; cum apud Plutarch. de virtute Morali Tom. 2. p. 560. Ed. Wyttenb. legitur Τίς δὲ χάρις; et v. 2. μέλει, pro μέλοι. Sed de Mimnerno vid. M. Burrette Memoir. des Inscript. et Belles Lettres Tom. 10. p. 292. et sqq. ac inprimis P. Burmanni Sec. notas ad Propert. L. 1. El. 9. v. 11. δυσηλεγίων, Vid. Hesych. et V. D. notas. Optime Suidas δυσηλεγής, κακοήχης, χαλεπός.

v. 2.

v. 2. Salm. ἄμεινον' ἰρεῖ. non male.

Ep. 2. Ludit poëta in verbo μελεῖ, et inde gratiam captat, forte memor Anacreontis L. 2. T. 47. ep. 17.

Οὔ μοι μέλει Γύγεω —
ἐμοὶ μέλει μυροῖσι —
ἐμοὶ μέλει ῥόδοισι. —

Ep. 3. In eandem sententiam elegans est ejusdem Palladae Ep. 27. L. 2. T. 47. Horatius L. 1. C. 9. v. 9. paucis: *Permitte Divis caetera.* Neque omittenda sapientis poëtae verba, ut sunt apud Bentlejum, L. 1. Epist. 18. v. 111. et 112.

Sed satis est orare Jovem, quae ponit et aufert:
Det vitam, det opes: aequum mi animum ipse parabo.

Tit. 90. Ep. 1. Vere omnino Terentius, Adelph. Act. 5. Sc. 4. v. 1. — 4.

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, aetas, usus semper aliquid adportet novi,
Aliquid moneat, ut illa, quae te scire credas, nescias:
Et quae tibi putaris prima, in experiundo repudies.

Inprimis vero huc referenda illa Virgilii, Ecl. 9. v. 51.

Omnia fert aetas, animum quoque.

Ubi Vid. doctissimi Cerdae annotationes.

Ep. 2. Hoc cum ep. 3. 4. et 5. in Edd. priscis conjungitur: Salm. ea dividi maluit.

v. 1. Br. pro Ἀργαλέως, Ἀρπαλέως, contra omnium librorum consensum. Carminis sententiam optime explicuit Erasmus in Adag. p. 527. *Tempus omnia revelat.* ubi illa Sophoclis memorantur, ex Ajace, v. 644.

Ἄπαντ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος
Φύει τ' ἄδηλα, καὶ φανέντα κρύπτεται.

Quod Grotius ad Matth. c. 10. v. 26. hoc modo vertit.

Humana longis cuncta curriculis dies
Immutat: occulta aperit et aperta occulit.

Ep. 3. v. 2. Non male Obsopoeus pro ἐρχομένων, ἐρχόμενον legendum conjicit. Nota Horatii L. 2. Od. 18. v. 15.

Truditur dies die,
Novaeque pergunt interire Lunae.

Conf. Tit. 37. Ep. 5. h. l.

Ep. 4. Ep. 5. Haec de Beryti casu, ut etiam apud Br. εἰς τὴν κατάστασιν Βηρυτοῦ, inscribit Grotius, quâ de re vid. quae leguntur ad Tit. 70. Ep. 18. h. l.

Ep. 6. v. 2. Br. τοῦ προτέροιο βίου. quod non in aliis. Hoc carmen illustratur, ut Jacobsius etiam observavit, iis versibus, qui leguntur in Anthol. Lat. Tom. 1. p. 503.

Pervixi: neque enim fortuna malignior unquam
Eripiet nobis, quod prior hora dedit.

Ubi Vid. P. Burm. Sec. notas.

Ep. 7. ad v. 1. *Burm.* Ovid. Ep. 19. v. 65.

Me miseram! brevis est haec, et non vera voluptas.

v. 4. ὁ δὲ χρόνος τρέχει. Seneca, Herc. Fur. v. 177.—180.

Dum fata sinunt,
Vivite laeti. properat cursu
Vita citato, volucrique die
Rota praecipitis vertitur anni.

Conf. Barnes. ad Anacr. v. 64. p. 14. τρέχει, τρέχει. Non dissimile illud Horatii, L. 1. Ep. 2. v. 42. 43.

Rusticus exspectat dum defluat amnis: at ille
Labitur, et labetur in omne volubilis aevum.

Ep. 8. Hoc nimis audacter emendare conatus est Jacobsius, legendo pro Τὴν πρότερον θυμέλην, Τὴν πρόϊμον φίβαλον, quae verba in Anthologiâ, a tot diversae aetatis scriptoribus compositâ, non inveni, cum θυμέλη, quâ de voce egimus ad Grotii Proleg. p. XVI. plus semel hic occurrat, ut L. 1. T. 67. ep. 23. L. 3. T. 25. ep. 42. L. 4. T. 25. ep. 8. L. 5. T. 1. ep. 4. L. 6. T. 25. ep. 3. et L. 7. ep. 30. Optime, ni fallor, vertit Brodaeus *scenicum apparatum*, quod verbis ἐμβλέπειν, et μὴ παρέρχεσθαι plane convenit. θυμέλαι apud Hesychium sunt οἱ βωμοὶ καὶ τὰ ἄλφιτα τὰ ἐπιθυόμενα. Sed Vid. Nunnesii et V. D. notas ad Phrynich. p. 64.

v. 3. ad Cod. Leid. ἐν γίγνεται, ut Stephanus et Scaliger legi voluerunt.

v. 4. τοῖς πτωχοῖς ὁ χρόνος ἐστὶ θέος. Sophocl. Electr v. 179. χρόνος γὰρ εὐμαρὴς θέος. Videtur proverbii vim obtinuisse. Schottus ex Suid. Cent. XIV. §. 75. χρόνος εὐμαρὴς θέος. conf. Tit. 80. ep. 12.

Ep. 9. ἐρίφοι dicuntur pueri meritorii, qui ingenuis opponuntur apud Cicer. Phil. II. c. 41. conf. Lucillii. Ep. 1. Tit. 5. L. 2. Sic Latini, ut aliis animalium nominibus, ad amati aut amatae naturam indicandam, usi sunt etiam voce *haedus*. Ovid. Metam. L. 13. v. 791. de Galatea.

tenero lascivior haedo.

Catull. Carm. XVII. v. 15.

Et puellis tenellulis delicatior haedo.

Ep. 10. Elegans sane locus est, cujus non immemor fuit Jacobsius, apud

apud Achill. Tat. L. 2. cap. 35. ὅτι παρακύψαν μόνον ἀχρεῖος, καὶ οὐκ ἀπολαῦσαι δίδωσι τῷ φιλοῦντι. Quod, metaphorâ desumtâ a rosâ, vertendum: *Quia, simul atque inclinaverit modo ad ipsius odorem cum alio communicandum, evanescit, nec amanti sui perfruendi potestatem facit.* Proverbium est apud Suidam Tom. 3. pag. 262.

Ῥόδον παρελθὼν μηκέτι ζήτει πάλιν.

ubi Kusterus legi vult παρελθὼν.

Rosam semel praeteritam ne iterum quaeras.

Sed Vid. Gataker. ad Marc. Antonin. L. 11. §. 33. ubi etiam elegans est hujus Ep. versio:

Verna brevi rosa flore nitet: simul ille recessit,
Non rosa quaerenti, sed rubus asper erit.

Tit. 91. Ep. 1. Ad Exempl. Ruhnk. Vid. Salmas. ad Solin. p. 447. et ad illud Burm. Vid. Lips. ad Senecam de Tranq. animi c. 15. No. 327. p. 168. Quamvis praeclare de hoc egerit Scaliger de Emend. Temp. L. 1. p. 4. tamen si quis Lipsii et Salmasii annotationes, ex eodem, ut videtur, fonte derivatas, contulerit cum iis, quae dederunt Br. et Jacobsius neque ibi memoratum scholion neglexerit, satis superque Ep. sensum intelliget. Apud Lipsium haec versio:

Sex satis horarum est ad seria: quaeque sequuntur
Ipsis litterulis, vive tibi, ingeminant.

Ep. 2. Ad Exempl. Ruhnk. Palladio adscribit Salm. ad Solin. p. 304.

v. 2. Φαωθὶ, vulgo; Br. Παωφὶ, at scribendum, ut apud Jablonskium Voc. Aegypt. p. 195. et 196. Φαωφὶ, ubi Vid. quae affert doctissimus Te Water. Φαωφὶ est etiam manu Scaligeri ad Cod. Leid. Erycius Puteanus in Antiq. Graecar. Thesauro vol. IX. p. 1311. dedit *Paophi*, *Atyr*, *Choiac*, *Parmuthi* et *Epiphi*, diversâ a Grotio scripturâ. Sed de *Epiphi* egit idem Te Water, ad Jablonskium p. 67. Apud Salm. ad Solin. l. c. Ἐπειφὶ, unde Grotius videtur dedisse *Epephi*; de *Epiphi*, seu *Ephiphi* Vid. Memoir. de L. Acad. des Inscrip. et Bell. Lettr. Tom. 38. p. 118. et de reliquis mensibus Jablonskium, Jo. Bapt. Pium in Gruteri Thes. Tom. 1. p. 472. et 473. nec non Scalig. de Emend. Temporum p. 194. et 236.

Ep. 3. Vid. Huetii notas. v. 1. Br. pro ὑπ' ἠελίοι θύρετρα. ἀνοιγομένοιο θυρέτροιο, quam lectionem, quamvis unde derivata sit ignoret, laudat Jacobsius. Ad Cod. Leid. ex conjecturâ Scaligeri, ὑπηελίοιο, vel ὑπηφόιο. et v. 2. pro ὕψος, ὑπάτης. Br. Αὐσονίης. et pro δέρκεται, Ald. Sec. Tert. Bad. Ascens. et Venet. δέκεται.

v. 3.

v. 3. Br. δαμνῆσι γύνην. quod non in aliis.

v. 5 γλάγος ἡδύ. et sic ad Cod. Leid. quam lectionem propter Huētii auctoritatem recepimus.

v. 7. Br. τῆμεσδε, ad Cod. Leid. τημόσδε.

v. 8 Br. ἀγροτέρῃ, pro ἀκροτάτῃ. unde et quare non indicavit.

v. 9. 10 Vid. de his Adr. Turnebi Adversar. L. 24. cap. 33.

v. 15. Br. πυρὸν, sed revocandam esse lectionem Cod. Vat. κρίνω ἐγὼ Δηώ, existimat Jacobsius. Vulgata est in omnibus.

v. 17. Br. pro ἐπὶ, ἔτι, ex conjecturâ, ni fallor.

v. 19. ad Cod. Leid. pro πέλει, πέλοι. et v. 20. pro ἐπικατάγω, ἐπιταλάω, manu Scaligeri. Br. ἡδυεπῆ κατάγω. quam emendationem Scaligeranae merito Jacobsius praefert.

v. 22. καρπὸν ἀποβλίβειν, μνῆσιν ἔχειν καμάτων. ad Cod. Leid. *ita dicendum erat.* Καρπὸν ἀποβλίβων μνῆσιν ἔχοις καμάτων. Non dissimilis est illa *Mensium descriptio* in Anth. Lat. Lib. 4. Ep. 7. Tom. 2. p. 358.

Ep. 4. Est inter ea Leontii apud Br. Tom. 3. p. 130. de quo, ita dicto philosopho, disputavit Reiskius in Notitiâ Poët. Antholog. p. 227.

v. 1. Μὴν Ὑπάτων ὁ πρῶτος· ὁ δεύτερος· αὔλακα τέμνει. Sic Tit. 24. ep. 1. h. l. Καὶ τὸν ἀρουραῖον γυρητόμον αὔλακα τέμνει.

v. 3. Br. ῥοδοδάκτυλος, ut Ed. Princ. Ald. Pr. et Tert. Junt. et Bas. 1531. At ῥοδάκτυλον Ald. Sec. Ascens. Ven. et Steph.

v. 6. Br. οὗτος ἐρυσαφύλῳ πεφιλημένος Huētium secutus; male autem Ald Sec. et Ven. ἐρυσαφίλῳ. πεφιλημένος vero in omnibus Edd. priscis. Quod est in Wechel. πεφιλημένον ex obscuris Stephani literis videtur natum.

v. 8. Ad Cod. Leid. et Ex. Ruhnk. pro ἐς οὔνομα, ἐν δόμα, *alii.* Brod. εἰς ὂν δόμα. Ad vulgatam lectionem εἰς οὔνομα φωτὸς ἑκάστου explicandam Jacobsius Oedipum suum requirit. Sed si eam servare velimus, nullo nobis opus erit Oedipo; Davus, cui ultimi anni menses majorem libertatem dabant, facile hunc nodum solvet. Agitur, ni fallor, de eo mense, quo vindemiae summâ cum laetitiâ ac libertate, lautis appositis epulis, celebrabantur. Sed, ut melius intelligatur, quid velim, hos versus latine reddam.

Luxurians uvis hic mensis amicus Jaccho,
Dulce merum lautasque dapes mortalibus affert,
Ad nomen cujusque viri dum pocula tollunt.

Tibull. L. 2. El. 1. v. 29. — 32.

Vina

Vina diem celebrent, non festâ luce madere
Est rubor, errantes et male ferre pedes.
Sed bene Messalam sua quisque ad pocula dicat,
Nomen et absentis singula verba sonent.

Conf. Brisson. de Formulis L. 1. CXL. Th. Dempsterus ad Rosini Antiq. Rom. L. 4. cap. 17. p. 304. hujus Ep. non immemor fuit.

v. 9. Καὶ ὑπνώοντας ἐγείρειν. Locutio Homerica Vid. Il. Ω. v. 344. Od. E. v. 48. et Ω. v. 4. Sic Cicero ad Quint. Fratrem Ep. 1. *dormientem excitasse* dixit.

Ep. 5. De hoc jam egimus ad finem notarum Salmasii ad L. 1. p. 25. quibus illud addimus, quod cum versione latinâ jam id vulgaverant Porsius Francof. 1614. et Rivinus Lipsiae 1657. Ceterum Manso et Jacobsius Brunckii Lect. et Emend. p. 104. sunt secuti, sed non viderunt, Zenobettum unam tantum Lubini editionem consuluisse. Genere carminis Elegiaco illud reddidit Obsopoeus, at eodem genere Petrus D'Orville in suis Poëmatibus p. 177.

v. 4. Ἐκόμισσε. Recte Huëtius. Lege, ἐκόμησε. et sic Scaliger ad Cod. Leid. Vulgatam tamen lectionem retinet Andr. Rivinus ad Pervigilium Veneris. p. 51.

v. 6. Vid. Virgil. cum Gr. Script. Coll. p. 67. et Guell. annot. ad Eclog. 7. v. 55. Conf. L. 7. Ep. 5.

Λειμῶνες τί μάταια κόμας ἐπὶ φαιδρὰ γελᾶτε.

v. 6. Ἀνοιγομένοιο ῥόδοιο, *hiare* de floribus patulis passim apud Poëtas. Vid. P. Burm. ad Propert. L. 4. El. 2. v. 45. et Plin. L. 12. c. XI. (*Arbor*) *roseos flores aperire incipit.*

v. 9. 10. Vid. Turneb. Adv. L. 24. c. 34. Huëtius κολπώσαντος, quod etiam ex Obsop. ad Ex. Ruhnk. notatum. Lucian. V. H. L. 1. Tom. 2. p. 80. χιτῶνας ποδήρεις ὑπεζωσμένοι, κολπώσαντες αὐτοὺς τῷ ἀνέμῳ, καθάπερ ἱστία, φέρονται ὥσπερ τὰ σκάφη. Sic Ovid. *Sinuosa vela.* Heroid. Ep. 8. v. 23. et Lucanus L. 6. v. 471. 472.

puppimque ferentes
In ventum tumuere sinus.

v. 11. Vid. Burm. c. l. ad Propert. El. 2. v. 13. et ad Anth. Lat. tom. 2. p. 351.

v. 13. Ad Ex. Ruhnk. τευχήεντα Sylb. ubi Burmannus *Vide Archelai versus apud Varronem L. 3. de R. R. cap. 16. p. 120. Ed. Scal.* Legitur in Br. Analectis T. 3. p. 330. Conf. Tit. 60. ep. 8.

v. 15. Ad idem Ex. Ruhnk. Phocylid. v. 164. Euripid. Iphig. in Taur. v. 633. Sed Vid. Ruhnk. Ep. Crit. 1. p. 89. 90. conf. Tit. 66.

66. Ep. 3. κάλλεα κηροῦ. Sic L. 7. Ep. 177. κάλλεα φαντασίης. et Musaeus v. 54. διὰ κάλλεα παρθενικάων.

v. 16. Br. λιγύφωνον, ut ex Sylb. Ruhnk. Vid. de hoc et seq. Andr. Rivin. ad Pervig. Veneris p. 124.

v. 19. Εἰ δὲ φυτῶν, Mendosa lectio. Optime Salmasius ex m.ss. Ἐκ δὲ φυτῶν. Quod etiam ex Sylburgio notavit Ruhnkenius.

v. 20. Pro εὔκολα μῆλα, εὔκομα μῆλα, Salm. et ad Ex. Ruhnk. *Ita legi vult Sylb.* non, ut videtur, ipse; εὔκομα, tamen tuetur Jacobsius. Sed εὔκολα μῆλα, quod est in omnibus Edd. sine sensu dici, ut ait Manso, non puto. εὔκολα μῆλα, recte de ovibus, qui non splendida et auratâ lanâ se vestiri gaudent, sed si facili victu vitam sustentare possint; ut ille parvo contentus εὔκολος Ἑρμείας Tit. 38. Ep. 3. et εὔκολος apud Grammaticos est ἁπλοικὸς τὸν τρόπον, *innocuus*, *simplex*, quod unice ovi, placido pecori, convenit.

v. 21. Ed. Princ. et Ald. Pr. Διόνυσος, at Em. ut reliquae Διώνυσος.

v. 22. Ad Ex. Ruhnk. L. 5. Tit. 1. Ep. 60. v. 32.

Πιερικὴ δὲ μέλισσα περὶ σῶμα θείον ἀλᾶτο,
Κηρίον ὀδίνουσα μελισσαγές.

v. 23. Ad Ex. Ruhnk. Conf. Adr. Rivin. ad Pervigil. Vener. v. 88.

Ep. 6. Desumtus hic versus est ex Ep. 2. Mantissae Veteris p. 288. ubi eadem versio. Initium vero, Μήνη, Ζεὺς, Ἄρης.

FINIS OBSERVATIONUM ET NOTARUM AD LIBRUM PRIMUM.

HIE.

HIERONYMI DE BOSCH

OBSERVATIONES ET NOTAE

AD

ANTHOLOGIAE GRAECAE

LIBRUM SECUNDUM.

Tit. 1. Ep. 1. v. 1. Mutilus est in Ed. Princ. Ald. primâ et Juntinâ; Aldina secunda lacunam supplevit, legendo;

Οὗτος ὁ νῦν βέλτιστος Ὀλυμπικὸς, εἶχε τὸ πρόσθεν

quod id sequentibus Edd. Ruhnk. ad suum Exemplar, μὲν πηρὸς τοιοῦτος et e Sylb. Σέβαστε. Sed Grotius et Brunckius, Lect. et Em. p. 202. adoptarunt Salmasii lectionem.

Οὗτος ὁ νῦν τοιοῦτος Ὀλυμπικὸς εἶχε, Σεβαστὲ,

ubi illud Σεβαστὲ mihi non placet. Quid enim Lucillio, cui amari joci et Epigrammata σκωπτικὰ καὶ διασυρτικὰ unice curae erant, ut bene observavit summus Casaubonus ad Theocrit. cap. 6. cum venerando Caesare? Acumen vocis βέλτιστος, quae saepius, ut apud Latinos optimus, εἰρωνικῶς dicitur, forsan tali versione eluceret.

Optimus ille pugil, qui nares nuper habebat,
Cui fuerant aures, barba, supercilium.
Huic at Olympiaco periere tot omnia, ut ipse
Venerit e patriis uncia nulla bonis.
Fratris enim a fratre ut coram profertur imago;
Nil simile ore ferens, dicitur esse alius.

v. 3. ἀπογραψάμενος, nomen suum professus, ut ἐγγράφομαι, insevor, L. 1. T. 20. Ep. 2. quod etiam significat albo civium inscribor, unde ἔγγραπτος et παρέγγραπτος. De verbo ἀπογράφομαι multa dici possunt.

Unum modo valde appositum attingam Polybii locum, Lib. 40. c. 7. ubi M. Porcius Cato Postumium, qui se scriptorem Graecum professus excusare vult lectoribus, inter alia hoc modo reprehendit, παραπλήσιον, ὡς ἂν εἴ τις, εἰς τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας ἀπογραφάμενος πυγμὴν ἢ παγκράτιον, παρελθὼν εἰς τὸ στάδιον, ὅτε δέοι μάχεσθαι, παραιτοῖτο τοὺς θεωμένους, συγγνώμην ἔχειν, ἐὰν μὴ δύνηται μήτε τὸν πόνον ὑπομένειν, μήτε τὰς πληγάς. Conf. Perizon. ad AElian. V. H. Lib. 4. c. 25. §. 3. et P. Fabri Agonist. L. 3. cap. 16. in Thes. Antiq. Graec. vol. 8. p. 2192. Et de hoc et illis, quae sequuntur, Onuphr. Panvin. de Ludis Circens. in Thes. Antiq. Rom. vol. 9. p. 321. et 322. ubi male Luciano tribuitur, Octav. Falcon. Inscript. Athlet. p. 74. nec non M. Burette Mem. des Inscript. et Bell. Lettr. Tom. 3. p. 261. et 262. Denique de hoc et sqq. Salmasii notas ad Tertull. de Pallio p. 307. cui alia lectio tunc nondum videtur fuisse cognita.

v. 5. αὐτὸς Ald. Sec. Tert. et Ven.

Ep. 2. Respicitur ad canem fidelem Ulyssis, de quo Hom. Il. P. v. 291. et sqq. Hinc forte emendandus Ovid. L. 1. Trist. El. 5. v. 63. de Ulysse,

Ille habuit fidamque manum sociosque fideles.

legendo

Ille habuit fidumque canem sociosque fideles.

nam *fida manus*, et *socii fideles* idem significant, ut recte monuerunt Interpretes.

v. 5. Sylburg. ad Grut. Ex. ἰσοπτρον ἑαυτοῦ. quod Ruhnk. notavit et sic Salm. et Brunck.

Ep. 3. v. 2. Omnes Cod. usque ad Ascens. σπατάλων, male, pro σπατάλων, quam lectionem probavit Steph. et recte tuetur Jacobsius. Br. βιβλαρίων, pro βυβλαρίων.

v. 3. μυρμήκων; μυρμήκες dicuntur etiam caestus pugilum, ut L. 5. T. 1. ep. 41. Vid. V. D. notas ad Hesych. Ruhnk. μυρμήκων, i. e. caestuum, Gl. μύρμηξ, πυκτών. B.

Ep. 4. v. 1. κατέλυσε, artem reliquit, ut Tit. 6. Ep. 4. hoc et Ruhnk. indicavit, ut et ad v. 3. ex Gruteri Exemplo καὶ τὰ παρ' αὐτῷ, et sic Salm. De voce κατέλυσε vid. omnino Jacobsii notas.

v. 4. Br. φρίσσει. v. 5. 6. δέρεται, ambigua significatione, ut putat Huetius. Vid. Vulp. ad Catull. c. 58. ubi pro δέρειν et δέρεσθαι, δέφειν et δέφεσθαι editum. v. 5. In versione M. S. S. *quanto non frides arena Verbena?*

Ep. 5.

Ep. 5. v. 1. Ed. Princ. Ald. pr. Junt. et Bas. 1549. Κάδμος. at Χάρμος, ex Cod. Vat. Ald. sec. et reliquae.

v. 2. ἐξέπεσον, proprie de iis, quibus res non succedunt, ut apud Ovid. de Phaëtonte, *magnis tamen excidit ausis.* Sic dicitur Τιμόξενος ἐκπεσεῖν, apud Polyb. L. 4. cap. 82. §. 8. Lucian. Nigrin. §. 35. p. 77. φθέγξασθαι βουλόμενος ἐξέπιπτον. Quod apud Terentium est Heautont. Act. 2. Sc. 3. v. 9. *Quanta de spe decidi.* dicitur Thucyd. L. 8. cap. 81. τῶν ὑπαρχουσῶν ἐλπίδων ἐκπίπτειν. Eleganter sane Sophocl. Antig. v. 679.

Κρεῖσσον γὰρ, εἴπερ δεῖ, πρὸς ἀνδρὸς ἐκπεσεῖν·
Κοὐκ ἂν γυναικῶν ἥσσονες καλοίμεθ' ἄν.

Egit de hoc Ep. P. Faber Agon. L. 2. cap. 30. in Thes. Graec. Antiq. vol. 8. p. 2073.

Ep. 6. Eodem modo Equi, quo utebatur Erasistratus, tarditas atque immobilitas describuntur Tit. 23. Ep. 1. h. l. ubi etiam οὐ σαλεύων dicitur.

Ep. 7. Vid. de hoc M. Burette de la lutte des Anciens. Memoir. des Inscript. et B. L. Tom. 3. p. 249. et quae dedimus ad L. 1. Tit. 1. ep. 8. p. 179.

v. 2. Br. ὄμως, pro ὅλως. quod non in aliis.

v. 3. In Edd. priscis ἤγγυσα, Steph. primus ἤγγισα dedit.

v. 5. Κυλλὸς. De hac voce Vid. Suidam, Foesium Oecon. Hipp. p. 220. Jo. Alberti Observat. Philol. p. 109. et Wetsten. ad N. T. Tom. 1. p. 425. ἠκόντιζον, ad Ex. Ruhnk. ex Grut. quod cum Salmasius probaverit, ignoro.

v. 6. πεντετριχζόμενος, quid sit τριαχθῆναι; *ter cecidisse*, docet Suidas. De locutione Vid. omnino Casaub. ad Theocrit. p. 255. Salmas. ad Solin. p. 206. P. Fabri Agon. L. 1. cap. 27. Ezech. Spanhem. ad Julian. p. 261. atque etiam Wyttenb. Bibl. Crit. Tom. 3. part. 2. p. 61. sqq.

v. 5. pro ἀμείμονα, emenda ἀμείνονα.

Ep. 8. v. 5. εἰς ὥρας Vid. omnino, a Jacobsio indicatum, locum Causauboni ad Athen. L. 2. p. 112. et Conf. T. 8. ep. 1. v. 5. et Tit. 47. ep. 38. v. 4. primum locum etiam notavit Ruhnk. et v. 6. ex Gruteri Exemplo τῷ σαδίῳ σαδίων, at Brunck. τῷ σαδίῳ σάδιν, quae vera lectio, cum vulgata etiam metro repugnet; Vid. Stratonis. Ep. 6. Tit. 22. v. 5.

Ep. 9. v. 1. 2. citat. Grotius ad Epist. Paul. ad Corinth. 1. c. 9. v. 26.

v. 3. De voce ὕστληγξ egimus, ad L. 1. Tit. 1. Ep. 3. p. 174. ubi eā significationem seuticae tribuimus, quod confirmari potest loco Virgilii; Aen. L. 5. 579. 580.

Signum clamore paratis
Epytides longe dedit insonuitque flagello.

qui ea signa dabant μαστιγοφόροι et μαστιγοτόμοι dicebantur, ut haec recte explicuit P. Faber Agnon. L. 1, cap. 21. in Thes. Antiq. Graec. vol. 8. p. 1880. Homer. Iliad. A. v. 531. 532.

Ὡς ἄρα φωνήσας ἵμασεν καλλίτριχας ἵππους
Μάστιγι λιγυρῇ·
Dixit, et argutum scutica resonante, capillis
Formosos agitavit equos.

ad Virgilii locum Vid. Guellii notas. Sophocl. Elect. v. 737.

Ὀξὺν δι' ὤτων κέλαδον ἐνεείσας ἐοικῶς
Πώλοις.

Velocium equorum auribus incutiens acutum flagelli sonum. Vid. etiam M. Burette Mem. de Inscr. et B. L. Tom. 3. de Litt. p. 293. voce φόφος eleganter utitur Lucian. Philopseud. Tom. 3. p. 43. de foeminis, ad caetera surdis, sed si vel auri vel argenti tinnitum audierint, protenus fiunt alacres. Neque aliter Cicero ad Atticum L. 14. Ep. 21. *Si quid Dolabella tinniat.* et Persius Sat. 5. v. 106.

Ne qua subaerato mendosum tinniat auro.

Quod ad reliqua, Cons. Jacobsii notas ad L. 4. Tit. 2. c. 3. Vol. 3. pag. 2. p. 58, et 59. De Lada, cursore, hoc intelligit Plutarch. in Reip. ger. praeceptis Ed. Rualdi p. 804. et Steph. p. 1440. Ruhnk. et Br. ex Salmasii notis p. 119. ἐεφανεῦτο. Sed Vid. Tit. 22. Ep. 8. h. l. Ep. 10. v. 1. Br. Πίσαμ, recte, Vid. L. 1. T. 33. c. 13. L. 3. T. 2. c. 2. Πίσσης in vulgatis et apud Burette, Mem. de Litt. Tom. 3. p. 286.

v. 2. Ἓν καθ' ἕν, Proverbialis locutio, Vid. Erasmi Adag. *unum ad unum.*

Ep. 11. Vid. modo dictum Burette. De hoc egit Casaubonus ad Theocrit. cap. VI. p. 255. quod etiam P. Burm. Sec. et Ruhnk. annotarunt. Illud vero Casaub. non ad Milonem Crotoniatam, athletam celeberrimum, de quo Vid. L. 3. Tit. 2. Ep. 2. sed ad alium luctatorem miserrimum referendum esse censet; aliter Faber in Agonist. L. 1. c. 27. in Thes. Antiq. Gr. vol. 8. p. 1903. Citat. Potterus Archaeol. Gr. L. 1. c. 21. p. 410. Erudite vero Epigr. explicuit Salmasius ad Solin. p. 206. Vere monuit Jacobsius hic etiam consuli oportere Brunckii notas ad Aristoph. Nubes v. 126. p. 71.

v. 5. pro ἀνάγκ legendum ἀγῶν, non recte suspicatur Brodaeus.

Ep.

Ep. 12. v. 2. Br. τοῖς τοῦ φράγε ποσὶ. quod cum Jacobsio non admittendum arbitror.

Ep. 13. Est inter ea Luciani xx. Tom. 3. p. 680. ut et sqq.

Ep. 14. Damna pugilatus exponuntur. Vid. ad 1. h. l. citatum Buretti locum. p. 262.

v. 3. Br. Πίσης, ut Ep. 10. et

v. 5. κερύσσετο, Dorice, quod Grotius expressit. Recte Vid. Salmasii not. p. 119. et J. F. D'Orvill. ad Lucian. Tom. 3. p. 680. et sic Ruhnk. Eodem modo ἐκπρόχθη, ep. 7. Jacobsius πολιῆται *Ed. Fl. pr.* at in mea *eadem Fl.* vulgata lectio πολιήταις, at in reliquis Edd.

Tit. 2. Ep. 1. Vid. Erasmi Adag. Αἰθίοπα σμήχεις; et Schott. in Adag. p. 341. satis tritum proverbium.

Tit. 3. Ep. 1. Ad Exempl. Ruhnk. Vid. Salm. de usuris p. 576. Conf. Brodaei et Jacobsii notas.

v. 2. καὶ μετὰ τὴν πάροδον. Demosth. Epist. 3. Ed. Wolfii p. 199. καὶ μὴν οὐδὲ τὸν Πυθέαν παραλείψω, τὸν μέχρι τῆς παρόδου δημοτικόν. ubi Vid. Reiskii Indicem vol. 20. p. 579.

Ep. 2. 3. apud Br. ut apud Salm. inter ea Luciani sunt. Tom. 2. pag. 311. Vid. D'Orvillii et Reitzii notas ad Tom. 3. p. 687.

Ep. 4. v. 3. ad Exempl. Ruhnk. οὐδὲν φαίνει; ut apud Salmasium e Cod. Vat.

v. 5. Σῆς δὲ βόρα ψυχῆς ἀνατέτασται. Eustath. ad Hom. Odyss. ι. p. 1627. 3. λέγεται γοῦν βόρα, καὶ αἱ αἰσθήσεις δι' ὧν βαίνουσιν ἐς ψυχὴν τὰ ἐσθητά (lege) αἰσθητά. in Copiae Cornu Hadr. Junii p. 141. Ψαλτήρ. CXL. v. 3. Θοῦ καὶ βόραν περιοχῆς περὶ τὰ χείλη μου. ad rem Lucian. Hermot. vol. 1. p. 759. increpat Vulcanum, ἵνα μὴ καὶ θυρίδας ἐποίησεν αὐτῷ κατὰ τὸ στέρνον, ὃ ἀνατεταμένον, γνώριμα γίγνεσθαι ἅπαντα ἃ βούλεται, καὶ ἐκπνοεῖ.

Ep. 5. ἐγχεσίμωροι, vox Homerica, de iis, qui circa hastas occupantur; Vid. Villoison. ad Apollonii Lexicon. Eustath. p. 322. ἐγχεσίμωροι δὲ, οἱ περὶ τὰ ἐγχεα μεμορημένοι ὅ ἐστι κακοπαθοῦντες. Melius Schol. apud Barnes. ἐγχεσιμάχων, περὶ τὰ δόρατα μεμορημένων. Seu τοῦ δόρατος ἐμπειρίᾳ μεμαώτων. conf. V. D. ad Hesych. Proprie de bello furiosa Thrace. Thraces enim et Thessali maxime ab equitatu et bellandi ardore celebrantur.

Ep. 6. Est Luciani apud Salm. in notis et Br. D'Orvillius Tom. 3. p. 687. hoc eo auctore non indignum putat. *In hernias, perinde ut in capitum levitates, tanquam fastus eae significarent, et peculia-*

rem

rem intemperantiam proderent, acerbe jocari easque jurgiis objectasse Orientales, et Graecos et Romanos, notat Th. Reinesius Var. Lect. L. 2 p. 295. Quod ad herniam illud satis apparet ex Tit. 13. Ep. 21. et 24. T. 21. Ep. 1. T. 40. Ep. 12. et L. 6. Tit. 21. Ep. 2. Quod ad Calvitiem, de ea pleni sunt Luciani libri, inprimis Dialogi. Quomodo hanc effugere voluit Agathocles, narrat Aelian. V. H. L. 1. c. 4. Et sic in contemtum Jesaias cap. 3. v. 24. ἀντὶ τοῦ κόσμου τῆς κεφαλῆς τοῦ χρυσίου φαλάκρωμα ἕξεις διὰ τὰ ἔργα σου.

Tit. 4. v. 2. Br. pro καὶ σύγε, καὶ σύτι, ut ad Exempl. Ruhnk.

v. 5. Br. ἀκνίσου, sed male. Vid. ipsius notas p. 146. ad Ep. 9. Tit. 56. L. 1.

v. 6. τὴν πόμπην, *sacrificium*, ut in Carmine ejusdem Automedontis, quod dedimus ad L. 1. Tit. 81. Ep. 3. p. 377. Conf. Tit. 4. Ep. 1. h. l. ubi ut hic ἀκνίσσου βωμοῖο et τὴν πομπὴν, sic contra apud Pindarum Olymp. 7. v. 145. Μάλων τε κνισσάεσσα πομπὰ.

Pecorumque nidorosa pompa.

ubi Schol. πομπὰ, ἡ θυσία.

v. 7. Ἐν Διὸς, Br. τῇ Διος; melius Jacobsius Ναὶ, Διὸς, cujus tamen conjectura legentis,

εἰς εἶδεν γὰρ
ἦλθον ἂν, εἰ λιμοῦ καὶ θεὸς ἠσθάνετο.

non placet. Sensus enim satis apertus. *Multa gratia debetur ambrosiae; unus enim essem e vobis i. e. mortalis, si Deus famem sentire posset.*

Tit. 5. Ep. 1. v. 6. ἔριφος. Vid. notas ad L. 1. T. 90. e. 9.

Ep. 2. Praeclare ad hoc carmen illustrandum faciunt quae dedit Gatakerus ad M. Anton. p. 89. ut etiam observavit Jacobsius. Sed conf. Abrami notas ad Cicer. Philipp. 2. p. 577. Ed. Graevii. Cortii ad Sallust. p. 91. et alios in Ed. Haverkampii p. 137. Nec non Casaubon. ad Sueton. in J. Caesare c. 52. p. 124. quod etiam Ruhnk. annotavit.

Ep. 3. v. 1. Br. Ἑσυλὸς. Sic Salm. et Grut. et Ruhnk. Idem error apud Aristoph. in Avibus v. 558. ubi ἑστηκόσι, pro ἑστυκόσι, sed Bergierus Kusterum secutus mendum sustulit.

v. 2. Λείπομαι, *vincor*, eodem sensu L. 4. T. 12. ep. 19. et ep. 30.

Ep. 4. δρᾶν, ut apud Latinos *facere*, usitatum in amore verbum Vid. Gaulmini notas ad Eustath. de Ismeniae et Ismenes Amoribus p. 17. et Longi Past. L. 3. p. 76. Ed. Villois.

v. 2. Br. pro πάντως, πάντας quod est apud Salm. Vid. Ausonius qui hoc

hoc vertit. Ep. cxix. De monstrosi concubitus repertoribus, quos *Spintrias* appellabant, agi recte observavit Scaliger. Vid. V. D. notas ad Sueton. in Tiber. c. 42. et Taciti. Annal. L. 6. c. 5. conf. Ep. LII. apud Br. T. 2. p. 371.

Ep. 5. Luditur in Episcopum, cui concubina erat nomine Irene. Non dissimilis lusus apud Plutarch. in Catone Minore, fine. Πόρκιος καὶ Μαρφαδάτης, δύο φίλοι, ψυχὴ μία. Psychae enim erat nomen Marphadatis uxori, quam diligebat Cato.

Hoc scriptum in Dioscurum, Alexandrinorum Praesulem. Vid. Wesselingium ad Diodori Siculi Excerpta p. 595. Citat Jac. Tollius Fortuit. p. 132. ubi non inelegans versio.

Nuper, Pax cunctis, ingressus Episcopus, inquit,
Qui potis est cunctis: quam sibi solus habet.

Ep. 8. Hoc male interpretatur Jos. Scaliger non modo de Emend. Temp. p. 480. ut observavit Jacobsius, verum etiam ad Sueton. Caligul. cap. 21. conf. Tit. 40. Ep. 7. ubi nonnulli pro καταδείξαντες legunt καταλείξαντες. obscoenum esse carmen sensit auctor scholii.

Ep. 9. Ad Tit. 11. Ep. 1. et Tit. 42. Ep. 3. Libri primi, nos nonnulla hic daturos esse promisimus de his ad nomina propria allusionibus, quas non omnes docti viri probarunt, sed plures rejiciendas esse, arbitrati sunt. De iis inprimis egerunt Fr. Hesselius ad Ennii Fragm. p. 243. Menagius Anti-Baillet Tom. XIV. P. 1. cap. 48. L. C. Valckenaer ad Euripidis Phoenisf. p. 242. et Burm. ad Ovid. Epist. XXI. v. 209. qui has obvias nugas ad Martialem et similis ordinis Poëtastros tantum referendas esse existimat. At non uno in loco se his allusionibus oblectavit Ovidius, ut Art. L. 2. v. 16.

Nunc Erato: nam tu nomen amoris habes.

et de Ponto L. 4. Epist. 13. v. 2. ad Carum.

Quidque quod es, vere, Care, vocaris; ave.

aliisque in locis. Quid dicam? Gravis auctor, M. T. Cicero his facetiis tantopere gavisus est, ut eas potius quavis occasione arripuisse, quam neglexisse videatur. Pro Cluentio cap. 26. *Guttam adspergit huic Bulbo.* De Ansere, malo poëta, qui Antonii triumviri Laudes scripsit, Vid. Facciolati Lexicon. h. v. Phillpp. XIII. c. 5. *de Falerno Anseres depellantur.* Sed videas velim Phil. XI. c. 6. *Lumen et decus illius exercitus paene praeterii C. Annium Cimbrum, Lysidici filium, Lysidicum ipsum, Graeco verbo, quoniam omnia jura dissolvit: nisi forte jure Germanum Cimber occidit.* Quae verba duo V. Cl. P. Burmannus

Sec. ad Anthol. Lat. Tom. 1. p. 423. et D. Ruhnkenius ad Vellej. Paterc. L. 2. cap. 67. optime explicuerunt. Sic apud Quinctilianum L. 6. cap. 3. p. 541. Cicero dixisse fertur. *Ego quoque tibi jure favebo.* ubi Vid. Interpretes. Si plura desideres Vid. elegantem Petri Bembi ad Famil. Epistolam L. 6. p. 589. quam citat Manutius ad Cicer. Epist. 13. L. 7. p. 313. conf. Tit. 9. Ep. 8. et L. 7. Ep. 64. Sed quantopere amaverit Cicero lusum in verbis patet ex Verrin. L. 2. c. 52. *Novus Astrologus, qui non tam coeli rationem quam coelati argenti duceret;* quem locum merito attigit Toup ad Suidam vol. 1. part. 2. p. 341. Ed. Novae. Conf. Verrin. L. 4. cap. 24. *de Verre*, ut *everriculo* et *porco.*

Ep. 11. ut apud Salm. sic apud Brunck. Palladae est.

Tit. 6. Ep. 1. ad Exempl. Ruhnk. ex Sylb. Λουκίλλου. malo est enim Λουκιλλίου, Lucillii. v. 3. Grotius latine, *Hermogenes* propter metrum.

Ep. 2. Egregia sunt, quae hic attulit Jacobsius, ut de voce τύπανον, Th. Gatakeri Misc. Adv. Posth. 907. et T. Hemsterh. notas ad Aristoph. Plut. v. 476. quibus Adde Eundem ad Pollucem et Grotium ad Maccabaic. L. 2. c. 6. p. 772. et nihil amplius habebis, quod de hoc genere cruciatus desideres.

v. 3. ὄντος, in Juntinâ, ex Ald. pr. in quâ tamen recte ex Flor. primâ emendatum ὄντως, ut in reliquis.

Ep. 3. πεπρωμένον ab Homero desumtum, ut Il. Γ. v. 309. et aliis in locis.

v. 2. διαθεὶς, praeclare de verbo διατίθημι egit Hemsterh. ad Luciani Nigr. p. 80. hinc διάθεμα ἀστέρων, stellarum dispositio et ordo Vid. Salmas. de annis Climacter. p. 87.

v. 5. ad Ex. Ruhnk. ex Sylb. Πετόσειρν sed legendum, Πετόσιρν Vid. Kuster. ad Suid. T. 3. p. 103.

Ep. 4. De hoc Vid. Fabri Agon. L. 1. c. 31. in Thes. Ant. Gr. vol. 8. p. 1925. v. 3. καταλύσης, Vid. supra Tit. 1. Ep. 4.

Ep. 5. v. 1. Br. πλεύσει quod non in aliis, male Ald. Tertia ἐρωδῶν. v. 3. κενὴν, sic Ed. priscae, at recte Aldinae et Venet. καινὴν, ut apud Brodaeum, et ad Ex. Ruhnk. neque aliter Grotius.

v. 6. ad Ex. Ruhnk. ex Sylb. pro λάβῃ, βάλῃ. In versione v. 2. pro *Est*, *Et* in MSS.

Ep. 6. De hoc egit A. van Dale de Divin. Idiolatr. p 471. et de Oraculis p. 308. ubi v. 4. τοῖς ἱεροῖς ἐνιδὼν, optime vertitur *inspectis sacris* (*libellis.*) conf. Onuphr. Panvin. de Ludis Circens. L. 2. in Thes. Antiq. Rom. vol. 9. p. 236. simile quoddam habet Auson. Ep. 93.

Ep.

Ep. 7. Ad haec referri possunt mea ad Boetzelaerium, Carm. Append. p. 58. de Philosopho.

Omnia conquirat, scrutetur, at omnia nil sunt,
Ipse sui ignotus si pede calcat humum.

L. 4. Tit. 33. Ep. 6.

Οὗτος Ἀριστοτέλης, μετρῶν χθόνα καὶ πόλον ἄστρων.

Horat. L. 1. Carm. 28. v. 1.

Te maris et terrae numeroque carentis arenae
Mensorem cohibent.

Ubi Mitscherlichius hujus Epigr. non immemor fuit.

v. 1. πείρατα γαίης, ex Hom. Il. ξ. v. 200. et 301.

v. 5. Br. οὐκ ἀπαριθμεῖς, qua auctoritate ignoro.

Ep. 8. Vid. de hoc Cl. Burmanni notas ad Petron. c. 39. p. 234. et Huëtii ad h. l.

v. 2. ad Ex. Ruhnk. ex Salm. et Sylb. τὴν ἰδίην δ' οὐκ ἐνόει. ut et v. 6. μαλακῶς ἔχει. et citat Petronii locum. c. 39. p. 238. *In piscibus obsonatorse et Rhetores.* Doctissimus Brodaeus quem attulit Plutarchi locum, de voce ὀψοφάγος, hic totum propter elegantiam describere lubet. In Symposiac. L. 4. apud Steph. Tom. 2. p. 1187. et Ruald. p. 667. ὡς γὰρ πολλῶν ὄντων ποιητῶν ἕνα τὸν κράτιστον, ἐξαιρέτως ποιητὴν καλοῦμεν, οὕτως πολλῶν ὄντων ὄψων ἐνενίκηκεν ὁ ἰχθὺς μόνον ἢ μάλιστά γε ὄψον καλεῖσθαι, διὰ τὸ πολὺ πάντων ἀρετῇ κρατεῖν. καὶ γὰρ ὀψοφάγους καὶ φιλόψους λέγομεν, οὐχὶ τοὺς βοείους χαίροντας, ὥσπερ Ἡρακλῆς, ὃς τοῖς κρέασι χλωρὰ σύκα ἔχων ἤσθιεν. οὐδὲ τὸν φιλόσυκον, οἷος ἦν Πλάτων· οὐ φιλοβότρυν, οἷος Ἀρκεσίλαος. ἀλλὰ τοὺς περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν ἀναδιδόντας ἑκάστοτε, καὶ τῷ κώδωνος ὀξέως ἀκούοντας. Nola enim aut tintinnabulo utebantur Graeci ad piscium venditionem indicandam. Vid. Casaubon. ad Strabonem L. XIV. p. 973. ubi docet, ὀψοφάγους proprie dici, qui piscium esu delectantur.

Ep. 9. Br. Salmasium secutus tribuit hoc Agathiae. v. 1. ὅτε σπόρον, ἔμβαλε γαίῃ, Vid. Wetsten. ad Evang. Matth. c. 10. v. 34.

V. 3. Vera videtur Jacobsii lectio ἤτεε δ' ἐξερέων, εἴπερ — *rogavit illum, ut ipsi ediceret, num largam messem habiturus esset.* Quem affert Plinii locum L. 2. Ep. 20. *agitat digitos, computat*, illud v. 6. δάκτυλά τε γνάμπτων optime explicat.

v. 12. pro ὄψεται, lege, ὄψεαι. De toto Ep. consule A. van Dale de Divin. Idolol. p. 469. et de Oraculis p. 307. 308.

Tit. 7. Ep. 1. Timon Phliasius parodiâ utitur ex Hom. Il. Γ. v. 196.

Αὐτὸς δὲ, κτίλος ὡς, ἐπιπωλεῖται εἴχας ἀνδρῶν.
Ipse, aries veluti, perlustrat castra virorum.

Vid. Diog. Laërt. L. 7. §. 170. p. 473.

v. 2. *ἄλμος ἄτολμος*, de hac loquendi formulâ egimus ad L. 1. Tit. 3. ep. 1. Tit. 37. ep. 17. et Tit. 70. ep. 20. ubi *ἄπολις πόλις*, et L. 3. T. 25. ep. 76. *ἄβιος βίος*, *vita non vitalis*. In re satis notâ Valckenaerii ad Euripid. Hippol. v. 821. et ad Phoenisf. v. 1745. neminem consulere pigebit. Adde Oppian. de re Venaticâ L. 1. v. 260. *ἄγονον γένεν*.

Ep. 2. De Pygmaeis, adversus grues bella gerentibus, est locus classicus apud Athenaeum L. 9. c. 10. p. 390. De iis bene egit Banierus Memoir. des Inscr. et B. L. de Litter. T. 5. p. 101. et sqq. conf. Tom. 19. p. 524. Historia videtur desumta ab Homero Il. Γ. initio, ubi Eustathius nonnulla ex Athenaeo desumsit. Homeri auctoritate etiam utitur Plinius L. 7. cap. 2. Juliani animo obversata videntur ea Ovidii Fast. L. 6. v. 175. 176.

Nec Latium norat, quam praebet Jonia dives,
NEC QUAE PYGMAEO SANGUINE GAUDET, AVEM.

Conf. V. D. notas ad Anton. Liber. cap. XVI.

Ep. 3. Merito illud valde frigidum esse judicat Tollius ad Dion. Longinum cap. 37. p. 207.

v. 2. *αὐτὸν ἀπηγχόνισεν*, Lucillio usitata locutio; Vid. Tit. 32. Ep. 2. 3. 18. et Tit. 50. Ep. 18. h. l. Apposite Jacobsius hic attulit Lucani verba, Icaromen. §. 18. T. 2. p. 773. *σχεδὸν γὰρ ὁ πολυπλοκώτατος αὐτῶν, μίαν τῶν Ἐπικουρείων ἀτόμων ἐδόκει μοι γεωργεῖν*.

Ep. 4. aeque frigidum ac superius, quare recte eidem Lucillio a Salm. ex Cod. Vat. tribuitur.

Tit. 8. Hoc melius inscribi *εἰς βραδύν τινα*, existimat Huëtius.

v. 2. *Δύστρου μηνὸς*, Suid. *Δύστρος. ὁ Μάρτιος μὴν παρὰ Μακεδόσιν*. et sic apud Hesych. ubi Interpretes hujus Ep. non immemores fuerunt, et apud Euseb. Hist. Eccl. L. 8. cap. 2. Ed. Reading; *Δύστρος μὴν λέγεται δ' αὐτὸς Μάρτιος κατὰ Ρωμαίους*.

v. 5. *εἰς ὥρας*, apud Br. excidit post *ὥρας ἡμῖν*, quod metrum postulat. Vid. ad Tit. 1. Ep. 8. h. l. Quo sensu Grotius haec acceperit, non satis ex ipsius versione apparere putat Jacobsius; at si verba *illo tempore* modo referantur ad ipsius tardi hominis reditum, mihi satis perspicuus videtur sensus.

Tit. 9. Ep. 1. Martialis L. 1. Ep. CI. de Afrâ vetulâ.

Mammas, atque tatas habet Afra: sed ipsa tatarum
Dici et mammarum maxima mamma potest.

v. 2. Pr. ex Salmasii notis. Ἀαὶ Κορωνίδῃ, Quod probavit Grotius; *vinus, cujus anni ad eos cornicum aut Hecubae accedunt*, vulgatam tamen lectionem sequi voluisse videtur noster Ruhnk. Ep. Crit. 1. p. 113.

v. 4. Ταῖ. Hanc vocem non solum blesae puerorum linguae esse sonum, sed eâ etiam designari Nutritoris et Educatoris officium recte asseruit Raph. Fabrettus Inscript. p. 142.

Ep. 2. De usu veterum crines tingendi coloribus et aromatibus spargendi, Vid. praeter V. D. notas ad ea Propertii L. 1. El. 2.

Quid juvat ornato procedere, vita, capillo?
Et tenues Coâ veste movere sinus?
Aut quid Orontea crines perfundere myrrhâ?
Teque peregrinis vendere muneribus?

Q. Serenum Sammonicum c. 4. v. 48. et Wetsten. ad N. T. Tom. 2. p. 306. Tibullus L. 3. el. 4.

Intonsi crines longâ cervice fluebant,
Stillabat Syrio myrtea rore coma.

Ad lectionem *myrtea* defendendam quamvis egregia attulerit Vulpius, tamen multo magis mihi placeret *murrea*; Horat. L. 3. c. 14. v. 22.

Murreum nodo cohibente crinem.

ubi illorum, qui de colore fusco ac nigricante cogitent, merito improbatur a Mitscherlichio sententia. Praeterea in Edd. priscis, ut iis, quae 1486. et 1487. prodierunt, legitur *myrrhea*, neque aliter legisse videtur Passeratius ad citatum Propertii locum apud Ovid. Sappho ad Phaonem v. 76.

Non Arabo nitet rore capillus olet.

ubi Interpretes *Arabo rore pro myrrha posito.* Sed de verâ lectione ne dubites, Vid. doctissimi Batavi, Hadriani Junii, Commentarium de Comâ, p. 558. carmen citat. p. 440.

Ep. 3. De hoc Vid. Ruhnk. Ep. Crit. c. 1. p. 113.

Ep. 4. Singulare est, quod in Anth. Lat. L. 5. Ep. CCXIV. Tom. 2. p. 470. etiam duodecim annorum introduci videtur puella, quae non sibi aetate pares nacta erat conjuges. Vid. Burmanni notas. Jacobsium elegantissimum carmen non fugit.

Ep. 5. Ex membranis apud Salmasium tribuitur Basso Smyrnaeo. de hoc Vid. D. Heins. Lect. Theocrit. cap. XI. sub fine, ubi versibus Latinis hoc interpretatus est. Quod P. Burmannus Primus et Secundus ad sua Exempl. notarunt. Sed qui legit Heinsii versionem, atque illam cum Grotianâ, quam nos in lucem protulisse gaudemus, contulerit, iterum

intelliget, non aliorum doctorum virorum, sed Grotiano ingenio praecipue deberi Epigrammata Graeca vertendi facultatem. Praeterea Heinsius, quem secutus est Th. Wharton ad Theocrit. Id. VI. v. 40. cum hic per κοτυτταρὶν, veneficam quandam intellexerit, non mirum est, eum primum versum reddidisse,

Cana comam, nimiis ollosa venefica verbis.

Cotyttaris itaque *venefica*? De nocturnis et nefandis Cocyttiis sacris multa colligi possunt ex Ang. Politiani Miscell. cap. 10. Jo. Brittannici notis ad Juvenalem L. 2. v. 91. 92. et aliis. Quod ad nos, haec interpretatio nobis non placet. Primo enim de nomine non convenit, nam in membranis, ut testatur Salmasius, legitur non Κοτυτταρὶς, sed Κοτυταρὶς, quam lectionem vir doctissimus unice probat; hac recepta de Cocyttiis non cogitandum; sed deinde hercle non video, quare Cotyttaris hic non longaevae mulieris, ut Grotius et Rutgersius Var. Lect. L. 4. p. 351. existimarunt, proprium nomen esse posset, et nihil commune habere cum sacris Cocyttiis. Ex totius Epigrammatis verbis et nexu nihil colligi potest, quod aut ad quandam turpem libidinem, aut ad artes quasdam magicas aut veneficas aliquo modo transferri posset; ut apud Horatium Barine, licet summis manifesto teneretur perjuriis, semper pulchrior prodibat et emiteschebat, sic haec Cotyttaris, seu Cotytaris, licet annorum cumulo premeretur, tamen semper prodibat. δὰ τε νύμφων, hoc poëta miratur. Simplex *sigillum veri*; Quod saepius doctissimi viri non animadverterunt, et remotiora ex suis doctrinae thesauris eruere maluerunt.

v. 3. ——— ἢ χερὶ λαιῇ.

Γῆρας ἀριθμεῖσθαι. ad Ex. Ruhnk. et Burmanni primi. Juvenal. Sat. 10. v. 246.

Jam dextra computat annos.

quem locum integrum ad explicationem hujus Epigrammatis etiam attulit Th. Dempsterus de Etruria Regali Tom. 1. L. 1. cap. 16. p. 69. Et idem Ruhnk. ἀριθμεῖσθαι γὰρ πάρεστιν, quod non intelligo. Vid. Gronovi Lect. Plaut. p. 223. Conf. Brodaei et Opsopoei notas, et Sirmondi ad Sidon. Apollin. p. 98. Jo. Woulverum de Polymath. VII. p. 50. Cumque iis compara citatum Gronovii locum. Et sane mireris viros eruditos de hac computatione annorum in tam diversa abiisse. Opsopoeus, cui suffragatur Dempsterus, *Digitis annos computantes a dextra incipiant; quae si non suffecerit numero, ad laevam pergunt.* Gronovius. *Omnes numeri, usque ad centesimum, in sinistra habebantur; sic dextra centesimus incipiebat, inderat sum decentesimus ad sinistram referebatur.* Eodemque modo Wos-

veras; Ne aliorum enormes computationes referam, mihi D. Hieronymi placent verba, adv. Jovianum, *centesimus numerus de sinistra transfertur in dexteram.*

Ep. 6. v. 3. Lege Ἤν — εἴπωμεν ἔνεγκαι, Ed. Princeps et Juntina, at Ald. pr. emendata et reliquae εἴπωμεν ἔνεγκαι.

v. 5. 6. De vocibus τέγαιον, et λάκαιον Vid. V. D. notas ad Pollucem l. 10. 98. p. 1273. et, ut bene observavit Jacobsius, Pierson. ad Moer. p. 250. et p. 364. Adde de *Iasone* Poesii Oeconom. Hippocr. h. v. et Lamb ad Horat. L. I. Serm. 6. p. 83.

Ep. 7. v. 2. μὴ καταλυομένης, quae suam artem nondum reliquit. Vid. ad Tit. 1. Ep. 4. Jacobsii notas. apposite Athenaeus L. XIII. p. 581. καταλελυκυίας τῆς Γναθαινίου σχεδὸν, *Cum artem jam meritoriam fere desiisset Gnathaenium.*

v. 4. Πελίας ἑψομένης νεάσαις optime haec explicuit Vulpius ad Catull. Ep. 54. Ex cujus annotationibus apparet, apud Plautum, quem sequitur Cicero de Senectute cap. ultimo, Peliam pro Aesone esse positum, quod μνημονικὸν ἀμάρτημα esse videtur, quo in errore itaque noster etiam versaretur Lucillius. Sed si quis de AEsone et Peliâ legat fabulas, ut narrantur a Diodoro Siculo L. 4. p. 295. Pausan. Arcad. L. 8. c. 11. et aliis, et cum iis conferat quae Frid. Taubmann. ad Plaut. Hadr. Junius in Adagio *Peliam recoquere*, et Muretus in Var. Lect. Libr. 6. cap. 10. commemorarunt, facile intelliget, has fabulas sua sponte debere confundi, quoniam nulla erat caussa, quare Medea, quod in AEsone praestitisset, in Pelia efficere non potuisset. Nisi potius cum Diogene apud Stobaeum Serm. XXIX. et Palaephato c. 44. ad rationem has revocare et ad Artis Medicae facultatem, quâ Medea inprimis valebat, referre velis; quae ut ei in AEsone successerat, sic in Peliâ eam reliquisse videtur. Elegans locus est de Medeâ apud Platonem. in Euthydemo, vol. 1. p. 285. Ed. Serrani ὡς ἐγὼ, ἐπειδὴ καὶ πρεσβύτης εἰμὶ, παρακινδυνεύειν ἔτοιμος· καὶ παραδίδωμι ἐμαυτὸν Διονυσοδώρῳ. Τοῦτῳ, ὥσπερ τῇ Μηδείᾳ τῇ Κόλχῳ ἀπολλύτω με· καὶ εἰ μὲν βούλεται, ἑψέτω· εἰ δ' ὅ, τι βούλεται, τοῦτο ποιείτω· μάγον χρυσὸν ἀποφηνάτω.

Ep. 8. v. 1. Τῷ ψιμύθῳ. Vid. Lambin. ad Horat. Sat. L. 1. Serm. 2. p. 30. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 394. et Pierson. ad Moerin. p. 418. pro τεῖνε ad meum Exemplum Vir doctus τέγγε. Quamvis βλέφαρα τέγγειν δάκρυσιν et similia passim legantur, ut doctissimus animadvertit Valckenaerius ad Euripid. Hippol. v. 844. p. 254 tamen illud τεῖνε non rejiciendum esse, patet ex Carm. sac. ἐντῆδας ἐκτανύσαις, ubi Vid. Jacobsii Notas.

v. 2.

v. 2. Λαοδίκη, videtur esse lusus in verbo; de quo Vid. ad Tit. 5. ep. 9. Br. τιμμένη, quae lectio tantum est in Juntinâ et Basil. 1549.

v. 5. Ed. Princ. Junt. et Bas. ἐζέρευτας et pro ἀπὸ γαίης Br. ἀπὸ πηγῆς; haec lectio, quam a Jos. Scaligero profectam memorat Jacobsius, est etiam in uno ex nostris.

v. 7. Vid. Mitscherl. ad Horat. L. 1. carm. 25. p. 246.

Ep. 9. de hoc egit D'Orvillius ad Luciani Epigr. p. 687. 688. qui, quamvis in Ed. priscis illud Lucillio tribuatur, tamen ingenio Luciani non indignum putat.

v. 1. τὴν κεφαλὴν βάπτεις, ut Ep. 15. at Ep. 3. Τὰς πολιὰς βάψασα — Br. τὸ δὲ γῆρας οὔποτε βάψεις, ut est in Ed. priscis.

v. 2. Br. ἐκτανύσεις ῥυτίδας propter metrum, Scholia et Cl. D'Orvillium secutus, recte; constanter enim in Anthologiâ prima in hoc vocabulo corripitur, ut L. 1. T. 16. e. 5. L. 2. T. 9. e. 13. L. 3. T. 12. e. 43. L. 6. T. 8. e. 2. L. 7. e. 86. e. 129. e. 134. et 147. Quae quidem carmina, cum hoc comparare non taedebit.

v. 3. 4. Vid. Toup. ad Suid. part. 2. p. 341. Ed. novae. κατάπλαττε; Aristoph. Eccles. v. 873.

Ἐγὼ δὲ καταπεπλασμένη ψιμυθίῳ
Ἕστηκα.
Ego autem cerussae fuco oblita
Sto.

ubi Vid. L. Kusteri notas p. 214. qui hoc Ep. indicavit, ut observavit Jacobsius, qui etiam non inelegantem emendationem nobis offert in Polluce L. 5. §. 102. ubi legendum putat ἀνθωρὸν ἀνθοῦν, καὶ θᾶττον ἀπανθοῦν, καὶ κατὰ Λουκιανὸν, οὐ πρόσωπον, ἀλλὰ προσωπεῖον φέρειν. nam quod in vulgatis κατὰ Λοκρὸν non facile est intellectu. Praeterea ille lusus in πρόσωπον et προσωπεῖον non nihil auctoritatis huic lectioni conciliat. Ne dicam quod vocabulum προσωπεῖον inprimis Luciano fuerit familiare. Addatur ex Gregorii Nazianzeni Carm. 63. p. 147. Ed. Colon. 1690.

Μηδὲ θεοῦ μορφὰς ἐπαλείφετε χρώμασιν αἰσχροῖς,
Ὡς τε προσωπεῖα, κἠυχὶ πρόσωπα φέρειν.

Fed. Morello interprete.

Neve Dei formas pictura inducite foeda,
Ut jam non facies, larva sed ora notet.

Ceterum Vid. Pierson. ad Moerid. p. 323. et Grotii versionem mirari perge.

Ep. 10. Poëtae nomen quamvis in membranis diverso modo appareat, ut

ut patet ex Salmasii notis ad h. l. et L. 3. T. 22. ep. 12. p. 72. tamen videtur scribendum Γαιτουλίκου, *Gaetulici*; *Gaetulicum* inter Epigrammatarios memorat Martialis in praef. et Plinius L. 5. Epist. 3. inter eos, qui liberiore scribendi genere usi sunt, excitat Lentulum, Gaetulicum, quae verba conjuncte legit Sirmondus ad Sidonium, Carm. IX. v. 256. seu 260. ubi Vid. notas. Et in Ep. 10. L. 2. Ejusdem Sidonii, in quâ amatae puellae, sive uxores Poëtarum nobilium enumerantur, tantum dicitur *Gaetulicus*, qui Cesenniam suam in deliciis habebat. Neque aliter in Veterum Poëtarum Fragm. Stephani p. 414. De *Lentulo Gaetulico*, Vid. eruditi Lipsii notas ad Taciti Annal. L. 4. c. 44. e quibus hoc saltem apparet non *Getulii* sed *Getulici* nomen fuisse poëtae.

v. 1. Περὶ χείλεσι χείλεα θεῖσα — videtur desumtum ex Meleagro, et a delicatiore negotio ad minus delicatum translatum. Melager L. 7. ep. 15.

> Ὄλβιον· εἴθ' ὑπ' ἐμοῖς νῦν χείλεσι χείλεα θεῖσα
> Ἀπνευτὶ ψυχὰν τὰν ἐν ἐμοὶ προπίοι.
> *Laudo: sed o utinam labris sua labra maritans*
> *Illa meis totam combibat hanc animam.*

Haec elegantiora etiam attigit Plato; Mantisf. 2. Tit. 4. Ep. 64. Quae ad veram hujus locutionis efficaciam pertinent dabit eruditissimus elegantiarum arbiter Mercerus, ad Aristaeneti Epist. L. 2. Ep. 18. p. 273. Quibus nos addere lubet, quae leguntur apud Xenophontem Ephesium L. 1. p. 11. καὶ τὰ χείλη τοῖς χείλεσι φιλοῦσα συνεῤῥάφει. καὶ ὅσα ἐνενόουν διὰ τῶν χειλέων ἐκ ψυχῆς εἰς τὴν ἑκατέρου ψυχὴν διὰ τοῦ φιλήματος παρεπέμπετο. conf. Heinsii notas ad Claudian. Epith. Pall. et Celer. v. 132.

v. 2. Br. Σιληνὶς, in Ed. Princ. et in aliis, Σηληνὶς, at in Stephaniana Σειληνὶς; ἐξεφόρησα in omnibus. Ex Huëtii notis Br. ἐξερόφησε. De hoc egit Wesselingius ad Diod. Siculum L. 13. p. 617.

v. 5. Br. ἀφειδεὶς, et v. 6. ἐστότε, cum Edd. Vet. habent εἰς ὅτε. Atque idem Br. ex Salm. notis, quemadmodum in membranis ultimum versum ille invenerat,

> Εἰστότε καὶ νεκύων ἦλθον ἐπὶ ψάμαθον.

Quod nulli editi libri agnoscunt; Praeterea ignorare me fateor, quid hic sit, νεκύων ἦλθεν ἐπὶ ψάμαθον, *defunctorum venit ad arenam.* Describitur anus bibax, quae tantopere vino mero gaudebat, ut etiam largâ manu infusum poculum teneret, cum ad plures compotrices, apud Grotium *congerrones*, moriens abierit. συμμορία enim apud optimos auc-

auctores est *ordo*, *decuria*, *classis*. Si in membranis legeretur ἐπὶ ἐπὶ σύμπόσιον, ubi cum suis amplius bibere posset, magis illud probarem.

Ep. 11. v. 3. pro αἰνῆσαι Salm. in notis ὀνῆσαι.

v. 4. κινεῖν et βίνειν nonnunquam promiscue usurpari docuit Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 411. conf. L. 2. T. 47. ep. 2. ubi pro αἰνεῖν legendum κινεῖν. sic κίνημα eodem sensu occurrit in Philodemi carmine, L. 7. ep. 101.

Ep. 12. v. 4. Apte, ut Jacobsius observat, haec Cl. Mitscherlichius admovit ad ea Horatii L. 3. Carm. 15. v. 4.

Maturo propior desine funeri
Inter ludere virgines.

Ep. 13. v. 1. Ἄλλην δρῦν βαλάνιζε. *Aliam excute quercum.* melius fortasse. *Ex aliâ quercu glandes collige.* H. Stephanus; Proverbialis locutio, de quâ Vid. apud Schottum, et ea, quae habet Erasmus Chil. 1. Cent. 5. Prov. 34.

v. 2. ἴκκαρον Edd. omnes veteres usque ad Badium, qui dedit ἴκκαιρον, quam lectionem probarunt Brodaeus, in Ed. Bas. 1549. et Ruhnk. ad h. l. ex Grut. Egregie vero hunc versum explicuit Mitscherlich. ad Horat. L. 2. Carm. 5. v. 9. — 12. quod etiam Jacobsius indicavit.

v. 4. λευκὸν ἰδεῖν κόρακα. λευκὸς ὄρνις, *alba avis* est in proverbio, apud Erasm. Chil. 2. Cent. 2. Prov. 50. at inprimis propter raritatem *de Corvo*, ibid. Chil. 4. Cent. 7. Prov. 35. Juven. Sat. 7. v. 202.

Corvo quoque rarior albo.

Conf. Tit. 46. h. l. Ep. 17. Galenus de naturalibus facultatibus, Tom. V. L. 1. pag. 30. *De Lyco quodam*, in cujus nomine lusum quaerit, cum ait, λευκῷ τοίνυν, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἴσιμε κόραξι. Sic Albutii sententias *albas* vocare solebat Asinius Pollio, ut refert M. A. Seneca Controv. L. 3. p. 221.

Ep. 14. vs. 2. pro ἔγχαλκος Obsopoeus malebat εὔχαλκος, quod ad Ruhnk. Exempl. notatum. At ἔγχαλκος *bene nummatus* opponitur ἄχαλκος, *nummis carens*, cum εὔχαλκος, non tam ad aeris multitudinem, quam quidem ad artis, ex eo conflatae, praestantiam spectat, ut Lib. 6. Tit. 17. Ep. 2. τὸν εὔχαλκόν τε λέβητα, *pulchre ex aere conflatum lebetem.* Homer. Odyss. O. v. 84.

Ἤε τινα τριπόδων εὐχάλκων, ἢ λεβήτων —

quod huic loco non convenit. Iis quae dedit Jacobsius ad h. l. et ad L. 7. ep. 147. de vetulis, quas τάφους, et σάρους vocabant, adde Plauti locum Asinar. Act. 5. sc. 2. v. 42. *Capuli decus.* Euripid. Med. v. 1209.

v. 1209. vel 1218. Τὴ τὸν γέροντα τύμβον ἀφανὸν σέθεν Τίθηνον. conf. Heraclid. v. 168.

Ep. 15. De hoc Vid. M. Raderum ad Martialem L. 3. p. 271. et ibi citatum ex L. C. Rhodigini Lect. Antiq. locum L. 29. c. 10.

v. 2. Καὶ δαιὸς ὢν λίαν ἀὸν ἄκρας γέγονεν. P. Burm. Major ad suum Exempl. citat Calpurn. Ecl. 6. v. 14. *levique decentior ovo*, ubi Rob. Titius hujus Epigr. non immemor fuit.

v. 3. Br. ἐκόμισε pro ἐκοίμισε, quod ad unum Cod. Leid. notatum; reliqui, ut vulgo, ἔβόμισε. Tale quid Grotius in versione ante oculos habuisse videtur.

Tit. 10. Ep. 1. 2. Haec in Ed. Principe conjuncta leguntur. Aldus ut Junt. et Bas. 1549, ea separavit, Aldina secunda ut Ἄδηλον dedit; sed in emendationibus ex Ald. pr. emend. hac inscriptione illud ornavit.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς γραμματικὸν κεραυφόρον.

Quod deinde in omnibus. Sed talem titulum petinere ad Ep. 8. bene vidit Jacobsius. Ex Salm. notis p. 121. Grot. δύσκολον, vertit enim *instructabilem*. quae vox tamen in M. S. S. Grotii deleta.

v. 2. τὸ σόμα μου δίδεται. conf. Tit. 46. Ep. 7. h. l.

Ep. 2. v. 1. Br. pro ποτε, νοῦν legit, in quam lectionem etiam Grotius incidisse videtur, quare eam recepimus.

Ep. 3. v. 1. σῆτες ἀπέντων. constans lectio. Suid. σῆς, σητός, *vermis, tinea*, Vid. Wolffii notas ad Sapph. Fragm. p. 239. Jacobsii tamen emendatio legentis σῆτες ἀκανθῶν probari posset propter seqq. ut Ep. 4. σῆτες ἀκανθοβάται et Ep. 12. σῆτες ἀκανθολόγοι.

v. 2. Τελχῖνες, sic apud Suid. et Etym. M. at apud Hesych. Θελγῖνες, sunt homines κακοῦργοι, πονηροὶ δαίμονες ἢ ἄνθρωποι φθονεροὶ, καὶ βάσκανοι. Vid. de his clarissimi et doctissimi Ezech. Spanhemii notas ad Callimach. Hymn. in Delum v. 31. et Valckenaer. ad Callim. Fragm. p. 145. sqq. quibus adde quae hic habet Jacobsius.

v. 4. ἀνὸ' αὐτοῦ. ad Cod. Leid. ἀνιδλανὸν.

v. 5. εἰς τὰ μὴ ἢ σφὴν, sic in Ep. 6. h. Tit. Herodicus τὸ σφὴν καὶ σφῶϊν, καὶ τὸ μὴν ἢδὲ τὸ νὴν. de iis, qui minimas scrutantur particulas.

v. 6. εἰ κύνας, ad Ex. Ruhnk. ex Salm. εἰ κόνας. quod nihili est.

v. 7. Br. κατατρίζοντες, et sic ad Ex. Ruhnk. et v. 8. ignota manus. Paulus ad Ephes. cap. 6. v. 16. ἐν ᾧ δυνήσεσθε πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι. Non dissimile illud Leonidae L. 1. T. 44. v. 8. ἔξιθι, κλὶς ἀτέρας ἔξω ὀδόντα βάλε.

Ep. 1. Legitur hoc in Erinnae Fragm. ubi Vid. Wolii notas p. 6.

v. 2. De hoc egit Is. Casaub. ad Athenaeum p. 186. v. 51. conf. v. 1. Ep. 3. et v. 2. Ep. 12. h. Tit.

v. 4. Καλλιμάχου πρόκυνες; optime Jacobsius scripsit. *Procyon ante Canem oritur, eumque praecedit, multum Cani splendore cedens. Hinc intelligitur cur Grammatici vocentur Callimachi πρόκυνες.* De Canibus Deorum Ministris Vid. citatum locum ad Lib. 1. Tit. 13. Ep. 1. v. 4.

v. 5. Salm. ποιητῶν λῶβαι, ποσὶ σκότος ἀρχόμενοισι. Quod etiam ad Ex. Ruhnk. notatum, at prima in ποσὶ brevis est. Br. ἀρχομένοισι.

v. 6. Bernardus ad Thom. Magistrum, p. 549. pro ἐυφάνων, legi malebat ἐυφρόνων, sed hoc metricae leges non admittunt.

Ep. 5. Cum hoc omnino Conf. L. 1. T. 17. ep. 1. Ejusdem Palladae, qui molestam uxorem habuisse videtur, ubi legitur.

Τέχνης γραμματικῆς, καὶ γαμετῆς μαχίμης.

v. 3. τὰ πάθη, *casus miserabiles, clades*, ut apud Eurip. Hec. v. 589. Vid. Hemsterh. ad Luciani Deor. Dial. 25. p. 280. Xenophon de Inst. Cyri L. 2. c. 2. §. 1. ἐνταῦθα δὴ οὕτω βαρέως ἤνεγκε τὸ πάθος. *Ibi tum usque adeo graviter hunc casum tulit.*

v. 5. In Ed. Princ. et Junt. γ' ἀλλόχου, quod emendavit Aldus.

Ep. 6. Primus dedit ex Athenaeo Steph. in Append. p. 524. legitur etiam in Mant. Secunda Tit. 4. Ep. 56. de hoc egimus ad Grotii Proleg. p. 135.

v. 1. Desumtus ex Homer. Il. B. v. 159. et sic Anacreon. v. 787. ἐπὶ νῶτα τῆς θαλάσσης. et Eurip. in Helena v. 129.

Πολοῖσιν ἐν νωτοῖσι πόντιας ἁλός;

Conf. Iphig. in Tauris v. 1457. et L. 3. Tit. 22. Ep. 74.

Νῶτα δὲ Τυρσηνῆς ἐπάτευν ἁλός:

qua in re illud notandum, quod nomen *dorso*, tam numeris aptum, non nisi a serae aetatis poëtis latinis ad maris superficiem fuerit translatum: cum apud antiquiores *cumulum arenae*, *scopulum* significat, atque eleganter de monte et nemore usurpatur, ut apud Virg. Georg. L. 3. v. 436.

Neu dorso nemoris libeat jacuisse per herbas.

Et Horat. Sat. L. 2. S. 6. v. 91.

Praerupti nemoris patientem vivere dorso.

v. 4. Br. Καὶ τὸ σφῶν ex emendatione Piersoni ad Moer. p. 310.

v. 6. Quare Grotius illud Τὰς, quod tantum est in Wechel. suspeperit, ignoro. Nam apud Athenaeum etiam in Ed. Princ. legitur Ἑλλὰς.

Ep. 7. ἀπ' ἴνου κατακεκλῆν, proverbialis locutio. Vid. Suid. Tom. 1. p. 288.

p. 288. et Zenob. Cent. 2. p. 41. et Erasmi Adag. p. 273. et Hesychii Interpr. p. 475.

v. 3. ἰδιώτης, non *privatus*, ut male vertitur, sed *illiteratus*, qui Grammatico opponitur. Vid. Cl. Hemsterhusii notas ad Luciani Tom. 1. p. 484.

v. 5. Br. ἴκαθε recte, ut omnes Edd. veteres, Steph. primus ἴκαθεν.

v. 6. Br. pro γίγονεν, γίγνεται, quod non in aliis.

Ep. 8. Br. ἐν γραμματικῶν κεραυφόρων: recte ex Membr. cum illud Temnia male ab Aldo Ep. 2. fuisse adjectum, jam vidimus. Et sic Salm. ad Tertull. de Pallio, p. 338. quod etiam ad Exempl. Ruhnk. notatum. ubi tamen aliud initium. Νῦν σὺ δίδασκε λέγων Πάριδος — quod quare dederit Salm. ignoro, cum vulgatam lectionem tuetur in notis, p. 121. De κεραυφόροις Vid. praeter Jacobsium ad h. l. M. Solanum ad Luciani Diat. Mort. p. 332. et M. Jac. Mollerum in libro de Cornutis. Meus amicus Jo. Ad. Nodellius, Professor Roterodamensis, bene me monuit apud Jo. Tzetzen in Homericis, a Jacobsio editis v. 153. Χρυσόκερώς τε πόκεις dici maritos inauratis cornibus, qui donorum caussa in uxorum adulteriis connivere et dormire solent.

Ep. 9. v. 1. Φυσίζοε; Vett. Edd. omnes ante Stephan. qui Φυσίζοε dedit Br. pro Μοῦσα, λιμοῦ, cujus emendationis quamvis nullam rationem dederit, tamen eam non inelegantter ex ipsius Luciani scribendi modo asseruit Jacobsius.

v. 3. In Edd. Luciani Ἐχῶν τὰρ καὶ σύ, —

v. 4. Citat D'Orvillius, ad Charit. p. 29.

v. 5. Respicit poëta Arati versus in initio.

v. 6. In Edd. prisciis λίκτρια, quâ de voce egit Henr. Steph. in Appendice ad Thes. L. Gr. T. 4. p. 1360. idem tamen in notis ad h. l. Obsopoeum secutus emendat λίκτρα, quod probarunt Br. et D'Orvillius ad Luciani Ep. p. 681. nec non exprimere voluisse videtur Grotius.

Ep. 10. Hoc et sequens ex Salmasii sententiâ Br. Lucillio tribuit.

v. 5. Vid. Huet. βάλλειν exquisite de *disteriis jaciendis* dici, docet Cl. Wyttenbachius ad Plutarch. de S. N. V. p. 5. Caeterum egregia sane sunt, quae hic attulit Jacobsius, in quibus acquiesco.

Ep. 12. v. 1. Omnes Edd. priscae Ζήνων, ὃς ἔχει — μένανδρον — v. 2. Junt. et Bas. 1531. pro φυσί, φυσὶ. Br. Ζήνωνος — Μένανδρος — φῆς σύ.

Bruin. 3. αὐτῷ μιδίτῳ; et cum Huetio pro οὗτος, — ὅτος. ad Ex. Ruhnk. haec notata leguntur. *Vid. Salmas. ad Solinum p. 278.* qui

qui mihi veterem lectionem recte constituisse videretur, si legisset. Γραμματικὸς, Ζηνῶνος ἔχων πώγωνα, Μένανδρος. Grammaticus Menander, Zenonis habens barbam. ut simili fere modo ad idem Ex. Ruhnk. scriptum. Γραμματικοῦ Ζηνῶνος ἔχει πώγωνα Μένανδρος. ex emend. Scaligeri in Guilandinum *p.* 54. *et sic apud Scriver. ad Martial.* 10. 93. Sed conf. V. D. notas ad Mart. L. 1. Ep. 67.

v. 3. Aldus in Emend. αὖ τῇ, quod tantum Aldina secunda servavit. pro οὕτως, Brod. ὄντως, etiam ad Ex. Ruhnk. notatum.

v. 4. voces πτώσεις, συνδέσμους, reliquas, quae proprie ad artem Grammaticam pertinent, ut patet ex Lib. 1. T. 17. ep. 4. et 5. ad res Venereas transtulit poëta.

Ep. 12. apud Salm. in notis p. 122. et Br. T. 2. p. 223. tribuitur Philippo Thessalonicensi.

v. 2. ἀκανθολόγοι, qui spinas colligunt, conf. T. 47. e. 8. h. l.

v. 3. Ald. pr. Emend. Junt. et Ascens. ζήτει.

v. 5. λευκότερον εἰπεῖν dicuntur, qui clarius rem explicant, quibus opponuntur obscuriore oratione utentes, ἡ δὲ μέλαινα ἰσορία, ut haec egregie exposuit doctissimus Brodaeus.

v. 6. Br. Περικαλλιμάχους, ut in Salmasii et Gruteri notis, Quod ad Ex. Ruhnkenii notatum.

Ep. 13. De hoc egerunt Jos. Scaliger ad Auson. L. 1. c. 28. et Is. Casaubonus ad Theocrit. c. 18. p. 276. De Cynegiro Vid. ad L. 1. T. 5. Ep. 9. et Ep. 25. et L. 4. T. 8. Ep. 32. et Ep. 33. ἀπελθὼν, ut apud Latinos mortui dicuntur *abiisse* et *e vita abiisse*, sic apud Graecos ἀπελθεῖν, et ἐκ τοῦ βίου ἀπελθεῖν, Vid. L. 1. T. 13. Ep. 7. et T. 66. Ep. 4. Lucian. Somn. Tom. 1. p. 17. et Philopf. Tom. 3. p. 56.

Ep. 14. Salm. *est Palladae ideoque insulsum*; huic etiam dedit Br.

v. 4. Ἀλαβαρχείης. Alabarches seu Arabarches videtur fuisse magistratus, qui Judaeis Alexandrinis praeerat in exigendis vectigalibus. Vid. de his A. Turnebi Adversf. L. 27. cap. 25. V. D. ad Juvenal. L. 1. v. 130. Cicer. Ep. ad Atticum L. 11. epl. 17. et J. A. Ernesti in Clave Cic. h. v.

v. 5. Br. κανθήλιε, recte et sic editum in Ed. Bas. 1549. et probatum a Grotio. idem ex Salm. notis pro γραμματικῶς γὰρ, γραμματικοῦ γὰρ, et v. 6. ex ingenio. pro οὐδὲ τέλος, οὐ τελέως.

Tit. 11. Ex Stobaeo Serm. 67. p. 420. ex Ed. Gesneri Serm. 187. p. 640.

Δύ' ἡμέραι γυναικὶ ἀνὴρ δίδωσι,
Ὅταν γαμῇ τις, κἀκφέρῃ τεθνηκότα.

Grotio interprete. p. 278.

Uxor marito dat duos dies dulces:
Cum sponsa nubit, cumque funus efertur.

Hoc vero Ep. non minus eleganter vertit.

Fons irae mulier: sed habet duo tempora laeta:
Cum venit in thalamum, cumque abit in tumulum.

Unde colorem traxisse videtur optimus meus praeceptor P. Burmannus Secundus Poëmat. p. 464. Duorum maritorum fors diversa.

Hic libertatem male perdidit, ille recepit,
Conjugis a thalamo, conjugis a tumulo.

Forte melius v. 2.

Conjugis hic thalamo, conjugis ille rogo.

v. 2. δύο, Omnes Edd. Vett. usque ad Steph. Attigit hoc Jo. Alberti Observ. sacr. p. 237.

Tit. 12. Ep. 1. Hoc et sequens, ut adolescentulus, latine reddidit Cl. Barthius ad Statii Thebaid L. 6. v. 158. quod ad Ex. Ruhnk. notatum.

v. 1. Offendit interpretes vox Ἄνθρακα, pro quâ verbum mallent, quod ad rem militarem pertineret; non necessarium puto; quoniam ἄνθραξ, ut *carbo* apud Latinos, *de candente carbone* dicitur. Quid enim magis naturale, quam si carboni ardenti laurus admoveatur, haec magnum crepitum excitet? quod optime intellexit Grotius. Vanum hunc timorem etiam bene depinxit Isidorus Pelusiota L. 5. Ep. 561. et Horat. L. 1. Od. 23.

v. 2. In versione Grotianâ dedimus *melino*, sed legendum ut in M. S. *milite*. Est enim τὸ μήλινον λῶμα vestis militaris, ex colore ruffo militibus usurpato, de quâ Vid. doctissimum Salmasium ad Hist. Aug. Script. T. 2. p. 563. qui et hujus Ep. mentionem fecit.

v. 4. Sic idem Lucillius Tit. 32. Ep. 13.

Δύσμορος ἐξαπίνης ὕπνῳ ἐξετάθη.

v. 6. φίλῳ χρῆται, de hac locutione Vid. Valckenaer. ad Eurip. Hippol. v. 996. p. 270. Λυσιμάχῳ, ludit in hoc nomine, ut Cic. Philipp. XI. c. 6. in *Lysidico*. quâ de re actum ad Tit. 5. Ep. 9. h. l.

Ep. 2. Ut apud alios, sic hoc latine redditum legitur in Kuhnii notis, ad Aeliani V. H. L. XIII. c. 14.

v. 4. Ζωγρεῖται, Aid. Sec. Tertia et Venet. quod ad Ex. Ruhnk. notatum, ut v. 6. pro τότε, ἔτι ex Cod. Vat. Ζωγρεῖτο, recte respicit poëta ad illa Homeri, Il. K. v. 378.

Ζω-

Ζωγρεῖτ', αὐτὰρ ἐγὼν ἐμὲ λύσομαι.
Me vivum capiatis, ego me munere soluam.

v. 5. Br. κεὶ, quod Jacobsius Grotium divinando occupasse existimat. et τέτρωσθαι pro τέτρωται, Huetius p. 466.

Tit. 13 In Ed. Princ. εἰς Αἰσχραῖς. Ep. 1. v. 1. Ῥύγχος ἔχων, Vid. Trilleri notas ad Thom. Magistrum, p. 787.

v. 2. pro ἐν ὕδατι Obsopaeus ἐνόδοις. quod ad Ex. Ruhnk. notatum. διαυγὲς ὕδωρ, proprie de pellucidis aquis et rivis. Vid. Luciani Dial. Mar. T. 1. p. 296. Sic διαυγὲς νᾶμα. L. 1. T. 73. ep. 1.

Ep. 2. v. 1. τριπτιθήκινον Edit. priscae, ut etiam Bas. 1549. at recte Ascens. τριπιθήκινον. Optime hanc vocem explicuit Th. Reinesius Var. Lect. L. 1. c. 18. p. 69. quibus adde, quae habet Jacobsius.

v. 2. De Hecate non vulgaria dederunt Micyllus et Ciofanus ad Ovidii Metam. L. 7. v. 74. Clericus ad Hesiodi Theogon. v. 411. et summus Hemsterhusius ad Luciani Dial. Mort. Tom. 1. p. 339. ubi, quid sit Ἑκάτης δεῖπνον, explicat. Jacobsius hoc Lucillium dicere voluisse putat, *Bitonem vel ipsam Hecaten deformitate superare; ita ut si Hecate eam vidisset, se prae invidia suspensura esset.* quod quare non ex Grotii versione,

Quamque videns nollet vivere Persephone,

intelligi posset, plane non video.

v. 5. Quae sunt in Gruteri Exempl. ad suum annotavit Ruhnk.

Ep. 3. Ad Ex. Ruhnk. Vid. Salmas. ad Jul. Capitol. Pertinac. VIII. p. 353.

v. 1. Ut supra γρ. δρὺ, Brod. μὺς, ex Sylb. notis. Lusus in vocabulis δριμὺς et δρῖλος, quem splendide explicuit doctissimus Jacobsius.

Ep. 4. Hoc cum superiore in Ed. Princ. jungitur.

v. 4. pro ναύταις, apud Br. γριπεῖ, quod Jacobsius in νηκτοῖς contra pisces, mutari vellet, quod non necesse; nautas enim piscatores etiam dici posse arbitror. sed Brunckii emendatio nullum habet ductum literarum et Jacobsii in eo laborat, quod quidem νηκτὸν adjective, non vero substantive sumitur; ut L. 6. Tit. 3. c. 1. νηκτοῖον ἐκ' ἰχθύσι.

v. 5. Br. pro κένδυλα, σχένδυλα.

v. 6. Ad Ex. Ruhnk. τοῖς πυλεῶσι κόραξ, Vid. Steph. Thes. L. Gr. T. 2. p. 380. κόραξ. quod idem ad meum Ex. annotavit P. Burmannus major. His adde quae habent V. D. ad Polluc. L. 1. Segm. 77. L. 7. Segm. 111. et L. 10. Segm. 22. at inprimis Tib. Hemsterh. ad Luciani Necyom. Tom. 1. p. 472.

Ep. 5.

Ep. 5. in M. SS. D'Orvillii Hermogenem et Hermogenis.

Ep. 7. v. 2. Br. ἑυτὸν, ut ad Cod. Leid. qui et ὑπεκχαλάσαι. In Josua vero cap. 2. v. 15. de Rachab. κατεχάλασεν ἑυτοὺς διὰ τῆς θυρίδος.

v. 4. Br. pro ἔφυγεν, ἔφυγε. contra codicum consensum. In versione v. 1. M. SS. legitur Zenodotus pro Zenogenes.

Ep. 8. Br. Ἀμμονιόν, ut L. 4. T. 12. ep. 98. at Ἀμμωνίδου, in vulgatis, cujus modo hoc unicum in Anthologia exstare distichon censet Fabric. Bibl. Gr. L. 3. c. 28.

Ep. 9. v. 1. Br. ἔχει, recte et sic Edd. Vet.

Ep. 11. v. 1. ἀπομύσσειν, de significatione irridendi et decipiendi Vid. Hemsterh. ad Luciani Dial. Mort. Tom. 1. p. 351. et seqq. conf. μυχθίζω, L. 7. ep. 108.

v. 3. Οὐδὲ λέγει, Ζεῦ σῶσον, ἐὰν πταρῇ· Conf. omnino L. 7. ep. 179. ubi Br. pro ἄναξ legendum dedit ἄπαξ, quod elegantissimus Lennepius in suis ad Ovidii Heroid. animadvers. p. 290, probavit. Nihil vero frequentius quam in sternutamentis, quae dubiae erant interpretationis, ad bonum procurandum omen, invocatio alicujus Dei, ut hic Ζεῦ σῶσον. Praeterea crepitantem lucernam pro numine habebant, ut L. 7. ep. 118. λύχνε, σὺ δ', ἢ θεὸς εἶ. Quare ἄναξ, quod nomen plerumque Deis tribuitur, ut frequens apud Homerum Ζεῦ ἄνα — non in ep. 179. delenda vox; a Grotii versione nonnihil diversa lectio forsitan eum locum illustrabit.

Haec si vera forent, quoque tu, Rex, qualis Apollo,
Mortali ut vates, stabis apud tripodas.

De his sternutamentis, modo secunda, modo adversa praemonstrantibus, praeter Casaubonum ad Athenaeum p. 137, luculenter admodum egit Jo. B. Casalius in Thes. Antiq. Graec. vol. 9. p. 905. et sqq. ubi non inelegans hujus Epigr. legitur latina versio. Confer porro quae dedit P. Burm. Sec. ad Propert. L. 2. El. 2. v. 35. et L. 4. El. 3. v. 60.

Ep. 13. Lucillio etiam dedit Grotius. v. 2. ὄψιν, rectissime, ut ad Cod. Leid. notatum, et Edd. omnes Vett. usque ad Steph. in cujus editionem, errore typographi, ni fallor, irrepsit ὄψον, quod male admodum deinceps aliae secutae sunt. Vid. Raderum ad Martialem, L. 1. Ep. 71. (seu 73.) p. 147. conf. Mart. Lib. 5. Ep. 43. ubi etiam h. Ep. mentio. L. 9. Ep. 38. L. 12. Ep. 23. et L. 14. Ep. 56. quae in faciei turpitudine indicandâ et emendandâ versantur. Horat. Serm. L. 1. S. 6. v. 30. et sqq.

haberi
Ut cupiat formosus; eat quacumque puellis,
Injiciat curam quaerendi singula; quali
Sit facie, sura, quali pede, dente, capillo.

Ovid. Medicam. Fac. v. 81. 82.

Ut coëant, apteque lini per corpora possint,
Adjice de flavis Attica mella favis.

qui versus inter Leoninos referendus, de quibus egimus ad L. 1. T. 32. Ep. 3.

Ep. 14. De Struthione et Struthione magnâ, Cameli formâ (T. 22. ep. 6.) pluribus egit S. Bochartus vol. 1. part. 2. p. 217, et sqq. Adde quae dedit Barthius ad Claudian. in Eutrop. L. 2. v. 310. qui et hujus Epigr. mentionem facere non neglexit. Contumeliosum vocabulum spectat ad oris deformitatem indicandam. Seneca de Constantia sapientis, cap. 17. *In senatu flentem vidimus Fidum Cornelium, Nasonis generum, cum illum Corbulo Struthiocamelum depilatum dixisset.*

Ep. 15. Vid. Abram. ad Cicer. Orat. in Pisonem, c. 1. p. 594. Ed. Graevii.

v. 1. πολὺς, proprie de barbâ horridâ et incultâ. Theocrit. Idyll. 24. v. 4.

Καὶ μύσταξ πολὺς οὗτος ἄν, αὐαλέαι δὲ κλιτύοι.
Atque haec barba gravi mento tibi multa pependit.

Ep. 16. v. 1. Propert. Lib. 3. El. 23. v. 34.

Et speculo rugas increpitante tibi.

Ubi Vid. elegantissimi et doctissimi P. Burmanni Sec. notas. conf. L. 6. Tit. 8. Ep. 1. In Ed. priscis, ἐγὼ δέ σε πάλαι — quod primus Stephanus metri caussa immutavit.

v. 3. Ed. Princ. Junt. et Ascens. τοῦτο καὶ ἡδυλύρης δὲ ποτὲ Πίνδαρος ἐλέγχων. Quod propter idem metri vitium correxit Aldus. Quis vero scit, an Macedonius tam religiosus ad metrum observandum fuerit in nominibus propriis, quae veteres modo produxisse, modo corripuisse ostendimus, ad Lib. 1. Tit. 43. Ep. 3. Conf. Tit. 13. Ep. 16. h. l. Sic Jordanis et Jordanis, Vid. Burm. ad Lotichii Poëm. pag. 311. Neque aliter Brunck. Lect. et Emend. p. 251. propter licentiam, in nominibus propriis concessam, Aratus et Aratus dici posse existimat. At ut factae medicinae medicinâ subveniretur, posuit ad suum Ex. P. Burm. primus pro αὔτος, αἴσχρος quod etiam Ruhnk. notavit, unde Dr. ex marg. Ed. Wechel. dedit αἴσχος, sed, an αἴσχος, αἴσχρος, aut

aut αὐτὸς ad fulciendum metrum interponas, omne robur Epigr. surripis, cujus vis salva est, si priscam lectionem sequaris, et non de secundâ in Pindarus labores. Cum editori, praeterquam in locis plane desperatis, e quibus nullus sensus elici potest, semper sibi illud propositum habere debeat, ut lectionem, qualis ab auctore profecta sit, exhibeat, tunc eam propter metri imbecillitatem immutare, periculosum arbitror. Ceterum conf. L. 4. Tit. 19. Ep. 23. et Tit. 27. Ep. 15.

Ep. 17. Ut supra metri negligentiam in nominibus propriis observavimus, sic eam hic commissam videmus in voce μίνα, cujus prior syllaba contra poëtarum usum corripitur. Sed hoc unum modo distichon optimus princeps reliquit, quare in eo propter quandam in metro insolentiam nihil mutandum.

v. 2. παρερχομένας, Ed. princ. Ald. pr. et Junt. sed Ald. sec. παρερχομένοις. quod deinceps fuit in vulgatis et suscepit Steph. in Lex. quamvis παρέρχεσθαι etiam de tempore dici demonstret.

Ep. 18. v. 1. Hom. Odyss. Ω. v. 90.

Ἀλλά κε κεῖνα μάλιστα ἰδὼν ἐτεθήπεα θυμῷ.

Simile initium Ep. Ammiani Tit. 46. ep. 10. Hoc optime explicuit Barthius Adverf. L. 9. p. 445. ῥυγχελέφαντα, ut Tit. 46. e. cit. βαρύχειλον.

v. 2. Ruhnk. ex Sylburgii notis λιτράιοιν et pro ἰέντα, ἰόντα. λιτραίοις Br. quod probaverat Salm. qui tamen ἰέντα retinendum putat. Edd. priscae sibi non constant; Princ. cum sequente jungit, et dedit, χείλεσι τριταίοις, Junt. separat, et legit χείλεσι τριτταίοις, ut Ald. prima, Ascens. Bas. et Stephan. Sed Aldinae 2. 3. et Venet. separant, et habent χείλεσι τριτταίης. τριτταίοις praeferendum propter ῥυγχελέφαντα, et sic Grotius.

Ep. 19. v. 2. Br. ἐνοπήν, ut est in membr. et Ed. Princ. quod non probat Salm. in vulgatis ἐν ὀπῇ, obscoenius, sed forsitan verius, quam lectionem Grotius videtur secutus.

Ep. 20. Ut apud Salm. sic inter ea Palladae est apud Br. T. 2. p. 410. v. 4. εἶξαι τὴν νόσον οὐ δύναμαι. Vid. ad L. 1. Tit. 5. e. 7. et Casaubon. ad Persii Sat. L. 1. p. 53. ubi in v. 13. veram lectionem revocare conabimur.

Scribimus inclusi, numeros ille, hic pede liber.

Substituendo,

Scribimus, inclusas numeris ille, hic pede liber.

ut *inclusus* et *liber* sibi invicem opponantur. Ad Ex. P. Burm. primi et Ruhnk. AEschyl. Agamemn. v. 551.

Τερπνῆς ἄρ' ἥτε τῆςδ' ἐπήβολοι νόσου;

quod inde natum videtur, quia in Ed. Princ. Ald. prim. Junt. Ald. tert. et Ascenf. legitur ϛέρξαι. Cui non disfimile esfet illud Tibulli L. 2. El. 5. v. 110.

Et faveo morbo, tam juvat ipse dolor.

ubi Vid. eruditisfimi Vulpii notas. Sed ϛέξαι, quam lectionem probant V. D. primum dedit Ald. fecunda eamque fecutus est Grotius. Vid. nostras obfervat. ad L. 1. Tit. 5. ep. 7. v. 3. p. 195.

Ep. 21. Vid. notas ad Tit. 3. ep. 6. h. l.

v. 1. προτέθηκας, Ed. Princ. Junt. et Baf. 1549. Aldinae et reliquae. προτέθεικας. φαινομένου proprie de eo, quod apparet et adest; Vid. Ern. ad Hom. Il. K. v. 236.

v. 2. Br. αὐτὸν ἰδεῖν σ' ἐθέλω, quod non ita in vulgatis.

Ep. 22. Hoc cum feq. unum carmen facit in Edd. priscis. Grotius primos verfus feparavit. In eo, quale fit, pro more fuo, ut Tit. 10. Ep. 14. h. l. nimis acerbum est Samafii de Pallada judicium.

Ep. 24. ad Ex. Ruhnk. Διόφαντος. Quod profectum e Sylburgii notis et notatum Drakenborchii manu. Vid. J. F. R. ad Lucian. Tom. 3. p. 688.

Br. v. 1. Οὐ δέπστ' εἰς πορθμεῖον ἀ κηλήτης Διόφαντος

Ἐμβαίνει, μέλλων εἰς τὸ πέραν ἀπίναι.

Quomodo legitur apud Salm. et D'Orvillium ad Lucian. l. c. Sylburg. ἐμβαίνειν μέλλων εἰς τὸ πέραν ἀπίναι.

Ep. 25. Tres ultimos verfus, quos etiam latine reddidit Grotius, fupplevimus partim ex Sylburgii nostro apographo p. 369. et ex Br. Analectis T. 2. p. 312. est apud Lucian. l. c. ubi Vid. notas et conf. Ep. 6. et feq. hujus Tit.

Ep. 26. v. 1. Br. Salmafium fecutus dedit. Τοῦ γραπτοῦ Νίκωνος, ut in Ep. fuperiore.

v. 5. βουνὸν, de h. v. egit Valcken. ad Herodot. L. 4. p. 351. Quod notavit Jacobfius. Adde vero Euftath. ad Hom. Odyf. p. 1854. §. 21. Pauw ad Phrynichi Ecl. p. 156. et V. D. ad Hefych. quâ in re tamen illud tenendum, quod Euftathii locus, a doctis viris citatus, ad Il. A in Ed. Romanâ non inveniatur p. 831. §. 32. Sed quidem p. 880. §. 28. Sic. Pan L. 6. Tit. 15. Ep. 18. quia in collibus verfatur et colitur βουνίτης feu βουνεΐτης dicitur.

Tit. 14. Ep. 1. v. 1. Hemfterh. ad Lucian. Tom. 1. p. 212. προσέχειν et προσέχειν τὸν νοῦν, *poni folet in re amatoriâ, quando quis alteri morem gerit et obfequitur: blanditiis officiofis prolectat amoremque demereri ſtudet.* Unde hujus Ep. pendet interpretatio.

v. 2.

v. 2. φιλεῖν ; similis lusus in Carm. seq. et apud Lucian. Pseudol. Tom. 3. p. 180. quod etiam Jacobsius observavit.

Ep. 2. v. 2. Ed. Princ. Asc. et Bas. μὴ μισῇς, quod in Aldinis mutatum. conf. L. 7. ep. 198.

Ep. 3. Citat Wesseling. ad Sam. Petit. in Leg. Attic. p. 389. v. 2. ἐξέβαλε. ἐκβαλλειν τὰς φρένας, *sanam mentem abjicere*, dixit Sophocl. Antig. v. 648. 649. forsitan in versione pro *Daemonas haud paucos*, melius legeretur, *Daemona, multa loquens.*

Ep. 4. ad Ex. Ruhnk. ex Salm. Λουκιλλιου, et seq. τοῦ αὐτοῦ. v. 1. de Chimaerâ nonnulla diximus ad L. 1. Tit. 27. ep. 12.

v. 3. τὰ περισσὰ Huëtius *Excrementa.* Virg. Aen. L. 3. v. 216. 217.

foedissima ventris
Proluvies.

Melius, ni fallor, Jacobsius τὰ περισσά, τὰ λείψανα, *ciborum, quas Harpyiae attigerant, reliquiae, quibus nemo, quamvis famelicus, vesci audebat.* Apollon. Rhod. L. 2. v. 193.

Τοῖόν οἱ ἀπέπνεε λείψανα δαιτός.
Reliquiis tam foedus odor comes est epularum.

Sed Vid. doctissimi Brodaei ad h. l. notas, quas nondum octo et viginti annos natum se scripsisse ait, ut jam observavimus ad Proleg. p. 171. laudatus ab Hemsterh. ad Luciani Contempl. Tom. 1. p. 493. Ceterum Br. v. 2. pro οὐκ, οὔτ' et v. 3. σύμπασα, καὶ Ἀρπυῖων. —

Ep. 5. v. 1. Br. ἀλλὰ καὶ αὐτῆς, quod non in aliis Edd. Mihi vulgata placet.

Ep. 6. Νικάρχου, Sylb. ad Ex. Ruhnk. Ingeniosa et digna, quae hic commemorentur, sunt ea, quae ad me misit Anthologiae peritissimus judex Huschkius. *En tibi exemplum, quo egregie confirmatur id, quod diximus. Grotium non vertisse solum, sed emendasse etiam Anthologiae Graecae epigrammata. Quis enim sanum elicias sensum ex verbis Nicarchi, quae p. 418. leguntur?*

πότερον, ἔχανεν Θεόδωρος,
Ἢ βδέσ', ἔχει γάρ, ἔχει πνεῦμα κάτω καὶ ἄνω.

Brunckius (Anal. II. 355.) correxit et expressit — πνεῖς γὰρ ἴσον πνεῦμα κάτω καὶ ἄνω. Satis audacter me hercle! Leniorem multo medicinam huic loco paravit Grotius corrigendo:

Ἢ βδέσ'. ἔχις γὰρ ἔχει πνεῦμα κάτω καὶ ἄνω.

Nam ita emendasse virum praestantissimum, extra dubitationis aleam ponitur his ipsius verbis:

Discere non valeo, quid venerit inde vel inde:
VIPERA *namque infra sibilat atque supra.*

Propter quam egregiam observationem nos optimo viro hic publice gratias agimus. Hanc tamen explicationem minus probasse videtur Jacobsius, quoniam voce ἔχις figurato hoc sensu veteres haud facile usos fuisse, existimat. At figurate homines quidem *viperas* dici, satis manifestum est ex Donato ad Terent. Eun. 5. Sc. 4. v. 9. Demosth. adversus Aristog. p. 842. ὅταν συκοφάντην καὶ πικρὸν καὶ ἔχιν τὴν φύσιν ἀνθρωπον ἴδητε, μὴ πάνυ ἔκκοπον ὑμῶν δήξεται, περιμένετε, ἀλλ' ὁ προτυχὼν ἀεὶ τιμωρείσθω; et propter foedum odorem quam maxime viperas et serpentes evitari, docet nos Aelian. de Anim. L. 9. c. 44. μιγνύμενοι δὲ ἀλλήλοις αἱ ὄφεις βαρυτάτην ὀσμὴν ἀφίασι. conf. sequens Epigr. haec non immerito cum Carm. 95. Catulli comparavit Vulpius. Ceterum in hoc Ep. nonnulla observanda.

v. 2. καλὸν ἦν, hoc me maxime offendit; quia nulla pulchritudo rei turpi et molestae inest, et quamvis saepius Anthologiae auctores in constituendo metro sibi non constare putemus, atque adeo primâ in καλὸν, licet contra Homeri et aliorum poëtarum auctoritatem promiscue uti, tamen hoc loco illud καλὸν mihi non placet; magis mihi arrideret κακὸν ἦν; aut, si sanandus locus, optima erit medicina, si legas;

Ὥστε διαγνῶναι τοῖς φυσικοῖς πόνος ἦν.
Noscere discrimen, sit labor ut physicis.

Hom. Il. B. v. 291. Ἦ μὴν καὶ πόνος ἐστίν.

v. 3. ποῖον et ποῖος in Ed. Princ. Ascens. Steph. et aliis, at in Aldinis, Junt. et Bas. 1549. ποῖον — ποῖον. —

v. 4. Νῦν δὲ λαλοῦντος σου, Junt. et Bas. qui mancus erat in Edd. Princ. Junt. et Ald. primâ versus, eum implevit Aldina secunda adjiciendo κάμμιγα περδομένου, unde non constat, forte ex ingenio; hanc aliae secutae sunt.

v. 5. Distinguendum a superioribus hoc distichon, ut ad Ruhnk. Ex. Hoc putabat Huëtius, ut etiam Salm. cujus emendationem, si pro ἔχεις, ἔχις posuisset, Grotius probasset, quamvis Brunckii lectio propter simplicitatem etiam ferri posset. Ad Ex. Ruhnk. sunt Sylb. notae. pro ἔχανεν, χάμαι, et pro βδέσ' βδῆσεν.

Ep. 7. v. 3. ad Ex. Ruhnk. ex Salm. et Sylb. κατογείων.

v. 4. τὰ κάτω et ἄνω, ut supra solemnis formula, *sursum ac deorsum* Vid. Erasm. quibus adde Lucian. Dial. Mort. XXIV. p. 275. V. D. ad Herodot. L. 3. p. 194. rarior dictio apud Sophocl. in Antig. v. 1068.

Ἀνὸ

Ἀνθ' ὧν ἔχρις μὲν τῶν ἄνω βαλὼν πάτου.

Tit. 15. Ep. 1. propter argumenti similitudinem hujus mentionem fecimus et elegantem Bersmanni versionem dedimus ad Lib. 1. Tit. 42. Ep. 2.

v. 1. ad Ex. Burmanni primi et Ruhnk. καὶ μή μ' ἀδίκει, σοι Ἀρχὴν. Barth. adverf. L. 9. c. 16. Br. μή μ' ἀδικήσῃς ex Salmasii notis.

v. 5. 6. Citat hos St. Berglerus ad Alciphron. pag. 60.

Ep. 2. Ex eodem Barthio ut supra. οὐδὲν μ' ἀδικεῖς σύ — apud Salm. ex membr. tantum, οὐδὲν ἀδικεῖς.

Ep. 3. Inter ea Automedontis est apud Br. T. 2. p. 208. ubi v. 2. ut ad Ex. Ruhnk. pro ψευδόμεν' legitur χρώμενος. Sed Vid. Salm. qui more suo lectorem in aliud tempus differt. Quamvis ineptum foret de summâ Salmasii eruditionis laude quidquam detrahere, tamen molestum est, ut in Jacobsii Praef. p. xi. jam a nobis observatum, ejus in litteras imperium et centies illud repetitum dictum ferre, *hoc alibi explicabimus*, *alibi docebimus*, *expendemus*, et quae sunt hujus generis plura; cum illud *alibi* interea nusquam apparet. Huëtius in Polycarpum quemdam, fallacem mensarium et decoctorem scriptum ait. v. 2. Scaliger ad Propert. l. 1. El. 8. Ed. Lut. 1608. *in Fol.* p. 591. vocativum pro alio quovis casu hic dici putat.

v. 5. Omnes Edd. ante Stephanum ἀργύριον, quod hic stare non potest, ut recte observat Obsopoeus. Quare primus Steph. ex Cod. dedit αὔριον, quod merito sequitur Grotius.

v. 7. Bene Schol. ad Ed. Wechel. Odyss. I. v. 39.

Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν.

E Trojâ Ciconum me ventus vexit ad oras.

Vid. Cellar. Geogr. L. 2. c. 15. T. 2. p. 1300.

Tit. 16. Ep. 1. 2. Vid. Salmas. et Br. ad Aristoph. Concion. v. 443. et not. Tom. 5. p. 27.

Tit. 17. Ep. 1. In Edd. priscis datur Palladae. Salm. Lucillio dedit, quem sequitur Grotius. Recte hoc loco commemoravit Jacobsius Luciani Ep. quod Br. male tribuit Palladae, Tom. 2. p. 411. In nostris membranis p. 370. hoc modo legitur.

Πολλάκις οἶνον ἔπεμψας (*forte* ἐμοὶ *S.*) καὶ πολλάκις ἔγνων
Σὲ χάριν, ἡδυπότῳ νέκταρι τερπόμενος.
Νῦν δ' εἴπερ με φιλεῖς, μὴ πέμψας. οὐ δέομαι γὰρ
Οἴνου τοιούτου, μηκέτ' ἔχων θρίδακας.

Quod quamvis D'Orvillius jam latine reddiderit in Luciani Oper. vol. 3. p. 690. tamen nos quoque reddere voluimus.

Saepe

Saepe mihi vinum misit tua nota voluntas:
Gratia pro suavi nectare magna datur.
Nunc me si quid amas, noli plus mittere; tali
Non opus est vino, cum mihi desit olus.

Ep. 2. Inter ea Palladae apud Br. v. 1. συκιζομένων, et v. 3. συκωθέντα, Lectiones ex Ald. Emend. atque ita in Ed. Princ. In Junt. et Ascens. verbum nihili, σηκιζομένων et σηκωθέντα.

v. 2. pro διψαλέων, Salm. ex membr. γυψαλέων, quod insolens verbum se *alibi* explicaturum esse, more suo iterum promittit.

v. 3. Μάθων, apud Br. nomen proprium, quod non necesse.

Ep. 3. v. 3. Huic loco conveniunt probrosa apud Terentium verba, *caudex*, *stipes*, *asinus*, *plumbeus*; *somnium*.

Ep. 4. apud Grotium sequenti in vulgatis antecedit. Videtur poëta respicere ad illa Homeri Odyss. κ. v. 19. de Aeolo.

Δῶκε δέ μοι δείρας ἀσκὸν βοὸς ἐννεώροιο.
Annorumque novem sine pelle dedit bovis utrem.

de quo Ovid. Amor. L. 3. el. 12. v. 29.

Aeolios Ithacis inclusimus utribus Euros.

De hoc et seq. Vid. Salmas. ad Hist. Aug. script. T. 1. p. 831. ubi de *ificiis* seu *eficiariis* et *eficiatis* amplius agit. Conf. omnino de his P. Burm. ad Anth. Lat. T. 2. p. 446. et 447. Cum superioribus Palladae tribuit Brunck.

v. 3. Grotius a Salm. e membr. indicatam lectionem, ἀνέμων πλέον ἧτορ, secutus est, quod etiam mihi indicavit harum rerum peritissimus judex Huschkius. Ad Ex. Ruhnk. ἀνεμώλιον ἴτρον, sed Vid. Salm. ad Lamprid. in Heliog. c. 19. p. 831. ubi tamen illud ἧτορ non apparet.

Ep. 5. v. 1. apud Br. ex membr. τὴν λαπάραν, τὴν αὐτὸς ἀπεσφάξας, — at melius, ut recte judicat Jacobsius, τὴν λαπαρὰν τὴν αὐτὸς ἀπεσφίγξας — ultimum verbum intactum relinquens.

Tit. 18. Ep. 1. v. 1. παλαιφαῖς Ed. priscae omnes; quod, licet illud notatum sit ad Cod. Leid. et Ex. Ruhnk. tamen temere Brod. et Obsop. in παλαιστὴς immutatum voluisse, demonstravit doctissimus Jacobsius.

v. 2. Primus dedit Steph. cujus annotationes consulas, πέντε πενιχρότερος. Non dissimile tamen illud videtur, Tit. 1. Ep. 7, πέντε τριάζομενος.

v. 4. Scholiastes hic lusum in verbis esse existimat.

Tit. 19. Ep. 1. Citat Fr. Junius de Pict. Vet. Part. 2. p. 77.

Ep. 2. Vid. Eundem Junium Part. 2. p. 121. et Harduin. ad Plin. L. 36.

L. 36. p. 277. Simile Epigr. 53. L. 5. apud Martial. ubi Raderus hujus mentionem facere, non neglexit.

Ep. 3. ut antecedens Lucillio datur, memorat etiam Junius l. c. p. 90.

v. 2. ad Ex. Ruhnk. ex Sylb. pro ἐπὶ, ἀπὸ.

Ep. 4. Br. χρώμασι πειθόμενος, Ex membr. Vid. Salm. et notas ad Lucian. Tom. 3. p. 689.

Tit. 20. Ep. 1. v. 6. Recte pro κλέπτων, καὶ κλέπτων, ut est in membr. Planudem hic reposuisse κλέπτων, καὶ κλαίων judicat Salmasius, quod, quamvis faveam Planudi, mihi secus videtur. Elegantem sane hanc repetitionem, κλέπτων καὶ κλέπτων esse arbitror, quod forsitan ex horum versuum interpretatione patebit.

Chalcide natus homo, privas tam moenia chalco
Lucrosis lacrymis, quam rapiente manu.

v. 5. 6. Male admodum in Ald. Tert. pro γαίης, ἁλὸς et pro κλέπτων, κλέπτου. hos versus a praecedentibus sejungi malebat Jacobsius.

Ep. 2. Vid. Hnët. qui cum sequente jungendum putat. Erasmus in Adag. *chalcidissare*, qui propter rapacitatem et foedos puerorum amores Chalcidenses male audiisse, narrat, Vid. et V. D. ad Hesych. v. χαλκιδίζειν.

Ep. 3. Ejusdem argumenti ac priora, In avarum, inpurum et effeminatum. Vid. Tit. 5. Ep. 2. h. l.

Ep. 4. v. 3. ἐφηγητῆρι, optime praestantissimus Grotius, *scribae*, cujus erat ἐγγράφειν, homines *albo civium inscribere*, Vid. L. 1. Tit. 20. ep. 2.

v. 4. Br. κυλοὸς κράμβης, conf. L. 1. T. 37. ep. 12. φακὸν, *lentem*, Vid. V. D. ad Luciani Pseudol. T. 3. p. 574. et Ez. Spanhem. ad Aristoph. Plut. v. 192. longe aliâ vero significatione, eam vocem φακὸν Anthologiae inseruit Br. Tit. 22. Ep. 8. h. l. Κοχλίας, κοχλίαι sunt apud Hesych. τὰ ἐσθόμενα ζῶα; καὶ τὰ ἐν τοῖς ἐργάνοις ξύλινα.

Tit. 21. Euctemon forsitan idem ille, qui, Luciano auctore, L. 1. Tit. 10. ep. 1, filiam suam virginem nuptum locaverat Theroni juveni prodigo; quod infelix conjugium pater multis deplorat lacrymis.

Tit. 22. ep. 1. v. 1. χαῖρ' ἱερὸν φῶς — vale *gratum lumen*. Vid. Erasmi Adag. p. 622.

v. 2. ad Cod. Leid. manu Scaligeri εὔκοπος, sed vulgata εὔκκοπος, recte, Vid. Huëtii notas.

v. 3. pro δι' αὐτοῦ, quod in omnibus edit. Br. καὶ αὐτῇ, quâ in re aliam medicinam parat Jacobsius, sed mihi vulgata lectio, quam secutus

cutus est Grotius, ferri posse videtur. Ἀπ' αὐτοῦ, ab eo, i. e. malo medico, Dione.

Ep. 2. Hoc bene explicuit Raderus ad Martial. L. 1. Ep. 31. p. 109. quamvis nimis acerbe invehatur in Obsopaeum, de litteris humanioribus optime meritum. conf. Ausonii Ep. 74.

Ep. 3. Vid. Auson. Ep. 73. et V. D. notas.

v. 6. ἀπεσπάρισεν; Recte Schol. ad h. l. μετενήνεκται ὑπὸ τῶν ἰχθύων τῶν ἐπαιρόντων, ὅταν τοῦ ὕδατος ἐκβληθῶσι, quod etiam probat Jacobsius.

Ep. 4. De hoc Vid. H. Turnebi Adversar. L. 20. cap. 1. notas ad L. 1. T. 17. ep. 8. et Andr. Schott. Observat. p. 39.

v. 1. Omnes Edd. priscae ante Stephan. ἔχεις.

v. 2. ad Ex. Ruhnk. Ἀρπαιράτην. *Polit. Miscell. et Brod.* quod etiam Burm. major notavit.

v. 3. pro θεόν, quod omnes Edd. antiquae tuentur, sed posteriores Commentatores ineptum putarunt, hodie legitur Θεός. Salm. hanc lectionem probans, suo fastidioso more, hoc Epigr. quod perperam, ut ait, accepere viri docti, se *alibi* fusius explicaturum promittit. Sed hoc *alibi* frustra quaeras. Meo quidem judicio, si non arroganter, perverse saltem agunt Viri eruditi, si ad suas annotationes, quae nondum fuerunt vulgatae, nulla amplius ratione redditâ, pro suâ auctoritate sollicitum lectorem ad non inveniendа demittunt. Num vero adeo quidem certum, ut pro θεόν legendum sit θεός? Quod ad me, non puto. Epigrammatarius suadet Dionysio, ut, si quem coecum reddere velit, non invocet Isim aut alium Deum, penes quem homines visu privandi erat facultas, sed ut se conferat ad Simonem, qui hac arte inprimis valebat. Si modo post θεόν tollatur distinctio, et illud καταράσῃ, ut ad Ἴσιν, sic etiam ad θεόν referatur; legendo Μηδ', εἴτις τυφλοὺς ποιεῖ, (καταράσῃ) θεόν, ἀλλὰ Σίμωνα. *Ne, si quis coecos facere velit, diris invocet aliquem Deum, sed Simonem.* Quod summus Grotius in suâ elegantissimâ et unice verissimâ versione expressit.

Ep. 5. Vid. Raderum ad Martial. l. 1. Ep. 31. p. 109.

v. 1. Εἰς Ἅιδος κατέπεμψε; Virg. Aen. L. 2. v. 398.

Multos Danaum demittimus Orco.

Ep. 6. *Artemidorus* cognomento *Capito* erat Medicus, qui scripta Hippocratis recensuit, Vid. Fabric. Bibl. Gr. vol. XIII. p. 85. et Schneider. Peric. Critic. p. 130. Conf. Jacobsii Proleg. p. XLVIII.

v. 1. Ba. pro ἐνέχρισεν, ἔχρισεν, cujus emendationis necessitatem nec video, nec prob.

v. 2. Br. μαυρῶν ; ad Ex. Ruhnk. μικρὸν ; μαυρῶν al. Sed recepta et in omnibus Edd. obvia lectio μαυρὸν probetur.

v. 5. Salm. ἐκ δὲ διπλόφρων.

v. 8. μέγαν κρουθὸν, Vid. Tit. 13. Ep. 14.

v. 10. Br. scribendum putat. Οὐκετ' ἂν οὔποτ' ἴδοι.

Ep. 7. v. 1. Br. scribendum mallet. Οὔ μ' ἔκλυσε Θείδων, οὐδ' ἤματο conf. Ep. 12. h. T.

Ep. 8. Hoc conf. cum Tit. 1. Ep. 9. h. l. et L. 4. Tit. 2. Ep. 3. et Salmasii notas ; in quibus v. 4. pro τὸν τάφον, quod in omnibus Edd. τὸν φάκον legendum putat, cujus verae lectionis, se alibi, ut ipsius mos est, plura dicturum promittit. Br. hanc lectionem recepit, sed Grotius sequitur vulgatam. De voce φακὸν jam aliquid dictum ad Tit. 20. Ep. 4. h. l. Lens ut apud Romanos fuit inter cibos funebres, sic φακὸς dicitur ferale epulum; Plutarch. in vita Crassi. p. 565. et ed. Bryani Tom. 3. p. 274. συνέπεσε μετὰ τὴν διάβασιν μετρουμένους τὰ ἐπιτήδεια τοῖς στρατιώταις, πρῶτα πάντων δοθῆναι φακοὺς καὶ ἅλας, ἃ νομίζουσι Ῥωμαῖοι πένθιμα, καὶ προτίθενται τοῖς νεκροῖς. Quae sub Appiani nomine latens scriptor ipsis totidem fere verbis transtulit Bell. Parth. p. 227. Ed. Toll. et Schweigh. Tom. 3. p. 32. Justinus Martyr. Cohort. ad Graecos Ed. Steph. p. 31. et Benedict. p. 34. φακὸν appellat loculum, in quo Sibyllae cineres servarentur. Quod non nihil Salmasii et Brunckii lectioni faveret, si non de epulis cogitaretur.

Ep. 9. v. 2. τετραπόδας cum Scaligero scribendum putat Jacobsius.

v. 4. ἀρθότερος πανόνος, Vid. Erasmi Adag. *Trutina justius.*

Ep. 11. v 2. ἴδεν, sic *visere*, pro *visitare*, *aegrotum convenire.*

v. 4. κοπετὸς, proprium verbum in luctu propter cari capitis jacturam. Sic Actor. c. 8. v. 2. ἐποιήσαντο κοπετὸν μέγαν ἐπ' αὐτῷ. Et κόπτονται, *qui mortuum plangunt*, dicuntur mulieres seu praeficae, quae in funere pectora palmis percutiunt. Vid. Lucian. de Sacrif. Tom. 1. p. 538. et h. l. Tit. 6. ep. 1. Tit. 40. ep. 7. et L. 3. Tit. 23. ep. 10. conf. Ev. Lucae c. 8. v. 52 et c. 23. v. 27.

Ep. 12. In Ed. Principe, Juntina, et Basil. ἔδμλυν, v. 2. κόχετο, *de moriente.* Lucian. Nero. T. 3. p. 643. Νέρωνα ὀλόχεθαι. *Neronem periisse.* conf. L. 3. T. 12. e. 46. e. 55. T. 25. e. 74. e. 78. et L. 7. e. 123.

v. 4. μέτρας βάλλοντ' καὶ στεφάνους. Vid. Ruhnken. ad Timaeum p. 246. qui Brodaei ad h. l. notes laudare non neglexit. conf. Paschal. de Coronis L. 2. c. 31. p. 108.

Ep. 13. v. 2. ἐκέρησε, Ed. priscae usque ad Ascens. qui ἐκέρασε dedit, quod Steph. et alii secuti sunt.

v. 5. κηρύκιον γὰρ ἔχων ξύλινον, Mercurio, qui mortuos examinare et caduceo suo ad Orcum demittere solebat, assimilat poëta Zopyrum Medicum; Vid. de hac singulari facultate Mercurii, Prudent. contra Symmach. l. 1. v. 89. et seqq. V. D. notas ad Petron. c. 140. p. 857. et Haverkampium ad Tertulliani Apolog. c. 15. p. 153. nec non Mitscherlich. ad Horat. L. 1. c. 10. v. 17.—20. et c. 24. v. 16.—18.

v. 6. κατάγειν, Mercurii est, Lucian. Cont. T. 1. p. 519. et 520. καίτοι γελοῖός εἰμί σοι λέγων ταῦτα, ὁσημέραι κατάγοντι αὐτούς. quod et ad alios transfertur, L. 1. T. 81. ep. 3. ep. 17. h. Tit. et Eurip. Med. v. 1016.

Ep. 14. Conf. Martialis L. 1. Ep. 31. et Ep. 48.

v. 3. apud Euripid. Phoenis. v. 1663. ἀμφὶ τραύματ' ἄγρια τελαμῶνας βαλεῖν. ubi Vid. Cl. Valckenaerii notas. Egregie de hoc egit Salmas. ad Hist Aug. script. T. 2. p. 422.

Ep. 15. Vid. Salm. et Huëtii notas.

v. 2. Br. pro κενεὸν, quod Grotius secutus est, καινὸν; et pro γραφικῶν, γραφικῶν, quod ex Brod. ad Ex. Ruhnk. notatum.

v. 5. πάλιν οὖκ ἐνοχλήσω αὐτῷ, non ei iterum incommodabo, a Luciano saepius eleganter admodum usitata vox. junge πονῶν ὀφθαλμοὺς, laborans ex oculis.

Ep. 16. v. 2. Ed. Princ. Junt. Ascens. et Basil. καὶ περ ἔαμα. Sed Ald. Tert. καὶ περ ἔαμμα. At Secunda 1521. ex Ald. pr. Emend. et Venet. καὶ περιάμμα.

Ep. 17. v. 2. ad Ex. Ruhnk. ex Cod. Vat. πυλέμαις.

Ep. 18. Vid. de hoc et ejus auctore Salm. notas. *Callicter* dicitur Brunckio, apud Grotium. *Pius*.

Ep. 19. In Salmasii notis Luciano tribuitur, sed Agathiae esse intelligitur ex minus frequenti verborum usu, quae hic et in aliis ejusdem poëtae versibus occurrunt. ut σοβαρευσάμενος, conf. L. 7. Ep. 71. et 73. unde Br. hic σοβαρευόμενος.

v. 2. λευκανίην, Ex. Cod. Vat. videtur scribendum, λευκανίην, ut idem Agathias L. 4. Tit 28. Ep. 15. quae forma probata fuit Homero, Il. χ. v. 325. et ω. v. 642. quâ de re haec habet Eustath. ad Il. ε. p. 531. lin. 12. ὡς δὲ χράω χραύω, οὕτω καὶ λάω. οἷον ἀστραίροντα λάων, καὶ κατὰ πλεονασμὸν λαύω. ἐξ οὗ καὶ τὸ ἀπολαύω. καὶ λευκανία ὁ λαμός. Conf. Eund. ad Odyss. T. v. 129. p. 1863. lin. 42.

v. 5. in MSS. Callignostus, ut apud Salm. in notis, et v. 6. *παιωνιάδος*, ut stet versus.

v. 12. *ἀναπεμπάζων*, Praeclare hujus verbi vim explicuit Ruhnkenius ad Timaeum p. 33. Sic, *ἀναπεμπάζεσθαι τὸν ὄνειρον*, *retractare somnium*, apud Lucian. Necyom. T. 1. p. 473. et Somn. T. 2. p. 711.

v. 17. Br. *τεθνήξει*, ex membr.

Ep. 20. Luciano tribuit Br. T. 2. p. 312. At Agathiae Henr. Stephanus de bene instituendis Gr. Ling. studiis p. 74. ubi etiam ejus invenitur versio.

v. 2. Ed. Princ. Junt. et Basil. *ὡς τὸ μαθεῖν.*

Tit. 23. Ep. 1. Vid. Onuphr. Panvin. de Ludis Circens. in Thes. Antiq. Rom. vol. 9. p. 261. 262.

v. 2. De veneficiis, quibus aurigae vel incitabant vel retardabant equos, Vid. omnino Cl. D'Orvillium in Observ. Misc. Novis Tom. 1. p. 7. et sqq.

Ep. 2. v. 2. apud Br. typographi errore *ἀκεκρίματο.*

Tit. 24. Ep. 1. Hoc et sequens Epigr. in Ed. priscis dicuntur esse Leonidae; in Una Basil. 1549. sunt Lucillii, quam Steph. et alii secuti sunt. Grotius tamen secundum ex Membr. dedit Leonidae. In Gruteri exemplo, ut notavimus ad Tom. 3. p. 515, hic post titulum nonnulli versus, sed apprime corrupti, inveniuntur, quos ad suum Ex. etiam notavit Ruhnkenius, ubi secundum fertur esse Lucillii, quód, ut primum Nicarcho, ex iisdem membranis datur Leonidae. Vid. Salm.

v. 1. *θανατηφόρον μέλος*, recte Jacobsius *ferale carmen.*

Ep. 3. v. 1. ad Ex. Burm. *ἀτῶν Obsop. probante Patruo meo in Jove Fulgur. p. 335, et sic Grotius.* Recte enim eo loco hoc carmen interpretatur doctus ille vir *Nicetes canens aurium est Apollo, id est perditor, sin medicum agit, est perditor eorum, quos curat.* Ceterum lusus est in nomine Apollinis.

Ep 4. v. 3. *Τισιφόνης τὰ φόβητρα*, de monstris, quibus armata Tisiphone terrorem incutit, Vid. Broukh. ad Tibull. L. 1. El. 3. v. 69. et de Palladis aegide, seu armaturâ praeclaram illam descriptionem, quam Homerus dedit Il. B. v. 447.

v. 5. ab eodem fluxit Homero, Il. Δ. v. 1.

Ep. 5. v. 1. *ἀρχήσατο*, Vid. Valcken. ad Theocriti Adon. p. 390.

v. 2. Br. *Τημενίδας.*

v. 4. In versione lege pro *Hyrnetto*, *Hyrnetho*; ad Ex. Ruhnk. apud Obsopaeum *Τρήνετο*, seu potius *Τρηνθὼ*, *Hyrintho*, sed male. Hujus puel-

puellae historiam enarrat Pausanias L. 2. c. 28. p. 175. sqq. conf. c. 19. p. 152. et c. 23. p. 163. ubi pro Συρνήϊους, Τρυφοῦς legendum. Vid. etiam Apollodorum L. 2. in fine. ἐξέβαλεν, dicitur de histrione, qui exploditur, Vid. praeter alios Hemsterh. ad Lucian. Nigrin Tom. 1. p. 48.

v. 5. Br. pro ἴτε πρήξιες, ὁ καλὸς κόνος, ex Cod. Vat. ut videtur. et v. 6. φθέγξετ' ut ad Ex. Ruhnk. ex Grut. κόρυδος κύκνου φθέγξετ' ἀοιδότερον. Conf. quae dedimus ad L. 1. Tit. 77. quibus insuper adde Valcken. ad Eurip. Phoen. p. 146. et Hippol. p. 269. et Thom. Magistrum, ad h. v.

Tit. 25. Ep. 1. Cum hoc, quod est apud Br. Philippi Thessal. Tom. 2. p. 222. comparetur illud Antipatri Sidonii, apud Eund. p. 15. et hic Libr. 4. Tit. 12. ep. 26. ad quod plura dicemus.

v. 1. De discrimine, inter ἀναδῦναι et ἀναφῦναι, Vid. Valcken. ad Eurip. Phoenisf p. 257. ἀναδυομένην, proprie de eâ, quae soluta et libera ex aquâ vel terrâ emergit, ut apud Homer. de Thetide Iliad. 4. v. 496.

Ἀλλ' ἅγ' ἀνεδύσατο κῦμα θαλάσσης.

v. 3. Br. ὁλοσφύρητον, ut est apud Salm. sed ad Ex. Ruhnk ex Sylb. notis, ὁλοσφύρησον, quas Vid. Ed. Princ. Aldinae, reliquae, ὁλοσφύρισον.

v. 5. αὐτὸ τοίνυν. Aldin. prima Em. secunda, et Venet. male. Ultimi versus omnino conferendi cum iis Antipatri. l. c. a quo Lucillium sua transsumsisse existimat Valcken. ad Theocrit. Adoniaz. p. 301.

Ep. 2. Hoc cum sqq. est inter ea Philippi Thessal. apud Br. T. 2. p. 222. Obscurior hujus sensus illustratur versione Grotii.

Ep. 3. ad Ex. Ruhnk. hic et in aliis ex Sylb. diversa dialectos notatur. De Mercurio furti furumque patrono Vid. Tib. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 445. qui etiam hujus Epigr. mentionem fecit.

v. 3 ἐπίσκοπον, proprie de Mercurio, Vid. L. 4. Tit. 12. ep. 38.

v 5. Senarius est veteris poëmatis, quo usus est Cicero ad Fam. L. 9. Ep. 7. et Erasmus in Adagiis p. 833.

Ep. 4. v. 5. ἀχαλινώτων στομάτων. Vid. Stobaeum de garrulitate Serm. XXXVI. et Erasmum in Adagiis. *Os infrene.* p 814. ubi cum iis ex Eurip. Bacchis junge ea ex Melanippe, apud Musgravium Tom. 3. p. 571 Fragm. XX. v. 4. ἀχάλιν' ἔχουσι στόματα. *Lingua caret fraenis.*

Ep. 5 Confer. L. 4. Tit. 7. ep. 3.

Ep. 6. Recte cum hoc comparat Jacobsius illud Asclepiadis ex Anthol. inedita, apud nos p. 69. apud Br. T. 1. p. 211.

Εἰ πτερά σοι προσείκειτο, καὶ ἐν χερὶ τόξα καὶ ἰοί,
Οὐκ ἂν Ἔρως ἐγράφη Κύπριδος, ἀλλὰ σὺ παῖ.
Si tibi dent alas, tibi dent manibusque sagittas,
Non nati est Veneris, sed tua forma, puer.

Ep. 7. v. 5. Ὃς δ' ἄλλῳ κακὰ τεύχει, ἐῷ κακόν ἥπατι τεύχει. Non alienus ab hoc loco est versus, quem citat AElianus V. H. L. 8. c. 9.

Τεύχων ὡς ἑτέρῳ τις ἐῷ κακὸν ἥπατι τεύχει.
Qui struit insidias alii, sibi damna dat ipsi.

Ubi Vid. Kuhn. et Perizonii notas. conf. Erasmi Adagia Chil. I. Cent. I. Prov. 52. 53. et 54.

Ep. 8. v. 2. χρύσεα μῆλα. De his Hesperidum malis, licet ceteroquin satis cognitis, tamen ea memoranda arbitror, quae habet Eustathius ad Homeri Odyss. H. p. 1572. v. 43. μῆλον Ἑσπεριχόν, ἀφ' οὗ Ἡρακλῆς ἐκόμισεν εἰς τὴν Ἑλλάδα φαλεὶς ὑπὸ Εὐρυσθέως τὰ διὰ τὴν ἰδεάν χρύσεα λεγόμενα μῆλα τὰ τῶν Ἑσπερίδων. Conf. Martyn ad Virg. Ecl. 3. v. 70. et P. Burm. ad Lotich. p. 338. et Anthol. Lat Tom. 2. p. 461.

Ep. 9. τύλην, *culcitam*; apud Ammian. Marcellin. L. 29. c. 2. obscurius est proverbium, quod dici solet, *ut audiens altius aliquid agendum agnoscat*, σὺ δὲ νοεῖ, καὶ φέρε τὴν τύλην. Cujus adagii non alibi mentionem factam vidi. Huic vero aliquid lucis forsitan afferet illud ἀποτυλῶσαι, apud Hesych. ubi Vid. notas et ultimi Editoris Lipsi. Ammiani, Tom. 1. p. 295.

Ep. 10. Inter παραλειπόμενα est apud Br. T. 2. p. 529. et de eo egit Jacobsius vol. 2. part. 2. p. 255. frigide ludit auctor, cum χοῖρι separet ab ἴδιον. Melius Grotius in *suum* et *suum* acumen invenit.

Ep. 11. De hoc pluribus egit doctissimus Huschkius in Anal. Crit. p. 255. et sqq. sed nomen proprium Antonii Polemonis hic latere jam viderat Tristan. *Tom.* 1. p. 553. quod ad Ex. suum Burm. primus notavit. ubi tamen male pro ὄνιος ὄκιος legitur. Ambo scriptores etiam noti fuerunt Jacobsio; lusum in verbis quaesitum satis apparet, conf. Tit. 43. Ep. 5. et alibi.

v. 1. ad Cod. Leid. manu Scaligeri pro πολέμων, πολέων, quod etiam memoravit Huetius. sed recte V. D. hic nomen proprium *Polemo* revocarunt. Ut vero in nominibus propriis pro aliis substituendis aut ejiciendis saepius fuit peccatum, sic etiam doctissimum Heynium errasse opinor in elegantissimi Tibulli elegiis, ubi pro eo, quod est in Editionibus priscis L. 1. El. 10. v. 21.

Tum

Tunc mihi vita foret, vulgi,
Tunc mihi vita foret, VALGI,

Subſtituendum putat melius Broukhuſius.

Tunc mihi vita foret dulcis.

Ego vero legendum putarem.

Tunc mihi vita foret frugi.

Ut apud Horat. Serm. L. 1. S. 3. v. 49.

Parcius hic vivit: frugi dicatur.

quod Tibulli ingenio plane convenire arbitrarer.

v. 2. Br. pro ἔλιπεν, ἔλιπε, quod non in aliis.

Tit. 26. ep. 1. citat Abramus ad Cicer. Orat. in L. Piſonem c. 1. p. 696.

Ep. 2. v. 1. ex Hom. Il. Ε. v. 455. Cum hoc merito comparatur illud Martialis L. XI. Ep. 84. ubi v. 12. legitur.

Antiochi tantum barbara tela ſonent.

quod derivatum a ſtridore, quem inter tondendum novacula excitat. Juvenal. Sat. 1. v. 25. et Sat. 10. v. 226.

Quo tondente gravis juveni mihi barba ſonabat.

An vero illud ἀπὸ τοῦ τρίζειν ſit derivandum, ut doctisſimus Hadr. Junius in Commentario de Coma p. 431, exiſtimavit, ego quidem dubito, mihi videtur ab ipſâ naturâ rei deſumta metaphora.

Ep. 3. Inter ea Palladae est apud Br. Tom. 2. p. 418.

v. 2. ξυρόν, Vid. Hemſterh. ad Polluc. p. 168. ubi hujus Ep. meminit. ad Ex. Ruhnk. ῥαφίδας, ut apud Salm. et in Grut. Exemplo.

Tit. 27. apud Br. cum hoc titulo Εἰς ποιητὴν κυβεύοντα.

v. 2. ad Ex. Ruhnk. ut ſupra pro Σεῖο, ἡ σὴ. de Tablâ actum ad Grotii Proleg. p. 167. et ad Tit. 61. L. 1. p. 331. hic luſus est in Καλλιόπη, et Ταβλιόπη, *Dea aleatorum*; quod recte l. c. obſervavit C. de Freſne.

Tit. 28. Ep. 1. Ed. Princ. εἰς κυνηγόν, ut ſupra εἰς κυβητήν, et infrâ εἰς κωμῳδόν, neque aliter in Edd. priſcis et Aldinis. v. 2. Ed. Princ. Ἀμαδρίασι.

v. 3. In Ed. Princ. Ald. pr. et Junt. lacuna est post λόγχαις, hanc ſupplevit Ald. ſecunda et ex pr. emend. pro συσφόντοισι, συσφόντισι dedit, quod etiam in mentem venit Obſopoeo; qui et v. 4. cum Salmaſio pro αὐτὸς αὐτοὺς legi malebat. De hoc Ep. quoque egit Wakefield Silv. Crit. part. 2. p. 100. cui non adſentior.

Tit. 30. Ep. 1. Si quid in hoc carmine inſit acuminis, illud derivandum ab inepta reſponſione judicis, rem dijudicantis, de quâ nulla quae-

quaestio foret. de hoc egit summus Erasmus in Adagiis p. 822. et Perizon. ad Aelian. V. H. L. 13. c. 21. p. 886.

v. 2. Br. τούτων δὺς δύο καφότερος. et v. 6. pro ὑμῖν, ἡμῶν quae emendationes debentur Salmasio.

Tit. 31. Ep. 1. λείψανον, sic λείψανα δείπνων, Analecta dicebantur Martiali L. 14. Ep. 82. et L. 7. Ep. 20. quod cum hoc et sqq. comparandum. Vid. L. 6. T. 4. Ep. 3. conf. Lucian. Luc. sive Asin. T. 2. p. 614. et C. Rittershusii sacr. Lect. L. 6. c. 18. p. 490. Optime Jacobsius ad h. l. *Tangit* LUCILLIUS *morem illorum temporum, pueris a tergo dapium reliquias porrigendi.* Lucian. Conv. Lapith. T. 3. p. 425. Ὁρᾷς τὸν γέροντα, ὅπως ἐμφορεῖται τῶν ὄψων — καὶ ὅσα τῷ παιδὶ κατόπιν ἐκῶτι δρέγει, λανθάνειν οἰόμενος τοὺς ἄλλους. conf. Ep. 3.

Ep. 2. ad Exempl. Ruhnkenii pro Οὕτω σοι πέψαι, est Οὕτως ἐκτρίψαι al. B. πέμψαι P. S. quod pro merâ librarii aberratione habet Jacobsius, qui legit οὕτω τοι. et v. 6. Ruhnk. ex Salm. pro λαθὼν, λαθὸν.

v. 2. νόμου δὲ χάριν conf. L. 4. T. 12. c. 91.

Ep. 3. Egregie hoc carmen explicuit summus Casaubonus ad Theophrasti Charact. περὶ ἀναισχυντίας. p. 219. 220. ubi animadvertendus alter Luciani locus de Sectis T. 1. p. 750. Vid. etiam Raderum ad Martial. p. 262.

Omnia cum retro pueris obsonia tradas,
Cur non mensa tibi ponitur a pedibus.

v. 3. Κοφίνου. Suid. κόφινος, ἀγγεῖον πλεκτόν. Lucian. Tim. T. 1. p. 128. κοφίνου τετρυπημένου, meminit. Vid. Wetsten. ad Matth. c. 14. p. 415. et Sturzii Lexicon. Xenophont.

v. 6. σάρον, κάλυντρον Hesych. ad quem locum hujus carminis mentionem fecerunt V. D. cum quibus conf. Ez. Spanhemii notas ad Callimachi Hymn. in Delum v. 225.

Ep. 4. ad Ex. Ruhnk. ex Sylb. v. 1. et 2. Εὐτυχίδας. πέτεται, de ceteroquin tardorum hominum ad coenam volandi ardore Vid. Jacobsii notas.

Ep. 5. Illustrat hoc carmen Th. Dempsterus ad Rosini Antiquitates L. 5. c. 29. p. 370. et ut ad Ex. Burm. et Ruhnk. notatum Ez. Spanhem. ad Callimachi Hymn. in Cererem v. 103.

v. 3. Scribe *Eristichitonis*, Vid. Burm. ad Ovid. Metam. L. 8. v. 738.

v. 6. ad Ex. Ruhnk. βήσομαι. in membranis βήσομαι ὑμῶν γαστρὶ φυλαξάμενος, ut est apud Salm. et Jacobsium, qui non inelegante emendat τλήσομαι.

v. 17. Εἰ δ' ἔτι γ' ἐς Ed. Princ. Junt. et Basil. 1549.

v. 9. Br. εἰς σε περήσας, ad Cod. Leid. εἰς σε περήσαν; in nostra Editione typographi errore παρήσω pro περήσω.

Ep. 6. v. 2. κλῆρον ἅπαντα φάγοι. Non dissimile, sed mollius illud Terentii Eunuch. Act. 2. sc. 2. v. 4. *patria qui abligurierat bona*, et Apulejus, Apolog. p. 502. Ed. in usum Delph. *Nam patrimonium omne jam pridem abligurivit.*

Ep. 7. v. 4. αἰγυπτίου. summum Brodaeum hic in errorem induxit philosophandi voluptas. αἰγυπτίαι saepius memorantur Hom. Iliad. π. v. 428. ubi Vid. Eustath. p. 1068. v. 47. et Odyss. X. v. 302. ubi Vid. Barnes. qui hujus Epigr. meminit; nihil ultra quaerendum. Dicuntur γαμψώνυχες, quod imitatus est Lucian. Jov. Trag. Tom. 2. p. 677. De iis haec habet AElian. H. Anim. L. 2. c. 46. τοὺς δὲ αἰγυπτιοὺς, (*Aegyptios*) ἐν μεθορίοις γυπῶν ὄντας καὶ ἀετῶν, εἶναι καὶ ἄῤῥενας, καὶ τὴν χρόαν περφυκέναι μέλανας· ubi Vid. V. D. Animadversiones.

Ep. 8. Salmasius hoc disticho se exauctorum promisit; illud autem ex Gruteri Exemplo adscriptum erat meae Steph. Ed. ut ad suum Ruhnk. in lucem protulit Br. T. 2. p. 309. cum hac varietate, ut in M. S. S. legatur. ἢ πρὶν ἐκείνου Ἢ, et apud Br. ἢ πρὶν ἐκείνης — al — M. S. S. lectionem defendit Jacobsius. v. 3. ἔσθων Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 359. ἐπέσθειν, et ἐπεσθίειν utrumque usurpant. σωμάχου κακὰ χείρονα λιμοῦ, Scaliger, ut videtur, ad suum Ex. *cibos aestimare noxios, fame nocentiores.*

v. 4. Ovid. Ep. 16. v. 217.

Hostibus eveniant convivia talia nostris.

Tit. 32. In Lemmate hujus tituli legitur in Ed. Princ. Junt. Ascens. et Bas. εἰς λεπτοὺς. At ex Ald. Emend. in Venet. et aliis εἰς λεπτοὺς καὶ μικρούς. Vere quidem scripsit Valcken. ad Theocriti Adoniaz. p. 256. Si, in hoc Titulo *de viginti Epigramm. unum emeperis, ceteri lusus, ut recentiorum, mihi quidem valde videntur frigidi.*

Ep. 1. v. 2. ad Cod. Leid. ex Vat. τί φησίν; δῦ. Br. ἢ δὲ τί φησιν; Ἰδοὺ. — Levi mutatione Jacobsius legendum putat.

Ἢ δὲ, τί, φησὶ, πάθω, Ζεῦ πάτερ, εἰ μ' ἐθέλεις;

Quid faciam, dixi, me modo habere velis.

Assentior Jacobsio; sermo est ad Jovem. Jejunum carmen, ut sqq. et alia Lucillii.

Ep. 2. v. 2. ad Cod. Leid. manu Scaligeri. ἀνθρώπου, ἀκίνητον.

Ep. 3. v. 2. Ἐκ τρυγὸς κρέμαται. Proverbialis locutio apud Zenobium, Suidam, alios, Vid. Steph. Berglerum ad Alciphron. p. 156. sqq. hoc

hoc sensu proprio hic accipi vult poeta, ut recte animadvertit Jacobsius.

Ep. 4. v. 3. ad Ex. Ruhnk. pro πέρας, γέρας, at Brod. conjecit τέρας, sed πέρας non immutandum. Br. καταβὰς ὅλος, οἷος ὅτ' ἦν. Sed vulgata lectio hic etiam servanda.

v. 4. Br. ex Cod. Vat. ut apud Salm. λεπτότατος.

Ep. 5. v. 1. Br. ἑτοιμόν, ceterum hic et in Ep. 6. quod ad σαλπίζειν et ὄρθος, etiam ad Ex. Ruhnk. notarum, Salm. lectiones secutus est.

Ep. 7. Salmasius eidem Lucillio tribuit, at sequens Ammiano.

v. 3. pro ψιλὸς ψιλῶς idem ex membranis; Et recte Vid. Cicer. Epist. ad Atticum L. XII. epist. 4.

v. 4. δεύτερον Ἡρακλέα. Vid. quod eruditissimum juvenem Brodaeum non fugit, doctissimum Erasmum in Adagio, *alter Hercules*, p. 277. et sqq.

Ep. 8. Non est in Ed. Princ. Junt. et Bas. 1549. Sed in Ald. pr. Em. unde in secunda et aliis. Videtur non suo loco insertum.

v. 1. Ald. pr. pro λεγέσθω, γενέσθω.

Ep. 9. Vid. P. Burmanni notas ad Petron. cap. 135. p. 837.

Ep. 10. Athenaeus L. 12. p. 552. λεπτότερος δ' ἦν, καὶ Φιλήτας ὁ Κῶος ποιητής, ὡς καὶ διὰ τὴν τοῦ σώματος ἰσχνότητα σφαίρας ἐκ μολύβδου πεποιημένας ἔχειν περὶ τοὺς πόδας, ὡς μὴ ὑπ' ἀνέμου ἀναστρέφεσθαι. ut etiam legitur in Edd. Princ. Jacobsium vero offendit illud σφαίρας, quod vix verum putat. Sed cum σφαῖραι plumbeae, seu pilae vel massae ex plumbo confectae inter pugilum erant arma, non video, quare ea vox hic locum suum tueri non posset. De hyperbolica gracilitatis et levitatis descriptione Philetae, Caai nostri plane simillimae, Vid. AElian. V. H. L. 9. c. 14. L. 10. c. 6. ubi Perizonius hujus tituli memor fuit. conf. Vulpii notas ad Propert. L. 2. El. 34. v. 31.

Ep. 12. Magnus Casaubonus inter tot inepta hujus tituli Epigrammata hoc dignum judicavit, quod obiter, sed eleganter, latine redderet. notatum etiam a Ruhnk. conf. Haverkampii notas ad Lucret. L. 1. v. 269. qui etiam suavissimae Obsopoei versionis memor fuit.

Ep. 13. Insulsa hyperbole, ut bene animadversum ad Ausonii Ep. 122.

v. 3. καίριον, scil. τραῦμα. καιρίαν πληγήν, et simpliciter καιρίαν dixere Veteres. Vid. Valckenaerii notas ad Eurip. Phoenisf. v. 1440. et τὰ καίρια λέγειν, ad L. 4. Tit. 33. ep. 9. Ad Grotii versionem P. Burmann. Sec. notavit, *imitatus est Janus Secundus in libro Epigrammatum. Nam liberius vertit.* Designat Ep. in Nanum. p. 124. quod, ut omnia Secundi, elegans est.

Ep. 14. v. 1. ad Cod. Leid. τὸν μὲν ἀνεφίνων; quod merito non pro-

batur Huëtio, qui sic perire allusionem ad nomen Εὐμήκιου, existimet. Vulgata lectio, ἐζήτουν, retinenda. Sic enim amat loqui Lucillius Vid. Tit. 29. ep. 2. et Tit. 26. ep. 1. v. 2. ἐξωβάφῳ, acetabulo, Vid. Suid. et egregie de h. v. agentem doctissimum Stephanum in Lex. Tom. 1. p. 718.

Ep. 15. v. 3. Edd. priscae, ἐβρόιζοιτο, sed Ald. Sec. et reliquae ἐβρόιζητο, quod auctoritate Salmasii ex Cod. Vat. recepimus. In versione v. 5. pro *Hinc* lege *Hic*, ut erat in m. s s.

Ep. 16. Vid. de hoc Salmasii et Huëtii notas.

v. 2. ὕπτιος ἐξετάθη. proprie de mortuo. Vid. L. 1. T. 38. e. 9. h. Tit. e. 13. et 16. et Tit. 50. e. 28.

v. 3. vulgo Παλικάμπῃ; Br. πιτυκάμπῃ, ut est apud Huët. Ad Cod. Leid. πάλι κεμπῇ; Ad Ex. Ruhnk. Vid. Toup ad Suid. III. p. 60. quocum omnino conferendae sunt; eruditissimorum Virorum, Wetstenii et Hemsterhusii notae, ad Lucian. Tom. 1. p. 36. et 37.

v. 4. σῶμα τὸ κανναβίνον — Καναβοῖς dictos fuisse homines emaciatos et exhaustos docet Heinsius ad Hesych. quem locum Burmannus notavit et Jacobsius explicuit.

Ep. 17. v. 2. Ed. Princ. Junt. et Basil. λέπτ' ἐπιλεπτότερος.

v. 4. Eaedem et Ascens, δύεδυ, ad Cod. Leid. manu Scaligeri κατίχεν, unde forte legendum.

Καὶ διαδὺς ῥαφίδος τρῆμα λίνου κατέχεν.

Vid. L. 4. Tit. 32. e. 3. et L. 7. e. 29.

Ep. 18. Inter ἀδέσποτα est apud Br. Tom. 3. p. 172. Cujus rei rationem reddit Jacobsius ad Lucillii Ep. 36. Tom. 2. part. 2. p. 463.

Ep. 19. Agathiae, ut est apud Grotium.

v. 1. Scribe Σῶμα φέρων. —

v. 2. Br. pro ἀειδεῖ, ἀδερκεῖ ex Membr.

v. 4. Eaedem ἀφαυρότερον pro ἐλαφρότερον, quod Brunck. praeferendum non putavit, sed cui lectioni favere videtur Jacobsius. Si quis vero propriam vocis ἀφαυρὸς significationem, ut est in Anthol. L. 1. Tit. 70. e. 4. L. 3. Tit. 6. e. 5. L. 4. Tit. 32. e. 1. L. 5. Tit. 2. e. 38. et L. 7. e. 50. bene consideraverit, facile intelliget, eam semper quamdam vilitatem et contemptum indicare, non ad levitatem referri, ut ἐλαφρὸς, L. 1. Tit. 14. Ep. 3.

Ζεφύρου πολλὸν ἐλαφρότερος.

Et supra Ep. 15.

Ἀκύρου πολλὸν ἐλαφρότερος.

Sic ἐλαφρίζω, eodem sensu, L. 1. T. 86. ep. 3.

Quare nihil mutandum censeo.

Ep.

Ep. 20. Lucilii, ut apud Salm. et Brunck.

Br. v. 2. ex Salm. Ἄδραστος; *Rhetor*; alius quam Argivorum Rex; qui ut meticulosus depingitur, L. 3. Tit. 5. ep. 51.

Ep. 21. v. 1. βιπίζων, *ventilans*, *flabello ventulum factitans*, unde βίπις et βιπίδιον, *ventilabrum*. De hoc Ep. Vid. omnino Casauboni notas ad Sueton. Aug. cap. 82. qui haec flagella, seu ventilabra, e pennis inter se colligatis in unum fasciculum conflata fuisse existimat. quod Euripides appellat εὐπαγῆ κύκλον πτέρινον, *circulum*, id est, *fascem plumeum bene compactum*. quos fasciculos, sive flabella ex tabulis tenuioribus fieri, et inde dictas esse tabellas, docet vir summus Nic. Heinsius, ad Ovid. Art. L. 1. v. 161. a quo in explicatione poëtarum cum Broukhusio ad Propert. L. 4. El. 9. v. 50. non libenter dissentio. Sed tamen bonâ veniâ tanti viri, qui primam vocis, *flagelli*, syllabam non posse corripi, sibi persuasum habebat, ideoque pro *flagella*, non modo in citato Ovidii loco, sed etiam Amor. L. 3. el. 2. v. 37. *tabella* dedit; Palmariam vocat hanc emendationem Jacobsius ad h. l. et Lexicographi, hac Heinsii auctoritate unice nisi, *tabellam* etiam pro *flagello*, *ventaglio* dici, nunc ex Ovidio demonstrant, quod eo facilius fit, quoniam in omnibus post Heinsium editionibus jam vox *tabella* locum occupavit vocis, *flagella*. Si apud Terentium Eun. Act. 3. Sc. 5. v. 47. pro *Cape hoc flabellum*, *et ventulum huic sic facito*, legeretur, *Cape hanc tabellam*; in emendatione Heinsii nonnihil acquiescere possem. Nunc vero, cum in omnibus priscis Ovidii editionibus, et inprimis in illâ omnium praestantissimâ, Andr Naugerii curâ, editâ apud Aldum 1533, nec non in illâ nitidissimâ patris Heinsii 1629, in utroque Ovidii loco constanter legitur *flabella* et *flabello*; ab ejus opinione discedere cogor; primum enim *movere tabellam*, *pro movere flabellum* nusquam me legisse memini, deinde quis mihi demonstrabit, primum in voce flabellum, non aeque ac in flagellum corripi posse? Ad Lib. 1. Tit. 43. p. 298, diximus in nominibus propriis sibi metrum non constare, et modo breves modo longas fieri syllabas, quod etiam ad alia transfertur verba, sic, ne plura memorem, legimus apud Martialem L. 6. ep. 44. et L. 8. ep. 6. *propino* et *propino*. apud Lucretium L. 4. v. 1254. *liquidus* et *liquidus*. et L. 2. v. 390. et L. 1. v. 454. *liquor* et *liquor*; prima in *rudere* apud Ovidium semper brevis est, at longa, *rudere* apud Persium et Ausonium, et prima in *coturnix*, ut apud Ovidium et Juvenalem brevis, sic apud Lucretium L. 4. v. 645. longa. Quare ne nimis anxii et religiosi simus, in definiendâ veterum poëtarum

rum scribendi licentiâ, ne nostra nimis anxia cura magis obsit, quam prosit elegantioribus litteris. Nam ut *capere* et *movere flabellum* in citatis locis mihi quam maxime proprie dictum videtur, sic quam primum pro eo substituas *tabellam* totius loci nitor evanescit. Praeterea Heinsium l. c. male etiam vocem tabellam Propertio obtrusisse, arbitror.

Ep. 22. Difficile intellectu, quare hic positum sit, cum Obsopoeo et Salmasio, ignorare me fateor.

Ep. 23. Hoc et sequens in Cod. Grot. Lucillio inscribitur. De Diophanto, secundus versus idem est, qui legitur Ep. 11. h. T. forte inde huc translatus; nam totum non apparet in Edd. priscis. apud Br. T. 2. p. 328. et in nostro apographo, p. 371. τῷ ποδὶ τὴν βαλάνην. S. et Κλεάνωνος, pro Διόφαντος, quod apud Grotium.

Ep. 24. v. 2. Ed. Princ. Aldinae, Junt. Venet. et Basil. μυίας, sed Ascens. recte μύας, quam lectionem Stephanus secutus est. ut et ψυλλῶν, Ed. Princ. et aliae, Junt. et Ascens. male ψυλῶν. ἱππικὸν, *equestre certamen*, *equitatum*, ut apud Xenophont. Inst. Cyri L. 4. c. 3. aliisque in locis. Conf. Schweighaeuseri Indicem in Polybium. Exponitur *Circus* Anth. L. 4. Tit. 23. e. 2.

v. 5. ἀτρέμας ἧστο, in Ed. Princ. Ald. pr. et Junt. lacuna est; Ald. Sec. 1521. primum ad eam explendam dedit ἀτρέμας ἧστο, quod in Ald. tertia et Ven. cum in Ascens. Basil. et Steph. legitur ἀτρέμας ἧσο. Ad Cod. Leid. ἄλλοτε παίζε. Quod probat Salm. quem Vid. Br. ἄτρομος ἴθι, quod non necesse, sic ἀτρέμας, dicitur Mercurius, L. 3. T. 32. e. 24. et apud Lucian. Imag. T. 2. p. 468. Ἐχ' ἀτρέμας.

v. 6. ad Cod. Leid. Ῥωμαίοις δ' οὐδείς. recte et sic in Cod. Vat. et Grut. Exemplo, quod notavit Ruhnk.

Tit. 33. e. 1. Vid. Valcken. Adnot. ad Theocriti Adoniaz. p. 256.

Tit. 34. e. 1. Bene Jacobsius hic memorat ebrii hominis descriptionem, quam dedit Lycon apud Rutil. Lupum VII. p. 105.

Ep. 2. Inter ea Antipatri Sidonii est apud Br. T. 2. p. 22. ubi idem initium, quod in meo Apographo, p. 750. Βάκχυλις ἡ Βάκχου — et sic apud Suid. T. 3. p. 364. v. σπόδος; ubi Vid. Kusteri notas, quod et Ruhnk. indicavit. Conf. L. 3. T. 20. ep. 3. πίθων σπόδος. Br. ἔκποτε; et sic ut suprà in meo apographo.

v. 2. Δηοῖ τοῖον ἔλεξε λόγον.

v. 3. Vid. Kusterum ad Suid. v. ἀβρόμιος, et v. μῆχος; T. 2. p. 551. quod etiam ad Exempl. Burm. et Ruhnk. notatum. Br. ex Suid. ἀρωσερᾶν πίομαι ἐκ λιβάδων. et sic ad Ex. Ruhnk.

v. 3.

v. 3. διαπεῦμα, Recte Jacobsius animadvertit in priscis Suidae Editionibus, ut in mea Basil. legi διὰ κῦμα, quem Vid.

Ep. 3. v. 4. Jacobsius scribendum putat, secundum Vat. Cod. Lectionem,

καὶ πωύεο δίψαν ἐοῖσ.

vulgata lectio mihi magis placet. conf. T. 17. e. 2. h. l.

Ep. 4. Haec plane aliter disposuit Brunckius, et duos ultimos versus Grotius a superioribus segregavit, cum hac inscriptione *Pueri verba.*

v. 3. ἐν λαγύνῳ πινοῦσα, sic ἐν κέρατι πίνειν Graece dici docent Muncker. et Burm. ad Phaedrum L. 1. fab. 25.

v. 3. λοξὸν ἰδοῦσα, ad Ex. Ruhnk. Anacreon Carm. 61. v. 947. λοξὸν ὄμμασι βλέπουσα. Eodem modo hic L. 7. Ep. 80. καὶ ἀνέρα λοξὸν ἰδοῦσα. Conf. Ep. 82. et L. 4. T. 8. ep. 9. et T. 27. ep. 18. Sic Invidia *lumine obliquo* terram relinquere videt Minervam, apud Ovid. Metam. L. 2. v. 787. et apud Virg. L. XI. v. 337. obliqua dicitur invidia. hic et sequens versus est Leonimus, de quo actum ad L. 1. T. 31. Ep. 3.

v. 5. ξέσας, de h. v. Vid. omnino Du Cange Glossar. T. 2. p. 1016.

Ep. 5. Lusus apertus in voce Apianus, quare non Opianus scribendum cum Salm. sed cum vox πιάνος, quantum ad ebriosum saltem, Graecis non cognita, multum de ejus venustate decedit. Si quis tales jocos amat, consulat Ausonium, et quidem duos ultimos versus Ep. 41. totum enim cum Scaligero Ausonii non esse arbitror.

Alpha suum Chresto det Acindynos: ipse sine Alpha,
Permaneat; verum nomen uterque gerat.

Tit. 35. Ep. 1. Agitur de *Miliario*, de quo vase Vid. Andr. Baccium in Antiq. Graec. Thesauro vol. IX. p. 89. ubi ejus delineatio, et Luz. Bayfium de Vasculis ib. p. 691. qui hoc Ep. cum latinâ versione dedit

v. 3. In Edd. priscis usque ad Steph. μὴ κάμνε. μὴ φύσα. μάτην — unde apud Br. μὴ κάμνε, μὴ φύσα, τί μάτην — Jacobsius merito, Stephani lectionem, μὴ φύσα, μὴ κάμνε· μάτην non temere immutandam putavit. Vid. doctissimi viri annotationes. v. 2. Lege θράκην.

Tit 36. Ep. 1. Vid. Jun. de Pict. Vett. part. 2. p. 192. et Brodaei ad h. l. notas.

v. 4. εἰκονικὴν ἀτοχήν. Sic εἰκονικὴν κῆψιν, apud Vosf. de vitiis Serm. L. 1. c. 32. p. 46. Lucillius ut in Lex. ait Stephan. sumpsit pro *expressa seu exacta, accuratoque ad formulam redacta accuratione.*

Ep.

Ep. 2. v. 1. ad Ex. Ruhnk. οὐχ' P. S. vitiose, ut putat Jacobsius. Digna lectu sunt, quae ad hunc titulum notavit Vinc. Obsopoeus in Rabulas forenses, qui, neglectis humaniorum literarum studiis, suo tempore, illotis pedibus in professionem Juridicam irruerent.

Tit. 37. Ep. 1. v. 2. ὡμολόγησε φόνον. Sic idem Lucillius T. 12. e. 2. h. l. ὡμολόγησε λύτρα.

Ep. 3. v. 3. In Edd. priscis ἐν δ' ἐνιαυτῷ. Quod quare Stephanus, qui hanc lectionem non omnino rejiciendam esse existimavit, immutaverit in ἐν δὲ οἱ αὐτῷ, et id posteriores secuti sint, non intelligo, per totum quidem annum pigerrimo homini persuaderi non potuit, ut surgeret. Sic veteres amant loqui. Tibullus L. 1. El. 1. v. 7.

Et mihi jam toto furor hic non deficit anno.

Obsop. et Steph. variantes lectiones ad suum Ex. etim notavit Ruhnk.

Ep. 4. Huic Ep. quatuor versus, qui leguntur apud Salm. in notis p. 39, propter obscuritatem hic omissi sunt, adjecit Br. Tom. 2. p. 357.

v. 1. Ἐκκλήθην, ad coenam vocatus sum, ut apud Latinos; sic supra T. 31. e. 1. e. 2. et e. 7.

v. 3. πεποίηκα, Ed. princ. Aldinae, reliquae, una Ascens. πεπόνηκα. quod a Brodaeo etiam suscepit Steph. Sed ποιεῖν χρόνον, *tempus terere*, recte dici demonstrarunt Jacobsius, et Raphelius ad Actor. cap. xv. v. 33, qui tamen Casaubonum, ποιεῖν pro διατρίβειν, *alicubi commorari*, ut insolens et Graecis in auditum loquendi genus habuisse, judicat.

Tit. 38. ep. 1. Optime Ruhnk. ad suum Ex. conf. Tit. 41. Ep. ult. Cujus initium. Ἐκ πολων ἑταμες. —

v. 2. pro Ἢ πολου, ἢ πολων.

v. 3. de hac proverbiali locutione egimus ad L. 1. T. 19. e. 4. p. 240. ubi legendum.

Nunc non de quercu, licet aut effundere faxis
Hoc cum verba viro. —

Ep. 2. Vid. de hoc et seq. El. Venet. ad Auson. Ep. 83. Ep. 84.

v. 4. ἐξαπίνης ἔπεσες, cum Brodaeo facetiam in voce πίπτειν agnosco. Dicebatur enim *Stare* fabula, quae placeret, et histriones, qui explodebantur, *cadere* dicebantur, Vid. inter alios Lambinum ad Horatii L. 2. Ep. 176.

Securus cadat, an recto stet fabula talo.

v. 4. Lege ἀν Καπαρὶς, ut Edd. priscae, apud El. Venet. et Br.

Tit.

Tit. 40. Ep. 2. Ad Ex. Burm. et Ruhnk. Vid. Casaub. ad Pers. pag. 41. Vir summus egregie illud explicuit, ut inprimis. —

v. 4. vocis χηρείας usum, qualis est in Ed. Princ. et aliis, at in Ald. Sec. χειρείας; et apud Br. ex Salm. notis χοιρείας, quod etiam Ruhnk. probavit. Jacobsius hic non recte Casauboni sententiam intellexisse videtur. nulla est enim in eâ tautologia; si modo haec ita explicentur;

Guadeo et gratulor tibi propter sortem de cerenâ, quae vidua est meritis, quippe sortito a parentibus relicta, adeoque nulla. quod Grotius in suâ versione secutus est, et Casaubonum ita explicuisse arbitror, quem tamen consuluisse juvabit.

v. 6. De Dolicho, certo metri spatio, jam ad L. 1. T. 44. ep. 1. contulimus nos ad M. Burette, Mem. des Inscr. et B. L. de Litterature, Tom. 3. p. 313. Cui adde Budaei Comm. L. Gr. p. 851. et inprimis P. Fabri Agonist. in Thes. Antiq. Gr. T. 8. p. 1914. 1927. 2093. 2094. 2117. et 2236.

Ep. 3. Ejusdem Polliani, ut erat in M. ss. Grotii. De poëtis Cyclicis Vid. praeter Adr. Turnebi Advers. L. 19. cap. 9. Lambinum et Bentlejum ad Horat. de A. P. v. 135. eruditissimas Salmasii notas ad Solinum p. 592. — 692. nec non Dan. Heinsii Animadv. et notas ad Horat. p. 17. et sqq. quae posteriora loca, in quibus hujus Ep. fit mentio, ad suum Ex. etiam notavit Ruhnk. quâ in re illud observandum, quod Heinsius Callimachi Epigr. ad illustrationem hujus loci citatum, duobus versibus auctius dederit, ut legitur apud Ernest. T. 1. p. 298. et Brunck. T. 1. p. 461. quamvis nostrum apographum p. 41, quatuor modo versus agnoscat. Ut hodie fertur, ejusmodi est.

Ἐχθαίρω τὸ ποίημα τὸ κυκλικὸν, οὐ δὲ κελεύθῳ
Χαίρω, ἣ πολλοὺς ὧδε καὶ ὧδε φέρει.
Μισῶ καὶ περίφοιτον ἐρώμενον· οὔτ' ἀπὸ κρήνης
Πίνω· σικχαίνω πάντα τὰ δημόσια.
Αυτανίη. σὺ δὲ ναιχὶ καλὸς καλός· ἀλλὰ πρὶν εἰπεῖν
Τοῦτο σαφῶς, ἠχὸ φησί τις, ἄλλος ἔχει.

Quatuor primos versus, ut erant in M. ss. Grotius, quod postea vidi, jam verterat in Mantissâ quartâ p. 429, tamen hoc non me prohibuit, quin totum ex meâ versione darem.

Cyclica sunt odio mihi carmina, nec placet illa,
Nunc huc nunc illuc quae via monstrat iter.
Sic odio vulgaris amor; de fonte bibendum
Non mihi communi, publica cuncta pigent.

Lasthenias vero pulcher, dicentis et Echo
Clara voce refert, pulcher, at ALTER HABET.

Cyclici vero propriè dicuntur ii poëtae, qui suo ingenio omnes res persequi velint, et totam inde nectere historiam, Vid. Casaub. ad Athen. L. 7. c. 3. Errorem Scholiast. qui, v. 4. haec ad Parthenium Chium referenda esse putavit, corrigit Fabric. B. Gr. T. 2. p. 678. v. 5. ὑμὴ μὲν οὐταίεντι γενοίμην — Vid. Cl. Ruhnk. Epist. Crit. II. p. 188.

v. 6. Edd. priscae χελιδόνεα.

Ep. 4. v. 1. Burm. et Ruhnk. Ovid. Metam. L. 1. v. 292. *Omnia pontus erant.* Br. pro ἐγενήθη, dedit ἐπεκλύσθη, nullâ auctoritate; quod Jacobsius tamen nonnihil probasse videtur, quoniam eo modo meliorem nexum cum verbo ἐπτεινεν nasci posse putaret, quod non video. *Non Deucalionis aquae, nec Phaetontis ignis tot homines occiderant, quam Potamo poëta, qui*, ut bene animadversum, *quoscumque arripuerat, cecidit occiditque legendo.*

Ep. 5. v. 6. Jacobsius minimâ mutatione legi malebat. Ἐπεὶ κ' ἄδην Εὐτυχίδης κατέχει. Neque aliter Grotius; *Eutychide Ditis habente locum.*

Ep. 6. v. 2. Br. pro Ταῦτα πρὸς ἀλλήλους, τάντε πρὸς ἀλλήλους, quod contra Veterum Librorum consensum in textum recipi, non probo; Ταῦτα πρὸς ἀλλήλους. Hoc videtur aeque ac sequentia ab Homero desumtum: Vid. Il. E. v. 274. et 431. H. v. 464. et Θ. 212. aliisque in locis plurimis.

v. 3. Ἄσσον ἴθ'. Il. Z. v. 143.

Ἄσσον ἴθ', ὄφ κεν θᾶσσον ἀλέθρου πεῖρας ἵκηαι.
Accede, ut metam contingas ocyus aevi.

v. 4. μακροφλιαρητὴν, Ed. Princ. Junt. Ascens. et Ald. pr. at in Emend. μακροφλυαρητὴν, et sic in reliquis.

Ep. 7. v. 1. ἀλλ' ἐμὲ κέκτου, Vid. Wetsten. ad Matth. c. XI. v. 18. p. 484. et notas ad L. 22. Ep. 11. h. l.

v. 2. Br. σοὶ, et sic ad Cod. Lieid. Steph. Editionem, et ex Grut. Ex. ad Ruhnk.

v. 3. Hoc explicat Vossius in Instit. Poët. L. 3. c. 9. p. 146.

v. 6. Burm. Sec. ad suum Ex. καταλείξαντες, Scaliger in notis ad Sueton. Calig. 22. ubi *scripta sua spongia linguave delere, de poëtis qui displicuerant.* Eadem conjectura Scaligeri est de Emend. Temporum p. 479, et eam Grotius secutus est. De hoc versu quoque egit Huetius,

tius, quem Vid. καταλείξαντες, Scaligeri lectionem, quae est ad Cod. Leid. etiam Ruhnk. notavit. Conf. Tit. 5. Ep. 8. Ep. 9. h. l.

Ep. 8. v. 1. Haec quae etiam leguntur apud Stobaeum Serm. 48. de bello, desumta sunt, ut satis notum, ab Arato in Phaenom. v. 131.

Οἱ πρῶτοι καταέργον ἐχαλκεύσαντο μαχαίραν,
Ausaque funestum prima est fabricarier ensem.

Tibullus L. 1. El. 3. v. 47. et 48.

Non acies, non ira fuit, non bella: nec ensem
Immiti saevus duxerat arte faber.

Quem integrum locum sane vellem non sollicitare voluissent viri doctissimi Broukhusius et Vulpius. Conf. El. 11. v. 1. et Burm. ad Lucrh. p. 9. et 660. Simile quid apud Juvenalem Sat. XV. v. 168.

Nescierint primi gladios extendere fabri.

v. 6. Jacobsius ad h. l. ἡμερίων *mortalium interpretantur, nullo sensu.* sed cum veniâ optimi viri, cujus eruditionem et summa in Anth. Gr. merita quotidie magis magisque agnosco, nonne, ἀμερίων γένος, aut γένος ἀμερίων, est τὸ ἀνθρώπινον γένος, homines enim dicuntur ἡμέριοι et ἐφήμεροι, *viventes velut in unum diem.* ut in hac ipsâ Anth. L. 3. T. 6. c. 48.

Ψεῦσαι Δαίμονες ἀμερίων.
Heu faciles hominum fallere vota Deos.

et sic L. 4. Tit. 27. c. 4. Homerus dicitur ab aethere missus,

ἵν' ἡμερίοις ἄῤῥα ποθητὰ φέρῃ.

conf. L. 1. Tit. 27. Ep. 5. et quae dedit Valckenaerius ad Eurip. Phoenisf. v. 1515. p. 512. ad Cod. Leid. pro κλάυσας legitur manu Scaligeri καλέσας. in versione. v. 5. *receptu*, M. 38. sed *receptum* defendi potest, Vid. V. D. notas ad Ovid. Metam. L. 1. v. 340.

Ep. 9. v. 2. Br. ex ingenio ᾠκοδόμηκε, et v. 6. pro λέγει, λέγοι, ut ex Grut. ad suum Ex. etiam notavit Ruhnkenius.

Ep. 10. Videtur initium ab Hesiodo desumtum Op. et D. v. 293.

Οὗτος μὲν πανάριστος ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει.
Optimus ille quidem, qui res cognoverit omnes.

Ubi Vid. Robinsoni notas. Laudatur convivator, qui non modo suis recitandis poëmatibus invitatos ad coenam amicos delectat, verum etiam iis largas ac delicatas epulas apponit, cum ridetur ille, qui suis tantum carminibus, non vero cibis, convivas saturare velit. Horatii et Persii etiam temporibus vivebant molesti quidam versuum recitatores, quos perstringit Horatius L. 1. Serm. 4. v. 74. et 75.

In medio qui
Scripta foro recitent, sunt multi; quique lavantes.

addere potuisset quique coenantes, ut apud Persium Sat. 1. v. 30. 31.

ecce inter pocula quaerunt
Romulidae saturi, quid dia poëmata narrent.

conf. Martialis L. 2. Ep. 44. 45. et 50. in quibus illorum hominum importunitas rectissime depingitur.

Ep. 11. Vid. Steph. Byzant. de Urbibus, *Gargara*, et Berkelii et Holstenii notas.

Ep. 12. v. 2. ἤρεσκε omnes Edd. ante Stephanum. Br. ἤρεσε, κ' ἂν εἴπη, quod non in aliis. et v. 5. pro οὕτω, οὕτως. forte ex Basil. 1549. ubi legitur. εἰδ' ὄντως τοῦτ' ἐς' οὕτως ἔχον. De contemtu, cui objiciebantur qui hernia laborabant, satis dictum ad Tit. 3. e. h. l.

Ep. 13. Est inter ea Cerealii apud Br. T. 2. p. 345. v. 2. ad Ex. Ruhnk. pro ἔχειν, ἔχω B. quod verum puto. Vid. omnino de hoc Ep. J. F. Reitzii notas ad Lucian. Tom. 3. p. 682. 683.

Ep. 14. v. 5. Haec desumta ab Homero, Odyss. κ. v. 350.

Βούλομ' ἅπαξ πρὸς κῦμα χανὼν ἀπὸ θυμὸν ἀλέσαι,
Ἢ δηθὰ τρεύγεσθαι, ἐὼν ἐν νήσῳ ἐρήμῳ.
Mersus hiare freto mallem, semel atque perire,
Quam misere in vacuâ longum tabescere terrâ.

Huc merito refertur illud Caesaris apud Plutarch. Tom. 4. p. 160. Ed. Bryani εἰπὼν ὡς βέλτιον ἐστιν ἅπαξ ἀποθανεῖν, ἢ δὶς προσδοκᾷν. Conf. Jacobsii notas.

Ep. 15. v. 3. Eleganter Grotius *circitor*, i. e. qui merces circumfert vendibiles. De his circitoribus egit inter alios Th. Reinesius in Inscript. Antiq. p. 995.

Ep. 16. πρέσβειρα. ut in Ed. Princ. Hom. Hymn. in Venerem v. 32. ubi aliae Edd. πρέσβεια, et πρέσβια. Optime Jacobsius; Pindarus Ol. XIII. v. 7.

Δίκα πολίων ἀσφαλὲς βάθρον.

Similia collegit Rittersh. ad Oppiani Hal. II. v. 680. forte respicit poëta ad ea Arati v. 113. δίκη δοτείρα δικαίων. Sic. Hom. Odyss. Θ v. 325. Dii dicuntur δωτῆρες ἐάων. ubi Ernestus recte affert ea Procli in Platonis Theol. c. 17. p. 48. Θεοὶ δὲ ἀεὶ πάντα τὰ ἀγαθὰ προτείνουσιν, ὥσπερ ἥλιος ἀκίσχων τὸ φῶς.

Qua-

Qualis sol homini semper dat amabile lumen,
Distribuunt illi sic bona cuncta Dei.

Lubet enim nobis praeclara veterum dicta nonnunquam in memoriam revocare. v. 3. Hom. Il. Θ v. 69.

Καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίτανε τάλαντα.

ex versione Cunichii.

Tum pater auratas, aequato examine, lances
Sustulit.

v. 6. Non dissimile illud Jonis seu incerti auctoris de Euripide. L. 3. T. 25. ep. 30.

σοι κλέος ἄφθιτον ἔσται
Ἴσον Ὁμηρείαις δενάεις Χάρισιν.

Vid. Jacobsii Comment. Tom. 1. part. 1. p. 420. Ad Scholiast. in meo Exempl. docta manus ea posuit. *Haec sunt decerpta ex Demetr. Phal. pag.* 57. (§. 128. 129. 130.)

Tit. 41. ep. 1. ad Ex. Ruhnk. ut est apud Sylb. εἰς πλοῖα σάπρα καὶ βαρέα apud Salm. σάθρα.

v. 1. Οἱ Τοῖχοι, *de navis lateribus*; ut L. 1. T. 33. e. 15. et L. 3. T. 9. e. 6. quae partim Burm. major citavit.

v. 5. Br. ex Salm. πλεύσει τάχα. et

v. 6. Οὐ γὰρ ἔνεστιν ὕδωρ οὐκ ἔτι τῷ πελάγει. quod ex Sylb. etiam Ruhnk. notavit.

Ep. 2. v. 1. Ἐς, ut supra. Ruhnk. et v. 3. αἴγαν. Heins. ad Val. Flacc. L. 1. v. 629. et ad Cod. Leid. Ἀγκὰν. Grotiana versio unice vera videtur.

v. 5. Ruhnk. pro ἔρχεται, ἄρχεται. Ald. et Obs. sic et Cod. Leid. sed Vid. de toto Ep. Jacobsii notas.

v. 6. ναυκληρεῖς eleganter de magnâ potestate, ut apud Sophocl. Antig. v. 594. seu 1006.

Τοὶ γὰρ δὶ ὀρθῆς τήνδε ἐναυκλήρεις πόλιν.

Ut bene legendum judicat summus Valckenaerius ad Eurip. Phoenisf. p. 321.

Ep. 3. v. 4. In versione pro *alter adeps*, forte legendum *ater adeps*.

Ep. 4. Hujus Caminis sensum nec Brodaeum, nec Grotium perspectum habuisse, existimat doctissimus Jacobsius, cui assentiri non possum. Servatricis nomen navi non competere, ait poëta, quoniam omnes, qui eam ingredirentur, vel in littus ejiceret, vel ad Proserpinae regna dimitteret.

Ep. 5. v. 1. Vid. supra T. 38. e. 1. et v. 2. Λαυρμῶν.

v. 4. μικροῦ ῥιζοβολεῖ τὰ κατώ. Sic apud Hom. Odyss. N. v. 162. Neptunus Phaeacum navem in Saxum convertit:

τῆς δὲ σχεδὸν ἦλθ' Ἐνοσίχθων,
Ὃς μιν λᾶαν ἔθηκε, καὶ ἐρρίζωσεν ἔερδε,
Χειρὶ καταπρηνεῖ ἐλάσας.

B. Zamagnâ interprete.

(Navem) pone subit Neptunus, et actam
Corripit, immotamque alto sub gurgite figens
Esse jubet rupem ingentem.

v. 5. τυχὸν, Vid. Tit. 6. ep. 2. h. l. et l. 4. T. 12. ep. 132. egregie de h. v. d. disputavit Steph. in Thes. L. Gr. T. 3. p. 1441. Br. ἔσομαι recte. Sic Salm. et Sylb. quod ad Ex. Ruhnk. neque aliter Grotius.

v. 6. δράμα σαπρὸν, praeter, Albert. et Wetsten. quos auctores citat Jacobsius, vocem σαπρὸν illustravit elegantissimus Piersonus ad Moer. p. 352. et sqq.

Tit. 42. Ep. 1. v. 2. βρενθύῃ, hujus verbi vim docte et eleganter explicuit Hemsterh. ad Luciani D. M. 10. p. 367. et sqq. et ad Tim. p. 170. conf. omnino Ruhnk. ad Timaei Lex. p. 64.

v. 3. pro δ ut in vulg. σὺ Πλατωνικός. Quamvis doctissimorum virorum in vituperandis aliis licentiam minime probem, et ab omni humanitate, quam elegantiores litterae profitentur, longe remotum putem, viros eruditos lacessere eorumque famae carminibus obstrepere, ut Mich. Marullus hoc Epigramma, ficto nomine, in Angelum Politianum confisse videtur, tamen facere non possum, quin elegantissimum P. Burmanni primi Epigramma ex hoc ductum, quoniam in ipsius Poëmatibus non invenitur, sed legitur ante Emendationes in Menandri et Philemonis reliquias, hic repetam.

Dic stolidum sine mente pecus, sine fronte magister,
Omnia cur, nulla nobilis arte, crepas?
Inter Grammaticos ostentas scita Platonis,
Inter Philosophos esse Palaemon aves.
Putide desultor, te nec divina Platonis
Dogmata, Grammaticen nec didicisse patet.
Sum polyhistor, ais; Nullâ perfectus in arte,
Omnia dum gustas, nil, malesane, sapis.

Laudantur ibi Vinc. Obsopoei notae.

Ep.

Ep. 2. Hoc in Edd. priscis superiori adjungitur, Salm. et alii ab eo separari volunt.

Tit. 43. Ep. 1. Potterus Arch. Gr. L. 4. c. VII. hinc Martialem finem Ep. 30. L. 9. desumsisse existimat, ut etiam Menagius ad Diog. Laërt. L. 6. §. 49. p. 256. Conf. Kirchmann. de Funeribus p. 336. et van Goens de Cepotaph. p. 66. quae loca partim Burmannus major notavit, neque Jacobsius indicare neglexit. *Sit tibi terra levis*, solemnis et frequenter usitata formula; Tibullus; L. 2. El. v. 49. 50.

Et bene, discedens dicet, placideque quiescas,
Terraque securae sit super ossa levis.

levis non *lenis*, quod errore typographi apud Kirchmannum legitur. ἐλαφρὺς, ut L. 3. Tit. 1. ep. 11. et sic *non ullo pondere*; apud Propert. L. 1. El. 17. Ceterum cum ultimo versu comparari possunt illa Agathiae L. 3. Tit. 24. ep. 2.

Νῦν δὲ σε μὴ κούφη κρύπτοι κόνις, ἀλλὰ βαρεῖα,
Μήποτε σὸν κείνη λείψανον ἐξερύσῃ.
Non levis ut sit humus, sed sit gravis, ergo precamur,
Nec mox reliquias eruat illa tuas.

Ep. 2. Vid. Erasmi Adag. p. 1126. citat Wetsten. ad N. T. Tom. 2. p. 782.

v. 3. Br. pro ἐκὼν τι, ἑκὼν τί ex membr.

Ep. 3. v. 2. Ruhnk. et alii ex Sylb. πωλικωνὸς.

Ep. 5. Br. ut opinor, ex Brodaei notis Λαφαυρων; lusus quaeritur in verbis. Vid. Tit. 25. ep. 11. h. l. et de voce λάφαυροι seu Λαφαυρα, Valcken. ad Ammon. p. 41. et V. D. ad Hesych. Tom. 2. p. 431.

Ep. 6. Recte Jacobsius hic memorat Aristotelis verba Rhetor. L. 3. c. 11. Ed. Sylb. vol. 2. p. 137. de quibus Vid. Comment. Victorii p. 664. Intelligitur ridiculi genus, non modo, cum aliud exspectamus, aliud dicitur, verum etiam, quod habet parvam verbi immutationem, de quo egit Cicero de Oratore L. 2. cap. 63.

v. 2. In versione Lege, *multis dignus es ipse feris*.

Ep. 7. De hoc luculenter egit summus Salmasius, tam in notis p. 40. 41. quam ad Hist. Aug. Script. T. 2. p. 361. et ad Solin. in Proleg. p. 5. quae etiam Ruhnk. notavit et ex Sylb. pro Ἀργείου, Ἀριζήλου ex his patet, pro θηλῆν, scribendum χρύσιον, quod apud Grotium. Voce enim χρύσεος, ut apud Latinos *aureus*, dicitur quidquid pulchrum, mirabile, et optimum sit; De Venere et Hecuba passim utitur

Ho-

Homerus: in ironiam vertit Cicero pro Rosc. Amer. c. 43. *Venio nunc ad illud nomen aureum Chrysogoni*. conf. Bergler. ad Alciphron. p. 314.

Ep. 8. Huic ex Cod. Vat. in Sylburgii notis alterum adjicitur distichon, quod ad Cod. Leid. et Ruhnk. notatum.

Πάντες μὲν Κίλικες κακοὶ ἀνέρες. ἐν δὲ Κίλιξιν.

Ἔστ' (εἷς alii) ἀγαθὸς Κινύρας, καὶ (Cod. δὲ) Κινύρας δὲ Κίλιξ.

Omnes sunt pravi Cilices, Cilices bonus inter

Est Cinyras, Cinyras sed tamen ipse Cilix.

Cilices quod piraticam exercerent, et haud facile verum dicerent, ut est apud Erasmum in Adagiis, vulgo male audiebant. v. 1. Lege Χῖοι.

Ep. 9. Hoc et sequens inveniuntur apud Constant. Porphyrogen. p. 17. et explicat Anselmus Bandurius in Hist. Byzant. Script. vol. 30. p. 5. in versione pro *bestia* lege *vipera*, ut erat in M.ss. De succinctorum Cappadocum militum ignavia etiam egregia hic attuiit peritissimus Brodaeus. ad Ex. Burm. primi, v. 3. μεγαλῆς δράξωνται ἀκμῆς. *Si ad Curalem dignitatem, Consulatum, si aut Praefecti urbis, (de quo Symmachum vide) pertineant.* Jur. (p. 279.)

Ep. 11. v. 1. Br. κατέβαινε, pro κατέδυνε, ex Cod. Vat. quod magis Lucianeum puto, sic κατεβῆναι usus est Dial. Mort. 23.

v. 2. Λολλιανοῦ, Obsop. Λευκιλλου, quod ad suum exemplum notavit Burm. primus. Vid. porro de hoc V. D. notas apud Reitz. ad Lucian. Tom. 3. p. 683. Non dissimile initium Dial. Mort. xxi.

v. 3. In Aldinis et Venet. θαῦμα· μένει σιγῶσα.

Ep. 12. Ad Ex. Ruhnk. Vid. Mur. Misc. L. 14. c. 13. intellige Var. Lect. Mureti. ubi praeclarus ille vir tam dilucide explicat, qui versus dicantur ἰσόψηφοι, ut nihil ultra requiras. Si quis tamen de his *Isopsephis* plura velit, adeat V. D. notas ad Aul. Gellium N. A. L. xiv. c. 6. Casaub. ad Theophrast. p. 290. Huëtii notas hic p. 481. et in Libro de rebus suis p. 146. et sqq. Nec non Brunckii Lect. et Emend. p. 174. Hos inter difficiles nugas merito posuit praestantissimus Ruhnkenius de Doctore Umbratico, p. 29. conf. L. 3. T. 32. ep. 42. et L. 6. T. 12. ubi plura hujus generis.

v. 3. Ed. Princ. et Ascens. ἀνακλυσθὲν. Eadem et Aldinae et Ven.

v. 4. pro εὗρεν, εὗρον.

Ep. 13. *Antiochi*, ad Ex. Burm. Sec. *Annochi est in versione Grotii.* Plin. L. 35. c. 36. p. 214. *Aristides Thebanus omnium primus animum pinxit, et sensus expressit, quae vocant Graeci ethe: item perturba-*

tio-

tiones: durior in coloribus; ad q. l. Harduinus hoc Ep. citavit. Conf. nostras Obſervat. ad Grotii Proleg. p. 161.

v. 6. Br. γράψοι, quod non in aliis.

Ep. 14. Piſoni tribuit Br. T. 2. p. 108. qui v. 2. legit ἀνθρώποις, ſed recte vulgatam lectionem ſequitur Ruhnk. Epist. Crit. 1. p. 95. ed. novae.

Tit. 44. Ep. 1. Vid. de hoc Burmanni notas ad Sueton. vita Claudii. cap. 32. p. 785. v. 1. et 3. pro ἀποκτείνει, Br. ἀποκτέννει. ex Salm. notis. Si quis amplius hic inſtrui velit, legat Orationem pro Crepitu ventris, post Emm. Martini Epistolas p. 255. Ed. Weſſelingii.

Tit. 45. Ep. 1. v. 3. ad Ex. Ruhnk. κείσῃ δ' ὁμοίως, ita Pal. C. Horatius L. 2. Od. 18. v. 23. et ſqq.

Quid, quod usque proximos
Revellis agri terminos, et ultra
Limites clientium
Salis avarus? —
Nulla certior tamen,
Rapacis Orci ſede destinata
Aula divitem manet
Herum —

Quibus in verſibus illud obſervatu dignum, quod in Editione Principe Horatii per Philipum Condam Petri, Venetiis 1478, illud Carmen, e quo verſus deſumti ſunt a v. 15. *Truditur dies die*, ſeparatim exhibeatur post L. 3. Od. 9. et novum ſit Lyricum. Quod ideo notandum putavi, quia, licet ſaepius in eâ editione primâ verſus alio ordine, quam qui vulgatur, legantur, tamen hoc in loco interpretes, cum iis, quae proxime praecedunt, verbis, *ſatis beatus unicis Sabinis*, et his *Truditur dies die*, frustra nexum ſententiarum mihi quaerere videntur. Meo judicio duo ſunt Carmina, quae ut l. c. inveniuntur a ſe invicem ſeparari debent, in quorum primo ſuis posſesſionibus, quamvis valde exiguis, ſe plane contentum esſe profitetur poëta, cum in altero graviter admodum invehitur in illos, qui fragilitatis et brevitatis vitae omnino immemores, non ſine ſummâ ſociorum et vicinorum injuriâ, in amplis et magnificis exſtruendis aedibus occupati vivunt. Praeterea ad hujus Epigr. explicationem loci Lucianei, a Jacobſio citati, non parum conferunt.

Tit. 46. Ep. 1. Hoc vere explicuit, ut Rutgerſii utar verbis, *illud generis humani decus ac miraculum*, *vir ſine exemplo maximus*, Erasmus, Adag. Chil. III. Cent. 1. prod. 15. Egregie quoque expresſit illud Martialis, L. 6. c. 19.

Ep. 2. v. 4. Br. *μελέτα*. quod verum, Vid. Illius, Salm. Brod. et Huëtii notas, apud quem tamen, ut bene vidit Jacobsius, vitiose expressum *μελετῷ*. primum distichon memorat Douza F. ad Petron. Fragm. p. 884.

v. 6. *σολοικίζει*, Ed. Princ. Junt. Ascens. et Basil. 1549.

Ep. 3. Vid. doctissimi Eldikii nostri Suspiciones p. 45. Ut totum Epigr. sic illud *παράσημα*, quod etiam tetigit Heins. ad Hesych. ut *a sermone quotidiano abhorrentia verba*, recte explicuit Obsopoeus; His addi meretur, qui mihi semper maxime placuit Luciani locus Dial. Mort. 10. ubi elegantissimus auctor hominum perstringit ineptias, qui se suis efferunt studiis, inter quos etiam in scenam prodeunt Rhetores, de quibus haec; Καὶ ὁ ῥήτωρ δὲ σὺ, ἀπόθου τῶν ῥημάτων τὴν τοσαύτην ἀπερχυτολογίαν, καὶ ἀντιθέσεις, καὶ παρισώσεις, καὶ περιόδους, καὶ βαρβαρισμοὺς, καὶ τ' ἄλλα βάρη τῶν λογῶν. quibus e verbis sensus Epigrammatis plane intelligitur.

v. 5. pro *γράμμασι* Aldinae et Venet. *πράγμασι*. priorem lectionem sequitur Grotius, et his tuetur Huëtius, *scribendi recte, sapere est et principium et fons*; quem consulas velim.

Ep. 4. De hoc et duodecimo h. t. vid. notas ad Ausonii Ep. 51.

Ep. 5. v. 2. Br. Πεντάκι, cujus Lectiones p. 216, adeundae. Et sic Ed. Princ. Ald. Junt. Ascens. Basil. et ad Ex. Ruhnk. *πέντε*, *ita Steph. in aliis πεντάκι*. Ald. Sec. ex sententiâ Obsopoei, *πέντε διακόσιους*; quam aliae dein secutae sunt.

v. 4. Τοῦ λοιποῦ, ut Tit. 15. ep. 3. Uberrima hujus dictionis exempla protulit Wetsten. ad N. T. Tom. 2. p. 236.

Ep. 6. *οὐδὲν ἄπιστον*, non dissimile illud Ovidianum, Trist L. 1. El. 8. v. 7.

Omnia jam fient, fieri quae posse negabam.

Ep. 7. illud *σολοικίζειν* ad omnem incongruentiam verborum et factorum veteres transtulisse, recte observavit Jacobsius; sic Cicero, qui in Epist. ad Atticum verbis *ὑποσόλοικον*, et *ὑποσόλοικα* utitur, scribit L. 14. ep. 6. *Nihil enim tam σόλοικον, quam τυραννοκτόνους in coelo esse, tyranni facta defendi*. qui locus non est sollicitandus. Quid enim, ait Cicero, est a sanâ ratione magis alienum, quam Caesaris interfectores summis laudibus in caelum ferri, cum tamen ejusdem Caesaris interfecti facta defendantur? Caeterum Conf. V. D. notas ad Luciani Nigrin. Tom. 1. p. 74.

v. 4. *τὸ σῶμα μου δέδεται*, Ut Tit. 10. Ep. 1. Vid. Jacobsii Comment. vol. 2. part. 2. p. 472. et 473.

Ep.

Ep. 8. v. 1. ad Ex. Ruhnk. Vid. D'Orvill. ad Charit. p. 4. qui hoc Ep. recte explicuit, adde Valcken. ad Theocrit. Adoniaz. p. 345. et alios, quos memorat Jacobsius, at inprimis ab eo citatum Phrynichi locum, qui est hujus Epigr. interpretamentum.

Ep. 9. Aristonymus apud Stob. Serm. 4. p. 58. πολλοὶ ἀδικηθέντες ὑπὸ ῥητόρων, τοὺς υἱοὺς ῥήτορας διδάσκουσιν. *faciunt filios artis Rhetoricae peritos*, de quâ Graecâ locutione Vid. Hemsterh. ad Aristoph. Plutum p. 4. sic διδάσκεσθαι, sensu medio, significat, vel *se ipsum*, vel *alterum alicui docendum tradere*. Vid. Kuster. ad Ejusdem Nubes v. 1341. neque aliter in Pluto v. 473. καὶ σύ γε διδάσκου, *modo te docilem praebeas*.

Ep. 10. De hoc accurate admodum egit Jacobsius, quem Vid. et Tit. 13. ep. 18.

Ep. 11. Br. Μέδον, ex male descriptis, ut arbitror, Salmasii notis. σειλάμενος, *ad dicendum me componens*, *adornans*. Grotius cum Obsopoeo hoc ad Rhetoris ornatum retulit, quâ in re eam similitudinem taciturnitatis et alti silentii desidero, quae etiam in proximo carmine indicatur. Forsan Ammianus, pro seculi sui captu, in verbo σειλάμενος lusum quaesivit, cum voce σῆλη, quae ipsius aures personaret, quod si verum, quamvis illud minime urguere velim, hoc modo verti posset.

Ipsum te video, rhetor Medo: mira sed haec sunt;
Tu statua ut taceas, dicere compositus.

Ep. 12. Vid. superius et Ep. 4. h. l.

Ep. 13. ad Ex Burm. senioris et Ruhnk. v. 2. pro λέγε, φέρε. *al. Brod.*

v. 3. De hoc Atticas dictiones captantium Rhetoriscorum morbo inter alios egit D. G. Morhofius de Patavinitate Livianâ. vol. 7. p. 73. Ed. Drakenborchii. Conf. Tit. 52. Ep. 5. h. l.

v. 4. Br. σκηψάνεος, pro σκεψάμενος, typographi, ni fallor, errore.

Ep. 14. Agathiae tribuit Salmasius. Causidicorum mores, ut recte observavit Jacobsius, vividis coloribus descripsit Ammian. Marcellinus, L. 30. c. 4. ubi Vid. Lindenbrogii notas. L. 1. Tit. 73. ep. 3. p. 364. De Justitiae amplissimâ virtute plura dicere promisimus, ad L. 3. Tit. 6. Ep. 8.

v. 4. ποικίλον — μῦθον — ut apud Latinos *varius* dicitur sermo *duplex*, *subdolus*, sic ποικίλος apud Graecos eandem habet vim, ut in notissimis, et proverbii locum obtinentibus Euripidis verbis, Phoen. v. 472.

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ,
Κ' οὐ ποικίλων δεῖ τὰ 'νδιχ' ἑρμήνευμάτων.

Erasmo interprete.

Nam veritatis fuevit esse Oratio
Simplex, vafris nec est egens ambagibus.

Sic ποικιλος δαιμων, dicitur Heliodoro, *sinistra fortuna vel variàs simul, vel alias ex aliis, et novas semper calamitates adferens.* Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 293.

v. 5. Br. ἐλπίζειν ἕξεσι et v. 6. τῆς σῆς ἠλεμάτου παίγνια φαντασίης. ex Salm. notis. quod defendi posset ex Carmine Crinagorae L. 1. T. 76. ep. 1. de quo Vid. not. p. 364. 365. Quamvis Stephanus in suo Thesauro Tom. 2. p. 237. Grotius in versione et Obsopoeus in notis vulgatam lectionem secuti sint, tamen propter vocem φαντασίης, quà *vana visio, imago, vanitas* indicatur, ut est in V. D. animadversionibus ad Petron. cap. 38. p. 229. Salmasii lectionem probare possem, parvâ mutatione in versione factâ, legendo pro *furta, visa.* ἠλέματος, μάταιος, apud Suid. et Hesych. ubi Vid. notas. vocis κλεμματικὸς auctoritas unice hoc loco nititur.

Ep. 15. Agathiae, ut a Salmasio, etiam a Grotio datur. v. 2. Br. εἴρετο. ut in Salmasii notis.

v. 3. 4. Vid. D'Orvillium ad Chariton. p. 156.

Ep. 16. 17. Haec Luciani esse asserit Salmasius, quare ei a Br. adscripta sunt.

v. 1. Br. βίτος; de his vid. notas ad omissa Luciani T. 3. p. 689. 690. ubi melius fuisset Reitzio tacuisse. Sed Vid. Erasmi Adag. Chil. IV. Cent. VII. p. 1105.

Tit. 47. Ep. 1. De hoc optime disseruit Ben. Averanius Tom. 1. p. 87. et sqq. Vellem modo ἀκτὴν non interpretatus esset *cibum* ex ll. N. v. 322. quod etiam miror fecisse Jacobsium. Nam *acta*, ut ex Nepote notum, est amoenus in littore secessus; quod, quamvis Facciolatus non statim agnoscat, tamen probatur ab Ernesto Cl. Cic. h. v. quibus addo locum ex Ep. ad Fam. L. 9. Ep. 6. *ut ea consideres, eaque tractes, quorum et usus et delectatio est omnibus istorum et actis et voluptatibus anteponenda.* quod illustratur Plutarchi verbis, Ed. Rualdi T. 2. p. 668. et Wyttenb. Tom. 3. p. 502. σήμερον ἀκτάσωμεν, *hodie in littore, pisces consumendo, genio nostro indulgebimus.* Vid. Hadr. Junii Batav. c. XV. p. 204. et Casaub. ad Athenaeum L. 12. p. 846. Hujus Ep. etiam non immemor fuit Raderus ad Martial. L. 2. p. 223.

v. 4. γλωσσόκομα Vid. de hac voce praeter Wetsten. ad N. T. Tom. 1. p. 922. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. v. 711.

v. 5.

v. 5. κοτύλαις. De his Consule Athenaeum L. 11. c. 8. p. 478. et Casaub. Animadv. p. 798. Fortuita Sacra p. 268. Hemsterh. ad Lucian. T. 1. p. 299. et Aristoph. Plut. v. 737. Eustath. ad Hom. Iliad. X. p. 1282. §. 42. κοτύλην δὲ φησι τυτθὸν, τὴν μικρὰν κωπελλίδα. εἰς κοτύλην, est Ep. 31. h. t.

Ep. 2. ad Cod. Leid manu Scaligeri Ἀλλότριον; Nicandrum auctorem agnoscit Salmasius.

v. 2. Idem Salmasius se pene puerum, sed tamen, ut videtur, deliciarum Veneris non penitus ignarum, conf. L. 9. T. 11. h. l. hic pro αἰνεῖν, κινεῖν legisse dicit, quam lectionem Brunckius secutus est. Nullam vero necessitatem video pro honesto verbo obscoenum substituendi; nemo uxorem suam *toto animo*, *tota mente* semper laudare, seu amare potest. ἐκ ψυχῆς, ut ἀπὸ ψυχῆς, ἐκ τῆς καρδίας, et ἐκ θυμῷ apud alios, Vid. Valcken. ad Theocrit. Idyll. 2. v. 61. Plura collegit, non neglecto hoc loco, Wettten. ad N. T. p. 478.

v. 3. Φιλόκνισος, i. e. φιλοῦσα τὸ κνίζεσθαι, infrequens sane verbum. ad Ex. Ruhnk. v. Arnald. Obs. Misc. vol. V. T. 1. p. 58. Toup. ad Suid. vol. II. p. 148. et Ep. Crit. p. 20. unde manavit lectio apud Br. ἀλλοτριόχρως.

v. 4. ξενοκυσαπάτην. Vid. Jacobsii notas.

Ep. 3. ad Ex. Ruhnken. Vid. D'Orville ad Charit. p. 39. et v. 2. φλέξης, βρέξης, Vid. Leichii Cur. secundae ad Murator p. 43. et haec ad Ex. Ruhnk. notata, ut ad illud P. Burm. Sec. σήλαις χάρισαι λιθίνοισι — et v. 2. pro εἰα, ἐς; v. 3. pro θέλεις, σχῆς, μέταδος τέφραν — et v. 4. pro τιέται, πίεται; *sic ex Cod. Pal. et lapide ipso D'Orvill. ad Charit. p.* 39. quod Editio Basil. 1549; sola praebet. Adde his Samasii Exercit. Plin. 858. Jos. Scaligeri Conject. in Varronem de L. L. p. 56. 57. Rutgersii Var. Lection. p. 411. Haverkamp. ad Tertulliani Apolog. c. 28. p. 265. Barnes. ad Anacreont. p. 14. summum Hemsterh. ad Luciani Contempl. Tom. 1. p. 519. Wakefield Epist. Crit. part. 2. p. 60. Brunck. Lect. et Emend. ad h. l. p. 263. qui v. 1. dedit σήλῃ χαρίσῃ, λίθος ἐσι. et denique Jacobsium ad h. l. Unde apparebit quanto studio ad hoc breve carmen explicandum se contulerint viri eruditissimi. v. ultimo pro τίεται, ut est in vulgatis, πίεται legit Grotius, quod manu Scaligeri ad Cod. Leid. notatum, et probant Huëtius et Gatakerus in Adversariis p. 447. c. in versione pro *inde nihil*, legitur in M. S. S. *ipse nihil*.

Ep. 4. v. 2. Ad Ex. Ruhnk. ex Salm. pro ἄρτι, ἄρτα. Neque aliter Sylburg. In nonnullis Edd, priscis, ut in Ascens. male legitur ἄρτι

τίθεντε μάχη, quod Brodaeus et Obsopoeus viderunt. Recte in Ed. Princ. et Basil. τίθει τεμάχη. error videtur ex Juntinâ fluxisse.

v. 3. ἐργοπόνοισι, sic Libr. 5. Tit. 1. Ep. 60. ἐργοπόνος. et apud Coluthum v. 192. ubi Vid. Lennepii notas.

Ep. 5. De hoc egit D'Orvillius ad Chariton. p. 622. quod P. Burman. Secundus et Ruhnk. ad sua Exempla notarunt, et nos ad L. 1. Tit. 59. ep. 6. jam memoravimus.

v. 3. ἔγκαρον, Vid. Hemsterh. ad Aristoph. Plutum p. 7. et 8. quod Ruhnk. etiam observavit. Ad Epigrammatis explicationem insignis est Pausaniae locus, quem memorat Jacobsius, Achaic. L. 7. c. 8. de minore Philippo. Προπίνειν δὲ παρὰ τὰ συμπόσια ἐπὶ δεξιότητι καὶ φιλίᾳ κύλικας οὐκ οἴνου, φαρμάκων δὲ, ἐς ὄλεθρον ἀνθρώποις. Ἃ δὴ ὁ μὲν τοῦ Ἀμύντου Φίλιππος οὐδ' ἐπενόησεν (ἐμοὶ δοκεῖν) ἄρχην. Φιλίππῳ δὲ τῷ Δημητρίου τὰ φάρμακα, τόλμημα ἦν ἐλαφρότατον. Sic de eodem Philippo, Demetrii filio, Arcadic. L. 8. c. 50. Ὃς καὶ Ἄρατον φαρμάκῳ τὸν Σικυώνιον ἀπέκτεινεν.

v. 4. ἐξέπιον, quod indignatur Cyclops apud Eurip. Cycl. v. 549. τὸν οἶνον ἐκπίνεις λάθρα. de Arato Sicyon. conf. Plutarch. T. 2. p. 1051. et Polyb. L. 8. c. 14.

Ep. 6. in Edd. priscis Ἀββιανοῦ male pro Ἀμμιανοῦ. v. 6. omnes Edd. ante Stephanum ἠργάσατο. in vocibus τύλην et σήλην lusum esse existimat Obsopoeus.

Ep. 7. Vid. Salmasii notas, p 43. qui hoc ex Stratonis Paedicâ Musâ desumtum putat; quare καὶ πίνε νῦν, καὶ ἔρα, et v. 2. οὐδ' αἰεὶ παισὶ συνεσσόμεθα. ut est apud Br. L. et Em. p. 215. legi vult; Vid. de hoc et Ep. 10. Ep. 21. et Ep. 27. h. Tit. Wetstenii notas ad Ep. ad Corinth. c. 15. v. 32. p. 169. nec non Rutgersii Var. Lect. p. 411. Et praeter citat. Hemsterh. notas ad Lucian. T. 1. p. 518. P. Burm. Sec. ad Propert. in addend. p. 592. ad Ex. Ruhnk. *vertit D. Heinsius Poëm. p.* 137.

Ep. 8. v. 1. Br. pro καμισύνας, et κχμισήνας, ut legitur in Edd. priscis, καμασήνας, quod ad Ex. Ruhnk. notatum nos etiam recepimus auctoritate Casauboni ad Athenaeum. p. 581.

v. 2. φῦλον ἀκανθολόγων, hi etiam σῆτες ἀκανθολόγοι nominantur Tit. 10. ep. 12. h. l. et σῆτες ἀκανθοβάται. ib. ep. 4.

v. 3. λελιγυσμένον, omnes Edd. at scribendum λελυγισμένον, a verbo λιγύζω, seu λιγύζεσθαι. scripturae vitium ut hic reliquit Brunckius, sic illud fustulit L. 6. T. 3. ep. 10.

v. 5.

v. 5. C. Vellejus Paterculus L. 1. c. 5. *Neque quemquam alium, cujus operis primus auctor fuerit, in eo perfectissimum, praeter Homerum et Archilochum, reperiemus.* ubi Cl. Ruhnk. ut hic Jacobsius, quod ad comparationem Homeri et Archilochi spectat, Dionis Chrysostomi verba ex Orat. XXXIII. p. 397. afferre non neglexerunt.

v. 6. ὑδροπότας, *aquae potores*, conf. Erasmi Adagia Chil. II. Cent. VI. p. 584. quem locum etiam citavit Jacobsius. In versione quare Grotius pro Homero et Archilocho sumserit Flaccum et Maronem non bene intelligo, quoniam haec Graeca nomina latinis numeris aptissima sunt, ut ipse suo saepius demonstravit exemplo, et hic apparet, si legas,

Archilochi natalis adest, natalis Homeri,
Mixta hodie nullis vina bibamus aquis.

Ep. 9. v. 1. 2. ὕδωρ εὐεπὲς, aqua, quae homines facundos reddit, quemadmodum in noto illo Horatii versu.

Foecundi calices quem non fecere disertum.

Ut dolor apud Ovid. Metam. L. 13. v. 228. Sic etiam vinum nonnunquam facundiae mater.

Ep. 10. v. 4. ζωροπότει, hanc locutionem, ut bene animadvertit Hemsterh. ad Lucian. Tom. 1. p. 357. illustravit doctus Brodaeus ad h. l.

v. 5. Non ab hoc dissimile videtur illud Tibulli L. 1. El. v. 85.

Jam subrepit iners aetas, nec amare decebit,
Dicere nec cano blanditias capite.

Quos versus ad eos, de quibus agitur, hoc modo conformare posses.

Jam subrepit iners aetas, nec amare licebit,
Aut bibere e plenis dulce merum cyathis.

v. 6. Br. ἡ συνετὴ e Cod. Vat. ut ep. 43. h. t. συνετῆς ἄγγελοι ἡλικίης, conf. L. 7. ep. 95. Sed quoniam ἡ πολὴ et ἀι πολιαὶ saepius in hac Epigr. collectione ad ipsam senectutem indicandam adhibentur, ut L. 1. T. 13. ep. 3. 4. et 12. et L. 3. T. 10. ep. 5. aliisque in locis, ipsique senes πολιοὶ dicuntur, ut L. 3. T. 23. ep. 8. L. 5. T. 2. p. 4. vulgatam lectionem non mutatam vellem.

Ep. 12. Hoc nonnihil illustravit B. Averanius Tom. 1. p. 163. et sqq. Amplius Erasmus in Adag. Chil. 1. Cent. 7. μνήμων συμπότης, seu potius μισῶ μνήμονα συμπόταν. *Odi memorem compotorem.* de quo proverbio. Vid. Plutarch. Convival. Disput. L. 1. c. 1. Ed. Steph. vol. 2. p. 1087. et Wyttenb. vol. 3. p. 325. Lucian. Tom. 3. p. 419. 420. et Martial. L. 1. ep. 25. seu 28. ubi Vid. praestantis-

tissimi M. Raderi notas. Nec negligendus, quem citavit Jacobsius, Philostrati locus in vita Soph. L. 1. p. 507. ubi, qui nimiâ severitate disputabat, dicebatur βαρὺς τὴν ὀφρῦν, καὶ ὕδωρ πίνων. Sic Plutarchus, in comparatione cum Cicerone, Demostheni magnam severitatem et quandam plenitudinem ὑδροποσίας καὶ φροντίδων tribuit. p. 170. Ed. Bartoni.

v. 2. Br. ὀφρύον, ex notis Salmasii, quod non vidit, quamvis verbum optime explicuerit, Jacobsius.

v. 3. Ed. priscae usque ad Steph. ἀκράπτει. de hac voce, Vid. Cl. Wyttenbachii notas ad Plutarch. de S. N. V. p. 7. Jacobsius h. l. non immemor hoc Ep. tam egregrie ullustravit, ut ad id nihil amplius addere valeam.

Ep. 14. ἐπηστὴν, unanimi consensu Edd. Vet. quare apud Warton. ad Theocrit. vol. 2. p. 313, ἐρπεστὴν, editum sit, nisi typographi errore, ignoro. Casaubonus ad Persium Proleg. p. 42. legit ἐρπυστὴν, quae vera lectio. Sic L. 1. T. 33. ep. 16. et T. 37. ep. 11.

v. 2. βοτρυόπαιδα, ut apud Theocrit. L. 1. T. 20. ep. 17.

Ep. 15. v. 1. Br. ἐπ' ἀνάγκῃ. quod non in aliis.

v. 3. Vid. D'Orvill. ad Chariton. p. 585.

v. 5. ποθῆναι, Doctissimus Stephanus in praestantissimo suo Thesauro, Tom. 4. p. 681. hoc unum profert exemplum ubi ποθῆναι pro potare diceretur.

Ep. 17. Bentlejus ad Horat. L. 2. Od. 17. p. 132. legendum contendit Οὔ μοι μέλει τὰ Γύγεω; quod ad Ex. Ruhnk. notatum. Caeterum de hoc et sequente inter Anacreontis Interpretes consule inprimis Fischerum. p. 63. et p. 69.

Ep. 18. Haec aliter leguntur apud Br. Tom. 1. p. 88. ut v. 7. pro κατ' αὐτοῦ, κατ' αὐτὸ. quod etiam legitur apud Gellium N. A. L. 19. c. 9. major vero diversitas in v. 10. et sqq. Propter simplicitatem mihi magis versus, ut hic leguntur, placent, quam quales apud alios adaucti. Sed Anacreonteis plurima esse inserta, quae non ab eo auctore profecta sunt, mihi persuasissimum habeo.

Ep. 19. Ad rem faciunt Propertii versus L. 3. El. 23. v. 21. — 34.

At te celatis aetas gravis urgeat annis;
Et veniat formae ruga sinistra tuae.
Vellere tum cupies albos a stirpe capillos,
Et speculo rugas increpitante tibi.

ubi Vid. Burmanni notas.

Ep.

Ep. 20. v. 2. Ex Salm. Br. ἀψ ἀνιαρμαίνων ψυχομένην κραδίην. ut est in Basil. et ἄνψα Ald. Pr. Em. et Secunda, et Tert. et Ven. Ed. Princ. Junt. et Ascens. vulgatam lectionem tuentur.

Ep. 21. Cum hoc carmine conf. L. 3. Tit. 7. ep. 2. et quae ad eum locum notavit Jacobsius, ut et P. Burmannus Sec. ad Anthol. Lat. L. 2. init.

v. 5. Ad Ex. Ruhnk. ex Salm. aut Sylb. προλάβῃς, σοῦ. Quod Grotius probasse videtur. Sed tunc ita distinguenda verba.

ὁπὴ μόνον, ἂν προλάβῃς, σοῦ.

v. 6. ἂν δὲ θάνῃς, ἑτέρου πάντα. Horat. L. 4. Carm. 7. v. 19. 20.

Cuncta manus avidas fugient haeredis, amico
Quae dederis animo.

Conf. Tit. 50. Ep. 2. et Wetstenii citatas ad Ep. 7. h. t. notas, qui legit, σὺ μηδὲν ἔχεις.

Ep. 22. σεσάλακτο, Sic L. 4. Tit. 27. ep. 16.

Πρόσβυν Ἀνακρείοντα χύδαν σεσαλαγμένον οἴνῳ
Θέσιν.

Et L. 6. Tit. 5. Ep. 2. Σάτυρον σεσαλαγμένον οἴνῳ.

Vid. Casaub. ad Theophrasti Charact. p. 254.

v. 4. Ed. Princ. ἀφεισαμένη, quod nulla, ne Juntina quidem, amplexa est.

v. 6. Ed. Princ. et Basil. ἐπιπτωμένας.

v. 8. Recte Jacobsius; respicitur versus Homeri Il. Θ. v. 102.

Ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί.
Te premit, o senior, belli s assueta juventus.

Ep. 23. v. 2. Οὐδ' ὅσα τὰς Θήβας, Respicitur ad Hom. Il. I. v. 381.

v. 5. Salm. κάλλος χορός, quales describuntur senes in Scaeis portis sedentes, apud Hom. Il. Γ. v. 150.

ἀλλ' ἀγορηταὶ
Ἐσθλοὶ τεττίγεσσιν ἐοικότες, οἵτε καθ' ὕλην
Δενδρέῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι.
Quale sedentes
Arboribus in ramis nemorisque recessibus altis
Argutum resonant carmen sub fronde cicadae.

Et

οἱ δὲ πεμπτοὶ
Ἄνερες ἐρήγατικαι κάμον ἀφ' ἡμερίων.

ἀνὴρ περιττὸς est *vir eximius, insignis, atque excellens, qui alias* ἐξαίρετος *dicitur*, ut est apud C. Rittershusium in notis ad Porphyr. p. 18. quem locum amplius illustravit Valckenaerius ad Eurip. Hippol. v. 948. Grotius hoc ad

Ephemeridum Procuratores, qui impensarum rationem facere solebant, transferre malebat. Ingeniose quidem; sed cum περιστολὴ hic L. 1. T. 80. ep. 14. et L. 3. T. 22. ep. 62. aliisque in locis eximii quidam in suo genere sint viri, vulgatam interpretationem sequi vellem, vertendo.

Uva sit eximiis cura laborque viris.

Ep. 24. Κανδοκόται, *hiante ore*, *avide bibentes*, insolens verbum, quod se hoc uno loco tuetur; Desuntum putares ex his Homeri verbis, Odyss. Φ. v. 293. 294.

Οἶνός σε τρώει μελιηδὴς, ὅστε καὶ ἄλλους
Βλάπτει, ὃς ἂν μιν χανδὸν ἕλῃ, μηδ' αἴνιμα πίνῃ.
Quae laesere alios, te laedunt dulcia Bacchi
Munera, non parce, quae fundis in oris hiatum.

Apud Athenaeum p. 437. est quoddam a Polemone profactum carmen, quod etiam legitur in Mantissa Secunda, Tit. 4. Ep. 6. p. 39. cujus ultimi versus sunt.

ἔσβη δὲ ὦ 'νὴρ
Ἄνδρυπ' ἐν χανδὸς ζωροποτῶν πάλαιος.

Grotio interprete.

vitae cui rupta, viator,
Fila, patente merum dum bibit e calice.

melius ni fallor.

vitae cui rupta, viator,
Stamina sunt, patulo dum bibit ore merum.

Vid. Casaub. ad cit. Athenaei locum. p. 732.

v. 5. Legendum ἤχει, ut est apud Br.

Ep. 25. Vid. Salm. et conf. cum iis Macedonii supra. οἰνοποτῆρας, semel modo Homero usitata vox, Odyss. Θ. v. 456. ubi Schol. οἰνοποτῆρας, τοὺς εὐωχουμένους· οἰνοπότης, et οἰνοπόται plerumque in usu, ut hic Ep. 15. Ep. 24. L. 3. T. 25. Ep. 52. T. 26. Ep. 5. et L. 6. T. 18.

v. 4. μελαμπέπλοι dicuntur etiam Eumenides L. 3. T. 25. ep. 60.

v. 5. In Junt. Ald. 3. et Basil. 1549. γαυροφόνων. at in Ed. Princ. et aliis Ταυροφόνων recte. ut L. 6. T. 22. ταυροφόνῳ ἔρῳ.

Ep. 26. v. 4. respicit poëta Homeri versus.

Il. Z. v. 261.

Ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει.
Vina fatigatis hominum dant robora membris.

et Il. I. v. 701.

Νῦν μὲν κατεμήσασθε, τετυκτόμενοι φίλον ἦτορ
Σίτου καὶ οἴνου· τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή.

Helio

Helio Eobano Hesso interprete.

Indulgete cibo, vinoque, ut fessa refecti
Membra, levem toto capiatis pectore somnum:
Haec etenim vires animique et corporis augent.

Vid. porro Mitscherlichium ad Horatii Carm. L. 3. Carm. 21. v. 17.

Ep. 27. Conf. Ep. 21. h. t. et eundem Mitscherlich. ad Horat. L. 1. Carm. 9. v. 17. et L. 4. Carm. 7. v. 17.

v. 5. Br. Τέρπεο καὶ Παφίῃ τὸν ἐφημέριον βιὸν ἕλκων. Recte ex Salmasii notis. Verto.

Gaude, quemque diem Venerique jocisque daturus.

Ut primus, sic hic et sequens versus expressi sunt ex Euripid. Alcest. v. 794.—801.

Ταυτ' οὖν ἀκούσας καὶ μαθὼν ἐμοῦ πάρα,
Εὔφραινε σαυτόν, πῖνε. τὸν καθ' ἡμέραν
Βίον, λογίζου σόν· τὰ δ' ἄλλα τῆς τύχης.

Ex interpretatione Grotii.

Haec me magistro doctus, indulge tibi,
Vino ciboque vescere: hodiernum diem
Tuum, quod ultra est esse fortunae, puta.

In versione memor fuit Grotius Horatii de A. P. v. 63. vid. L. 1. Tit. 37. ep. 4.

Debemur morti nos, nostraque.

Ep. 28. v. 2. ἐλπίσιν ἡμερίδων, rarior locutio quam unice illustrant Horatii verba L. 3. Carm. 21. v. 17. de vite, seu vino.

Tu spem reducis mentibus anxiis
Viresque; et addis cornua pauperi.

et L. 1. Epist. 15. v. 17. *spes jubet esse ratas.*

v. 3. Salm. in notis ἄγχι δὲ λωνὸς Ἀντὶ πίθου. quae non improbanda conjectura.

v. 4. Br. ἔνδιον εὐφροσύνης recte, Edd. priscis probata lectio.

v. 6. μαρναμένειν Ed. Princ. Junt. aliae. Ald. Sec. et Venet. μαρναμένην. ut apud Salm. qui et ἐθέλῃς. Ad Cod. Leid. μάρναμαι, ἦν, at Br. Huëtium secutus μαρνάμεναι.

Ep. 29. v. 4. Κισσύβια. De hac voce Vid. quae habet Casaubonus ad Athenaeum p. 796. ubi apposite memorantur Q. Sereni Sammonici verba. v. 408.

Mollibus ex hederae tornentur pocula lignis.

Conf. D. Heins. ad Theocrit. p. 296. et Musonium Philosophum in Thes. Antiq. Graec. vol. VIII. p. 2482.

v. 5. Br. ἀφυσσάμενοι; et ἤνομεν: recte est enim a verbo ἄνω pro ἀνύω, ut apud Hom. Il. κ. v. 251.

Μάλα γὰρ νὺξ ἄνεται. ἐγχύθι δ' ἠώς·

Nam nox praecipitat, nobis aurora propinquat.

Conf. Il. Σ. v. 473. et Apoll. Rhod. L. 3. v. 496. et L. 4. v. 1339. ἤνυτο in Edd. priscis usque ad Stephan.

v. 8. Br. μαρμαρυγῆς. quod non in aliis. μαρμαρυγὴ de splendore pulchritudinis Aurorae vel puellarum est apud Poëtas. ut L. 3. T. 24. e. 2. L. 4. T. 5. e. 1. et L. 5. T. 1. ep. 53.

Ep. 30. Ἄδηλον dicitur in omnibus Edd. priscis usque ad Stephanum; qui addidit, εἰ δὲ Παλλαδᾶ. Jacobsio elegantius videtur carmen, quam ut Palladae tribuatur. Marco Argentario, dedit Salmasius.

v. 3. Idem ex Cod. vat. ὦ μίξις γονέων, quod probat Jacobsius.

v. 8. Br. καὶ λήθην ὀδύνης, quam lectionem amplexus est Mitscherlichius ad Horat. L. 2. c. 7. p. 420. ubi egregie explicitum illud ἀποστίλβωσον τὸ κύπελλον, *fac ut ardeat, resplendeat vino repletum poculum.* Sic nos olim Carm. p. 121.

Ecce coronato rutilant carchesia Baccho.

Ep. 31. v. 2. πρηΰγελως, *placide ridens.* Uni Marco Argentario usitata vox. Conf. L. 1. T. 56. ep. 6.

v. 3. Br. Salm. secutus μύει, λάγυνε, Vid. Jacobsii notas.

v. 5. Ἀιθ' ὄφελες, Homerica dictio. Il. Α. v. 415. et Γ. v. 40.

v. 6. Br. ἄφθορος, recte, et sic in omnibus priscis Edd. quam lectionem Grotius etiam secutus est. Neque, aliter Stephanus in Lex. Tom. 4. p. 140. c. qui tamen hoc loco potissimum nititur. In versione v. 1. pro *amas*, Lege *amans.* ut erat in M. S S. Grotii.

Ep. 32. ad Ex. Ruhnk. Palladae, D'Orvill. ad Charit. p. 174. Huic etiam illud, quoniam sit optimum, fere invitus dedit Salmasius, cum D'Orvillius idem illud inepto Palladae ingenio dignissimum judicat. Sed bene est, quod ex diversis doctissimorum hominum sententiis humani ingenii imbecillitatem agnoscamus.

v. 5. Br. βραβύλους, et Salm. βαρβίβλους. βραβίλους, Ed. Princ. et deinde omnes. Brunckii Lectio defendi posset ex Theocrito; Idyll. 7. v. 146. et Idyll. 12. v. 3.

v. 6. ἀκρόδρυα sunt cujusvis arboris fructus, Consule V. D. ad Hesych. Inprimis vero, *nuces* et *glandes.* Vid. Luciani Necyom. Tom. 1. p. 465. et V. H. Tom. 2. p. 97. nec non Lexicon Xenophonteum.

v. 7. Κεκλίμενοι Cod. Vat. Vid. D'Orvillium ad Charit. l. c.

v. 8.

v. 8. Χίννια de his egit P. E. Jablonskius in Coll. et Explicatione Vocum Aegypt. a doctissimo nostro amico J. G. Te Water editis. p. 398.

v. 9. Ed. Princ. Ὄρνιχ. καὶ μόσχια. quod non in aliis.

Ep. 33. v. 3. Ald. Prima, ὅριος, sed in Emend. ὥριος, ut in Edd. Princ. et aliis. cum in Junt. Ascens. et Bas. 1549. illud ὅριος mansit. χρόνος ὥριος, *tempus tempestivum*; legitima dictio; Vid. S. Musgravii Exerc. in Eurip. p. 81. et Notas in Hippol. v. 1131.

v. 4. ψαλμὸς, ἕρως, προπόσεις. Sic L. 3. Tit. 12. Ep. 10.

Ψαλμὸς, καὶ κυλίκων αἱ λαμυραὶ προπόσεις.

v. 5. Χειμὼν τοὐντεῦθεν, γήρως, βάρος. Jacobsius legendum putat.

Χειμὼν τοὐντεῦθεν γήρως βαρύς.

Postilla gravis senectutis hyems irruit.

plane ut apud Ovid. Metam. xv, v. 212.

Inde senilis hiems tremulo venit horrida passu.

quem locum etiam citat Brodaeus; sed quasi *grave pondus* et *onus* saepius habetur senectus, ut apud Eund. Ovid. L. 9. v. 436. *amara senectae pondera*, memorantur. Apud Senecam Tragic. Oedip. v. 594. *Gravis Senectus Sibimet.* Quare in vulgatâ lectione acquiesco. Conf. haec Euripidea Alcest. v. 683. seu ut in aliis 672. τὸ γῆρας δ' οὐκ ἐς' αὐτοῖς βαρύ.

v. 6. Br. Ex emendatione Salmasii σύσεις, quod verbum, Aristophani usitatum, iterum ei vindicavit G. Canterus Nov. Lect. L. 5. cap. 3. Brodaeus et Obsopoeus, satis apertis verbis vocis σήσεις hic significationem explicuerunt, quod multo verecundius fecit in versione Grotius; vulgata lectio inde defendi posset, quod verbum σύειν apud Anth. Gr. Auctores plane sit incognitum, et huic loco nimis alte videtur petitum. Quemadmodum vero apud Latinos *Stare* de membris viridantibus dicitur, ut apud Lucilium ex Sat. L. 29. p. 78. Ed. Dousae.

Hic corpus solidum invenies, hic stare papillas
Pectore marmoreo.

Et apud Nonium Ed. Merceri, p. 391. STARE, est, *erigi*, *prominere*. sic etiam ad Graecum σήσεις potest transferri. Quamvis negare non possim, illud quod sequitur ὀρχιπέδη etiam non satis decore ab Aristophane usurpari.

v. 5. Grotii versio, *Bruma senectutis veniet cito*, probare videtur emendationem Bentleji ad Horat. L. 4. Od. 10. v. 2. quem locum Mitscherlichium non attigisse, miror.

Ep. 34. Hoc, ut bene animadvertit Obſopoeus, per omnia respondet Ep. 30. h. t.

v. 5. ἀλλά μοι, Ed. Princ. et aliae. Steph. ἀλλὰ σύ μοι, ut etiam in nostrâ legendum, ubi pro μοι errore typographi legitur ποι. Br. dedit ἀλλ' ἄγε μοι, quod non in aliis, et pro ἔντυνε, ἔντυε quod in Edd. priscis, praeter unam Ascenſii, et Brodaeus et Steph. in notis probarunt.

Ep. 35. respicit poëta ad ea Homeri Odyſſ. Φ. v. 295. Οἶνος καὶ Κένταυρον. Vid. Brodaei et Obſopoei notas.

Ep. 36. Br. Καλλίκτηρος, Salm. Καλλικτῆρος Μαντικίου, unde male in M. ss. Grotii Calliateris Mantiſii, melius Callicteris Mantiſii, ut est apud Br. Lect. et Em. p. 197. Conf. notas ad T. 22. ep. 18. h. l. Eleganter hoc latine reddidit Hadr. Marius, Poem. p. 96. de κεραοφόροις, de quibus hic agit Jacobſius, ſatis dictum ad Tit. 10. Ep. 8. h. l.

Ep. 37. Legitur inter ea Luciani. T. 3. p. 683.

v. 1. Ed. Princ. pro ὑμᾶς, ἡμᾶς; merito Jacobſius, qui conſulendus, huc refert Martialis Ep. 36. L. 9.

Tolle tuas artes: hodie coenabis apud me,
Hac lege, ut narres nil, Philomuſe, novi.

P. Burm. Sec. ad ſuum Ex. bene reprehendit Obſopoeum, cum in verſione ſuâ primam in *literata*, quae longa est, corripuisset; meliorem verſum fecit legendo.

Nec turbent nostras jurgia docta dapes.

Sed elegans inprimis est Reitzii verſio.

Si cupitis coenae leges cognoscere nostrae,
Vos hodie invito legibus, Aule, novis.
Non recubans lecto cantabit carmina vates,
Grammaticis nugis nemo molestus erit.

Apud quem tamen in verſione Grotianâ male legitur *movebit*, quod ſenſum turbat pro *movebis*.

Ep. 38. Meum non est, aliorum ſcrinia compilare, inprimis ea Jacobſii, de Anth. Graecâ tam praeclare meriti, ut ſi quis hujus Florilegii dotes cognoscere velit, eum, ut ſemper, ſic hoc in loco conſulat.

v. 1. Ἤν; Ed. Princ. Junt. Ald. Prima. Baſ. 1549. ὦν. Ald. Sec. ἦν, quod propagatum in aliis.

v. 3. Br. errore typographi πρότῳ.

v. 4. εἰς ὥρας, *in annum*. Vid. Tit. 1. ep. 8. et Tit. 8. ep. 1. Br. ex Salm. Ἱπποκρατιππιάδης.

Ep.

Ep. 39. v. 3. Br. μία πάσι, sed vulgatam lectionem sequitur Toupius ad Suidam. Tom. 1. p. 93. apud Horatium describitur illud iter, ut *unda omnibus enaviganda*. L. 2. c. 14. v. 9.—11.

v. 4. ἐπιψόμεθα, quemadmodum *videre* apud Latinos, sic ἴψεσθαι, et ἐπόψεσθαι apud Graecos de iis dicuntur, qui infernas sedes adituri sunt, Horat. L. 2. Carm. 13. v. 22.

Quam paene furvae regna Proserpinae;
Et judicantem vidimus Aeacum.

Conf. Il. O. v. 252. et P. Burmanni Secundi notas ad Propert. L. 2. El. 20. v. 72.

v. 5. Lege ex Cod. Vat. καὶ δὴ γὰρ, ἐτήτυμον, non dissimile illud Terentii, Eun. Act. 4. Sc. 5.

Verbum hercle hoc verum est.

ubi etiam de Bacchi virtute memoratur proverbium.

Εἰς ὁδὸν ἵππος οἶνος, Vid. quae notavimus ad L. 1. Tit. 59. ep. 7.

Ep. 40. v. 3. ἕλκε γεγηθὼς, sic L. 7. ep. 144. καὶ τὸν ἄκρατον ἕλκομεν, de iis, qui meracius bibunt.

v. 4. ἀγκὰς est adverbium, ut apud Hom. Il. Ε. v. 371. ubi Vid. Ern. notas, et Il. Ξ. v. 346. conf. L. 7. ep. 54.

Ep. 41. Hoc carmen explicat Jos. Scaliger Auson. Lect. L. 2. cap. 25. Adde V. D. notas ad Petronium, c. 34. p. 195.

v. 1. ἀρτολάγυνος; Huetii hic legendae notae. Apposite vero huc referuntur Cratetis Comici verba ad Demetrium Phalereum, apud Athenaeum L. 10. p. 422. σὺν τῇ πήρᾳ τῶν ἄρτων. καὶ λάγυνον πέμψαντα οἴνου, εἴθε γὰρ ἔφη τὰς κρήνας καὶ ἄρτους ἦν φέρειν, Recte Grotius, *cum pane lagena*, ut est in M. S S. non autem, *pace*, quod male hic editum.

v. 5. γλύμμα, *cavum quoddam*, *seu opus cavatum* Vid. de hac voce quae nuperrime commentatus est doctissimus Fr. Creuzerus in Dionyso, p. 28.

v. 6. Br. γινομέθ', quod non in aliis.

Ep. 42. Unice, ut recte dixit Jacobsius, huc facit Martialis L. 12. Ep. 75.

Hoc quoque non nihil est, quod propinabis in istis,
Frangendus fuerit si tibi, Flacce, calix.

Ubi Vid. V. D. notas. Addatur tamen Plinius L. 28. cap. 2. *Huc pertinet ovorum, ut exorbuerit quisque, calices cochlearumque protinus frangi.*

Ep. 43. Integrum, cujus auctor Philodemus, exstat apud D'Orvillium ad Charitonem p. 529. quod etiam Ruhnk. notavit. Conf. Ejusdem Philodemi carmen. L. 7. ep. 100. Ultimos dicti Epigr. versus, ut ibi apud D'Orvillium leguntur.

Αὐ-

Αὐτὴν ἀλλὰ τάχιστα κορωνίδα γράψατε, Μοῦσαι,
Ταύτην, ἡμετέρης δεσποτίδες μανίης.

quod quoniam a Grotio non factum, hoc modo latine verterem.

Huic subito Musae finem imponatis amori,
Pectoris hanc rabiem tollite vos dominae.

v. 4. συνετῆς ἄγγελοι ἡλικίης. conf. Ep. 10. v. 6. h. t. et L. 7. Ep. 95. apud Br. Tom. 2. p. 86. et in Gruteri Exemplo eodem modo legitur, nisi versus octavus apud Gruterum pro ἡμετέρης, ἡμετέρην habet, et μανίην.

v. 6. pro πῦρ ἀπλήστῳ, πῦρ ἀσβέστῳ reponendum putat Slothouwerus in Tirocin. Crit. quod non necesse. Haec in Ed. Princ. Junt. et Bas. 1549, non inveniuntur. Primus ea mutilata protulit in Emend. Aldus. Hinc in Ald. Sec. Tert. Veneta et aliis.

v. 5. pro μέλονται, μέλλονται, at Ascens. μέλωνται. et v. 6. ἀπλείστῳ, male pro ἀπλήστῳ, in versione v. 4. Lege *Xanthippe.*

Ep. 45. De hoc consule Andr. Rivini notas ad Pervigilium Veneris p. 48. qui pro βαπτίζεται, dedit βαπτίσεται. N. Rigaltium ad Artemidori Oneirocrit. p. 59. et Mitscherlichium ad Horat. L. 3. Carm. XXI. v. 1 — 4.

v. 5. εἰ δὲ πολὺς πνεύσειεν, *si vehementius spiraverit*, i. e. si te vehementius inflammaverit, si totus in eo fueris, ut apud Horat. l. 4. c. 13. v. 19. *spirabat amores*, et apud Anacreontem in Fragm. v. 1071. Κύπριν ὅλην πνέουσαν. Sic etiam *spirare magnum*, μέγα πνεῖν, φρονεῖν, apud Propert. L. 2. El. 12. v. 53. ubi Vid. Burmanni notas. Conf. G. Canteri N. L. Lib. 2. cap. 13.

v. 6. Br. Βαπτίζει — et τῷ θανάτου. ut est apud Salmasium. βαπτίζεσθαι dicuntur ii, qui vino madidi sunt, Vid. Wetstenii notas ad Evang. Matth. c. 20. v. 23.

Tit. 48. Ep. 1. Vid. de hoc notata ad L. 1. Tit. 12. Ep. 2. v. 1. Br. σοφώτερος, ut apud Salm. et Ex. Ruhnk. ex Grut. neque aliter in Ed. Princ. Junt. Bas. et Ald. 1. Sed Ald. 2. 3. et Veneta male σοφώτατος, cum Ascens. σοφώτατος. De noto proverbio μηδὲν ἄγαν, vid. etiam a Jacobsio citatum Clementis Alex. locum, L. 1. p. 351. v. 20.

v. 2. De Gesnio Vid. L. 3. Tit. 6. Ep. 32. et 33. et ibi Obsopaei notas. In Salmasianis vocatur ἰατροσοφιστής. conf. Suidae Lexicon.

v. 3. Optime idem Jacobsius. *More suo Palladas Syllabas aucupans ludit in* λόγιος *et* ἀλογώτατον, *quorum illud eruditum significat.* In iis, quos citat auctores, est etiam doctissimus Wetstenius, cui hic locus innotuit; sic λόγιος, vir *sapiens* et inprimis *eloquens* L. 1. T. 80. Ep. 18.

et

et L. 4. Tit. 31. Ep. 9. conf. Lucian. pro Mercede Cond. Tom. 1. p. 709. καὶ τῷ λογίῳ θύσομεν. de Mercurio.

v. 5. 6. Vid. Ez. Spanhem. de Usu et Pr. N. Tom. 1. p. 275. et Mitscherlich. ad ea Horatii L. 4. Od. 11. v. 26. —

exemplum grave praebet ales
Pegasus, terrenam equitem gravatus
Bellerophontem.

Classicus locus est de Bellerophonte apud Lucianum, seu quicunque fuerit, de Astrologiâ scriptorem. Tom. 2. p. 366. a Jacobsio, ut ad explicationem hujus loci aptissimus, non neglectus, et apud Schol. Pindari Olymp. XIII. p. 152. Ed. Sudorii. Caeterum Bellerophontis historiam fuse explicat Schol. Homeri ad Il. Z. v. 155. nec non Erasmus in Adag. p. 608.

v. 8. χέσειν non immerito Obsopoeus poëtam pro more ad nomen Gesii alludere hic existimat. εὔτονον ἤτορ. εὔτονος *firmis nervis praeditus*, ut apud Lucian. Tom. 2. p. 578. εὔτονος παλαιστής. opponuntur εὔτονος et ἄτονος, Vid. Eruditissimi Valckenaerii notas ad Eurip. Hippol. v. 117. p. 179.

Ep. 2. Vid. Erasmi Adagia p. 1138. et ibi doctissimi H. Stephani notas, qui, quare scripsisset, *in vulgatis editionibus pro* ζητήσῃ *male* ζοτήσει *positum*, non intelligo; hanc enim importunam lectionem in nullis priscis editionibus, quae ad manus sunt, inveni. Sed ut puto, est error typographi, cum ex Stephani sententiâ scribendum esset, ζητήσῃ. ut apud Pindarum Olymp. v. v. 56. μὴ ματεύσῃ Θεὸς γένεσθαι.

v. 2. ἀρχὴν μεγάλην, et v. 4. μηκετ' ἀν, ad Ex. Ruhnk. ex Sylb. ut in Cod. Vat.

v. 3. κατηνέχθη. conf. Lucian. Astrol. p. 367.

v. 4. Br. μηκετ' ἀνασχόμενος, ex Salmasii notis. ἀνέχεσθαι, proprie de Fortunâ L. 1. Tit. 12. e. 7. Huic Ep. in vulgatis editionibus duo versus adjecti sunt, qui jam leguntur L. 1. T. 13. Ep. 11. et hic additi sunt Ep. 4. propter sententiae veritatem, ut arbitror, plus semel editi. quoniam Grotius utroque in loco aliâ versione usus sit, hos negligi nolebam.

Ep. 3. v. 2. ad Ex. Ruhnk. ex Sylb. χωλεύων τὰ. Jacobs. Vat. Cod. χωλευωντὰ.

v. 4. καινοτάφῳ, Legendum cum Salm. κενοτάφῳ. Vid. Suid. Tom. 2. p. 295. et inprimis V. D. ad Hesych. Tom. 2. 109. v. κενοτάφια. κενὸν σῆμα, seu σᾶμα dicitur, L. 3. Tit. 22. Ep. 9. *Monumentum vacuum*

cum cadavere. Vid. van Goens de Cepotaph. p. 25. et Biellii Lexicon vol. 4. p. 188. Quare hos versus paullo aliter verterem.

Unde quod es nudus, Gessi? quod inane sepulchrum?
Cur tibi defuncto non datur ullus honos?

Ep. 4. v. 3. 4. Ep. 2. αὐτοχόλωτον, non *iracundum*, sed potius eum significat, *qui sua sponte bilem concipit, vel sibi ipsi iratum.* Ut hoc verbum explicuit Steph. in Thes. Tom. 4. p. 585. apud Jacobsium αὐτοχόλωτοι sunt homines *sibi ipsi infesti, qui sua stultitia in omnia mala se praecipitant.*

Ep. 5. De Ammone et Ammoniis Vid. Serv. ad Virgil. L. 4. v. 196. et Tib. Hemsterh. ad Lucian. D. M. XIII. p. 391.

v. 4. Br. Salmasium secutus ἀλόγους. sed apud Sylb. ἄλογος. Caeterum de Gessio. Vid. L. 3. Tit. 6. Ep. 32. Ep. 33. et L. 4. T. 31. Ep. 5.

Tit. 49. v. 1. δυσχερὴς, Optime Cl. Valcken. ad Eurip. Phoen. p. 138. et 139. Faciles et commodi Graecis εὐχερεῖς dicuntur; difficiles et mofosi, quique manu veluti tractantibus reluctantur δυσχερεῖς.

Ep. 2. v. 1. Aldinae et Ven. τιθῇ μετὰ μικρῶν.

Ep. 5. v. 1. Br. τί με μισεῖς. recte; et sic in omnibus Edd. priscis; cum male in Wechelianâ illud τί omittitur.

Ep. 6. v. 2. Br. pro καλῶς, κακῶς, et sic Edd. Principes, praeter Ald. Sec. Ascens. et Steph. quae habent καλῶς. at κακῶς εἰπεῖν, *hoc juvat et melli est*, bene ab Horatio desumsit Jacobsius.

Ep. 7. v. 1. κέλλιον, hanc vocem illustrat Du Cange in Glossario.

v. 5. ψύττα δ' ἐγὼ κατέτεινα. Lucian. Lexiph. T. 2. p. 325. ψύτταν κατατείνας, et Epist. Saturn. T. 3. p. 415. καὶ ὄρνις ψύτταν κατατείνασαι. Sed Vid. Hesych. ubi Heinsius hujus Epigr. non immemor fuit. Derivata vox a sono, quo ad propositum accelerandum iter incitamur.

v. 6. Br. ex Salm. notis πτιθανᾶν.

v. 8. Διὸς ἱκεσίου; *qui supplices audit*, ut apud Apollon. Rhod. Argon. L. 2. v. 215. et 1135. et sic ἱκέσιος, dicitur Jupiter Supplicum Praeses, apud Lucian. Pisc. Tom. 1. p. 572. Vid. inprimis Schol. ad Eurip. Hec. v. 345.

v. 5. Lege φοβεύμενος.

Tit. 50. Ep. 1. Vid. ad Grotii Proleg. p. 132. in citato Stobaei loco nonnihil diversa versio. v. 1. ad Ex. Ruhnk. ex Grut. γλίχων. Ad Ex. Burmanni majoris. *Vid. Salmas. de Cruce p.* 324. ubi recte explicatur; *Crito non pulegii odorem trahit naribus in oppressione ventriculi et deliquio, sed nummi duos aereos valentis.* Miror vero eum Salmasii libel-

lum

lum de Cruce non inveniri inter Salmasi opera, ab ejus vitae scriptore commemorata. Legitur post Th. Bartholini dissertationem *de latere Christi aperto.* Praeterea illud ἀποσφραίνει luculenter admodum illustratur Luciani verbis in Timone, Tom. 1. p. 158. πανταχόθεν σωβούσι κεκονιμένοι, καὶ πνευστιῶντες, οὐκ οἶδα ὅθεν ἀποφραινόμενοι τοῦ χρυσίου. ubi Vid. Cl. Hemsterhusii notas, qui, si ejus memor fuisset, hunc locum non omisisset.

Ep. 2. Est apud Stobaeum eadem versione p. 73. Sed Vid. Grot. ad Evang. Lucae. c. 12. v. 20. Ubi sequens Ep. 12. huic adjectum.

v. 3. 4. Nonnihil haec illustrantur duobus Plutarchi locis. *De Amore prolis* Ed. Steph. T. 2. p. 882. et Ed. Rualdi. p. 497. Οὐ γάρ ἐστιν εὑρεῖν οὐδ' ἐπιτυχεῖν τοῦ τ' ἀλλότρια βουλομένου λαμβάνειν? et *de cupiditate Divitiarum*, Steph. T. 2. p. 933. et Rualdi p. 526. Ἀλλὰ νὴ Δία, φήσει τις ὅτι, παῖδες οὗτοι καὶ κληρονόμοις φυλάττουσι καὶ θησαυρίζουσιν, οἷς ζῶντες οὐδὲν μεταδιδάσιν· Conf. Horatii versus L. 4. c. 7. v. 19. 20. ad Ep. 21. v. 6. Tit. 47. citatos.

Alia huic loco convenientia ex Horatio dedit praecepta Jacobsius.

Ep. 3. v. 1. Ald. Tert. ψηφίζοις.

v. 2. Br. ἐπερχόμενος, et Ruhnk. ex Grut. neque aliter Salm. Ut referatur ad χρόνος. supra T. 49. e. 7. μηνὸς ἐπερχομένου. at ἐπέρχεσθαι proprie de senectute; ut L. 1. T. 16. ep. 3. et apud Theognidem v. 1128. γῆρας ἐπερχόμενον.

v. 4. Br. γνούς ποτ' ἐρωμένου, ex Salm. et Grut. ut supra, quod Grotius probasse videtur, vertit enim.

Non te pulchra puella juvat.

Hoc vero animadvertendum, quod Grotius in Stobaei Florilegio p. 72. hos versus eo modo vertat, quo leguntur in vulgatis.

Non te carmina laeta juvant.

Unde concludi potest Anthologiae Graecae versionem post eam Stobaei esse factam, et ultimum esse viri praestantissimi opus poëticum, in quo edendo quantopere elaboraverit, jam vidimus.

v. 6. Br. ὀβολὸν, ut apud Salm. et Ruhnk. ex Grut. Vid. de uno obolo, qui mortuorum ori immittebatur, Tib. Hemsterhusium ad Luciani Dial. M. XXI. p. 422. conf. D. Mort. 1. p. 333. et Cont. p. 516. nec non ep. 7. h. t. et L. 3. T. 32. ep. 15. et 16.

Ep. 4. Lege Πωλλιανοῦ. exstat apud Stobaeum p. 71. ubi eadem versio.

Ep. 5. Nicandro tribuitur in Ed. Princ. Junt. Aldenf. et Bas. sed in

Aldinis et aliis Nicarcho. Legitur etiam apud Stob. p. 73. ubi in primis versibus latinis alia lectio.

v. 3. δυσωνεῖν de hac voce egit Casaubonus ad Athen. p. 402. ut bene observavit Jacobsius. εὔωνος *parva pretio parabilis*, alteri oppotnitur. Vid. de h. v. et verbo ἐπευωνίζειν egregie disserentem Hemsterhusium ad Luciani Nigrin. Tom. 1. p. 62.

v. 4. ἴσος ex Grut. Ruhnk. et v. 5. ὃς κ' ἀπι. At Br. ὃς κ' ἀποθνήσκων, recte; seu ὃς γ' ἀποθνήσκων, quod in omnibus Edd. priscis. ut etiam.

v. 6. ἔθανεν pro quo Br. ἔθανε.

Ep. 6. Hoc etiam in Edd. priscis inscribitur Nicarcho. conf. Stob. p. 75. ubi incerti est auctoris, et primorum versuum quoque alia interpretatio.

v. 3. Br. ταύτην; Ruhnk. ex Sylb. τοῦτ'.

Ep. 7. apud Stob. p. 75. *Furius aegrotans* — quod optime postea immutavit Grotius *Hermocratis* nomine retinendo.

v. 4. Br. pro μισθοῦ, μισθὸν, quod non in aliis.

v. 6. λυσιτελῇ. adscriptum Stephani Editioni, et Ruhnk. Exempl. ex Cod. Vat. ἐξεστάθη verbi vim optime explicuit Toupius ad Longinum, p. 227. non omisso Persii loco. Sat. 3. v. 105. quem ad suum Ex. etiam noteverat P. Burm. Senior. Recte huic loco accommodantur Horatii versus Serm. L. 2. S. 3. v. 142. et sqq.

v. 7. Vid. quae notavimus ad Ep. 3. h. T.

v. 8. In Ald. Sec. primum occurrit, ubi ἀστοσίου, ut in Bas. at recte Brod. et Obsop. dederunt ἀσπάσιος, quod in Ald. Tert. Ascens. et Venetâ.

Ep. 8. ὁ κυπτὸς, Ruhnk. ita p. S. i. e. Salm. neque aliter Edd. reliquae omnes praeter Ald. Sec et Venet. quae habent, κυπτὸς. male. Suidas Tom. 2. p. 335. derivat a voce κύψ, unde Genitivus τοῦ κυπτοῦς, transiit in nominativum et significat eum, *qui parce et tenuiter vivit*. Sed Vid. de voce κυπτὸς, seu κυφὸς ὁ μικρολόγος, doctissimi Hemsterhusii notas ad Aristoph. Plut. p. 190. et 191. Leguntur hi versus etiam apud Stobaeum, p. 74. et 75. ubi pro *Aulo*, *Curio*, quod postea Grotius immutavit, et nomen *Auli* revocavit; quod nostram conjecturam de tempore, quo haec versio facta sit, mirifice confirmat.

Ep. 9. Inter ea Philippi est apud Br. T. 2. p. 221. Apud Stobaeum inter ea Palladae fecundum Grotium. p. 71.

v. 1. ἐκδεδάνηκας ub ἐκδανίω, scribendum putat Salm. de Usuris p. 16. in Juntinâ typographi errore, ἐκδεδαλείκας.

Ep. 10. apud Stob. Grotii. p. 71. ubi male κακίσης pro ταχίσης.

v. 2. γλύφων τόκκος, *de foeneratore qui pecuniam in tabulas refert.* Vid. Bergleri notas ad Alciphron. p. 102. quod et Jacobsius notavit. Egregia vero sunt, quae dedit Hemsterhusius ad Luciani Necyom. p. 472.

v. 3. Ad Ex. Ruhnk. ex Salm. pro ῥοπῆς, εὐρώπης; sed corrupte, ut Salmasius ipse agnovit. ῥοπῆς, recte de parvo temporis intervallo, ut Tit. 47. ep. 21. h. l. Adde Eurip. Hippol. v. 1163.

Δέδορκε μέντοι φῶς ἐπὶ σμικρᾶς ῥοπῆς.

v. 4. ἐν δακτύλοισι τοὺς τόκους σφίγγων ἔτι. De veterum per digitos computandi ratione dictum ad Tit. 9. Ep. 5. h. l. p. 406. Quibus adde illos, quos Jacobsius hic citat, auctores.

Ep. 11. v. 3. pro ἑταίρη, apud Salm. et Jacobs. ἐρήμη, ad Ex. Ruhnk. γρ. εἰρήνη. quod vereor ut metrum pati possit; apud Sylb. manifestâ manu γρ. ἐρήνη.

Ep. 12. Conf. notas ad L. 1. Tit. 66. Ep. 3. Lamb. ad Horat. L. 2. S. 3. p. 157. Abram. ad Orat. Cicer. in Pisonem. cap. XI. et P. Burm. ad Anth. Lat. vol. 2. p. 679. Exstat apud Stobaeum p. 71.

Ep. 13. Apud Eund. p. 73. in Ed. Princ. Junt. et Ald. primâ θαρσύραχε quam lectionem Br. adoptavit.

v. 3. τοκίσας τόκον, Vid. omnino eruditissimi Ezech. Spanhemii notas ad Aristophanis Nubes, v. 1155. p. 293. ὑδροποτίσας in Edd. priscis, praeter Ascens. ubi ὑδροποτήσας, quod Steph. suscepit, unde in aliis. Ad Ex. Ruhnk. ita γρ. et Steph. in aliis τί.

Ep. 14. Vid. Huetii notas et Jo. Toupii Epist. de Syracusiis. p. 342. Stob. p. 75. ubi v. 4. non tam elegans, quam hic, versio.

Ep. 15. Φειδωλός; Hemsterh. ad Schol. Aristoph. Plut. v. 244. e Suid. ὁ περίψηφος, *in calculis sollicitè ponendis occupatus.* In explicando carmine Brunckius et Jacobsius elaborarunt, cum Obsopoei sententiam dicentis, *plana sunt omnia*, improbant, at pace eorum doctissimorum virorum, hic nullas, quas memorant, asperas offendo salebras. Simplex sensus, ni fallor ejusmodi est. *Avarus se manibus tenuisse et contractasse thesaurum somniaverat, quâ re ita erat laetatus, ut, cum Chaerea Terentiano, se interfici pateretur, ne hoc gaudium contaminet vita aegritudine aliquâ. Postquam vero somno solutus hujus rei vanitatem intellexerat, sapientior factus et nihil haec amplius curans, more, bonis solito, dormitum ivit.* Quae omnia Grotii versio planissime continet.

v. 2. Br. pro ἀποθνήσκειν, ἀποθράσκειν, qui Grotio hic nihil suboluisse miratur; non ego, cui Jacobsii explicatio etiam non placet. Simplicissima nobis nostra videtur interpretatio.

v. 4. Br. ἀντεκάθευδε. et sic apud Stobaeum Serm. x. p. 128. et Grotium, p. 73.

Ep. 16. Br. tribuit Palladae, ut est in Ed. Princ. et omnibus ante eam Ascensii, quae primum dedit τοῦ αὐτοῦ. quare illud in Stephaniana non est operarum error, ut Brunckius putabat, Tom. 3. p. 221. Sed derivatum ex eâ Ascensii, triginta et quinque annis ante eam Stephani editâ. Palladae quoque tribuit Grotius in Stob. p. 74. ubi legitur *nisi nos Cinna vocarit*, melius hic; *vocat nisi cum Salaminus*; quod rursum probat ad Ep. 8. a nobis notata.

Ep. 17. Adr. Behotius in Apophor. L. 3. c. 10. haec inter ea refert, quae Latini auctores e Graecis expresserunt, et ad hoc confirmandum affert Plauti locum ex Pseudolo, Act. 3. Sc. 2. sane plane immemor, Plautum centenis aliquot annis ante hunc Abbianum seu Ammianum vixisse.

v. 3. Br. τῆλις, recte. omnes. Edd. τῆλυς, τῆλις enim, Suida teste, est εἶδος ὄσπρίου, *genus leguminis*. de quo Vid. Salm. Exercit. Plin. p. 331.

v. 6. δειπνήσας, in omnibus Edd. vetustis; etiam apud Grotium in Stob. p. 75. ubi in versione v. 6. bene legitur.

Sollicitus foenum ne daret esse mihi.

esse pro *edere*, neque aliter erat in M.SS. quare pro *ille*, lege *esse*.

Ep. 18. apud Grot. in Stob. p. 73. ubi eadem simplicissima et verissima versio.

Ep 19. De Avaritiâ Anastastasii, in quâ commemorandâ multus est Suidas, prudentius judicarunt serioris aetatis scriptores, ut Petavius Rat. Temp. part. 2. p. 79. et de Chaufepie in suo Dictionario, et Gibbon the Decline and Fall. of the Rom. Emp. vol. 4. p. 79. Laudatur Anastasius non semel in hac Epigr. Collectione. inprimis L. 4. T. 23. ep. 8. et L. 5. T. 1. ep. 71. De quo agitur Ep. citat Fr. Junius. de Pict. Vet. p. 292. part. 1.

v. 4. Br. πάντα, quod in nullis aliis.

Ep. 20. Quamvis Cicero, L. 3. de Oratore c. 41. potius dixisset *voraginem*, *quam Charybdim bonorum*, *quoniam facilius ad ea*, *quae visa*, *quam ad illa*, *quae audita sunt*, *mentis oculi feruntur*. Scyllam tamen et Charybdim etiam figurate ad homines posse transferri, docet

nos

nos Horatius de puellâ, quam suus amicus deperibat, L. 1. c. 27. v. 18.

Ah miser,
Quanta laboras in Charibdi!

ubi Vid. Mitscherlichii annotationes. Alciphron L. 1. Ep. 6. p. 24. de Galene meretrice avarâ. ἡ δὲ εἰσδέχεται, καὶ ἀναλοῖ Χαρύβδεως δίκην, ubi Vid. St. Bergleri notas. Qui locus non effugit Jacobsii industriam.

Ep. 21. De longaevâ cervorum et cornicum aetate Vid. ad L. 1. T. 81. Ep. 3. citat hoc Grotius ad Ecclesiast. c. XI. p. 631. et ad Evang. Lucae cap. XII. v. 20. p. 407. ubi in Latinâ versione v. ultimo pro *tuis*, *tibi*, ut erat in M. S S. et apud Stobaeum. p. 71. optime Jacobsius his nos in memoriam revocat Davisii notas ad Ciceronis Tuscul. Disput. L. 3. c. 28. et eas Ruhnkenii in Epist. Crit. 1. p. 112. et sqq.

v. 5. Br. καὶ σὺ γὰρ, pro Μὴ σὺ μὲν, quod cum Jacobsio non necesse arbitror.

v. 6. χρήσωνται, Et sic quod in omnibus Edd. priscis, legendum. Br. ex Salm. notis pro ἀνίδων, ἀπόνως, sed ἀνίδων eo sensu hic occurrit, ut L. 6. T. 5. ep. 4. et significat *libere*, *remisse*, Videatur Suidas at inprimis a Kustero ibi laudatae Cl. Perizonii ad Aeliani V. H. notae consulendae sunt. L. 1. c. 4. et L. 9. c. 8.

Ep. 22. apud Grotium in Stobaeis. p. 73.

Ep. 23. Hoc in Ed. Princ. Junt. et Ald. primâ cum sqq. ad finem h. T. conjunguntur, in aliis alio modo disjunguntur. Grotius Ep. 23. et 24. ut est in vulgatis, consociavit. quem secuti sumus. Eodem modo legitur apud Grotium in Stob. p. 77. ubi v. ultimo pro λιμοῦ male editum λοιμοῦ. conf. Ed. Conr. Gesneri p. 216. et eam Aur. Allobr. p. 129. Recte quidem Jacobsius ad explicationem hujus Epigr. affert illud ex Martialis L. 4. Ep. 77. Sed sciendum hoc Martiali, utpote ab H. Junio hic insertum, abjudicari, quod patet ex V. D. notis, neque in meis Edd. priscis duabus Aldinis, 1501. 1517. et Colinaeis, 1538. et 1544. invenitur. Praeclara vero sunt quae memorat ex Stephani Lex. Tom. 1. p. 533. et Schediasm. L. 6. in Gruteri Thes. Crit. vol. 5. p. 246. Supplem. Conf. tamen quae habet Hadr. Junius in Proverbio *argenteâ fame convivari*. v. Fames. Ed. Wechel. p. 235. Vid. porro Ep. sequens.

v. 4. χορτασίη, ut χορτάζεσθαι, Tit. 31. ep. 8. h. l. et ad Ex. Ruhnk. ἔστρακίνων πινάκων; γρ. ὀστρακίνη πινάκων. ex Grut. aut Sylburgio.

Ep.

Ep. 24. v. 2. βρωτήν, Ed. Princ. Ald. prima. Junt. Ascens. et Bas. sed Ald. 2. 3. et Veneta male βροτήν. cum legendum sit βρωτύν, quam formam Jonicam in ὺς, ut recte animadvertit Jacobsius, multis exemplis illustrarunt Ruhnk. Ep. Crit. p. 132. et Valcken. ad Herodot. p. 42. ad Cod. Leid. manu Scaligeri vel βρωτὺν.

v. 3. Br. οὐ τρώγομεν, ἣν παραβάλλεις.

v. 4. pro Κρητίζων, Ad Cod Leid. ἀκοντίζων. Huëtius conjecit φορτίζων; sed vulgatam lectionem non sollicitandam arbitror, saepius populorum mores in proverbium abierunt. Sic apud Erasmum in Adagiis p. 81. πρὸς Κρῆτα κρητίζειν. Conf. Suid. v. κρητίζειν.

v. 5. Vid. non Salmasii, ut erat ad Ex. Ruhnk. Sed Casauboni notas ad Hist. Aug. Scriptores, Tom. 1. p. 850. qui, probantibus Bruhckio et Jacobsio, pro ἀργαλέην legi vult ἀργυρέην, sed poëta jam dixerat ἀργυρεὴν ὕλην, significans eas pretiosas lances, cibo carentes, quarum ostentatio fame laborantibus erat difficilis et molesta.

v. 6. Br. θαυμάζου, Ed. Princ. Junt. Ascens. et Bas. θαυμάσῃ, Aldinae cum Venetâ θαυμάσσῃ, θαυμάζῃ Salm. recte, ni fallor. κοῦφον ἄσημον ἔχων. sed forte legendum πλοῦτον ἄσημον ἔχων. ἄσημος opponitur ἐπίσημος, sic apud Thucydidem l. 6. c. 8. memorantur τάλαντα ἀσήμου ἀργυρίου, ubi Vid. Hudf. et παράσημον ἀργύριον, Vid. Valcken. ad Eurip. Hippol. v. 1115. in notis p. 284. illud Grotii *massae rudis* huic emendationi favere videtur, Conf. Kuhnii notas ad Pollucem L. 3. cap. x.

Ep. 25. Est apud Grotium in Stob. p. 73. Luciano tribuit Salm. in notis p. 46. unde inter ea legitur apud Reitz. T. 3. p. 690.

v. 1. Br. ψηφίζων, quod ex Cod. Vat. derivatum. ψηφίζειν, *computare*, Toupius in Suidam vol. IV. p. 201. ubi hoc Epigr. memorat.

Tit. 51. Ep. 1. Est apud Grot. in Stob. p. 153. tangit hoc Rigaltius ad Artemidorum p. 65. ad Ex. Burm. Senioris Suet. Galb. IX. ubi Casaubonus ad hoc provocat.

Tit. 52. Ep. 1. Vid. Observ. Misc. vol. 4. p. 446. et de voce ἀνυπόδητος Kuster. ad Aristoph. Nubes v. 103. p. 52. qui hujus Epigr. non immemor fuit, Conf. Jacobsium. Ad Ex. Burm. Senioris. v. 3. 4. Martialis VII. 19.

Ep. 2. Vid. de hoc Salm. ad Tertullianum de pallio. p. 411. quod etiam notatum ad Ex. Ruhnkenii.

v. 1. In Ed. Princ. πᾶς ὃς ἂν' εἶ πτωχὸς καὶ ἀγάμματος, vitiosa lectio, pro ἀγράμματος.

v. 5. 6. θεὶς τὸ χιτωνάριον, Horum verborum sententiam recte explicue-

cuerunt, Salm. ad Trebell. Pollion. cap. XIV. 394. Kusterus cit. l. et Gatakerus ad Marc. Antonin. p. 117.

Ep. 3. v. 1. Frustra Obsopoeus in voce ἀδάμας, tanquam nomine proprio, lusum quaerit; nihil frequentius quam homines, qui nullum humanitatis sensum habere videntur, cum ferro et adamante comparare, ut eleganter admodum ad h. l. demonstravit Jacobsius. Plutarchus de capiendâ ex inimicis utilitate. Ed. Ruaidi p. 91. et Wyttenbachi vol. 1. p. 242. Κεῖνος ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδάρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν. apud Athenaeum L. 13. p. 601. his additur ψυχρῷ φλογί, Conf. Wyttenb. ad Plutarch. de S. N. V. p. 69. et Schneiderum ad Pindari Fragm. p. 14. 15. hinc illa elegantissima Ovidii Heroid. Ep. 2. v. 137. quae repetere juvat.

Duritie ferrum ut superes, adamantaque, teque;

Et de Ponto L. 4. Ep. 12. v. 31. 32.

Quae nisi te moveant, duro tibi pectora ferro
Esse, vel invicto clausa adamante putem.

Nonnihil ad hoc pertinent, quae scripsimus ad L. 1. T. 19. ep. 4. p. 240. Ammiano, ut in vulgatis, dedit Eldikius Suspic. p. 45.

v. 2. βιγομάχας, in Ed. Princ. Junt. et Ald. tertiâ βιγομάλας, quod Ald. prima recte emendavit, unde in reliquis. βιγομάχαι, Xenophon Inst. Cyri L. 6. c. 10. Ed. Hutchinsoni p. 412. τίς οὖν οὕτως ἀγαθὸς, ἢ τίς οὕτως ἰσχυρὸς, ὃς λιμῷ καὶ βίγει δύνασθαι ἐν μαχόμενος στατεύεσθαι. et hoc se posse vanâ ostentatione jactabant Cynici. conf. Gatakerum ad Antonin. L. 1 p. 7.

v. 4. κακοσομάχων, Vid. Huëtii et Jacobsii notas. ad Cod. Leid. κακοσομάτων. quod improbat Huëtius.

Ep. 4. Br. cum Salm. Ammiano dedit. Hoc legenti mihi succurrebat Juliani Imperatoris imago, qualem ipse depinxit Misopog. p. 338. αὐτὸς προσέθεικα τὸν βαλὺν τουτονὶ πάγωνα — ταῦτά τοι διαθεόντων ἀνέχομαι τῶν φθειρῶν, ὥσπερ ἐν λόχμῃ τῶν θηρίων, qui locus Jacobsii diligentiam etiam non fugit. Adde Gibbon The Decline and Fall of the Rom. Emp. vol. 2. c. XXII. p. 343.

Ep. 5. v. 3. μάλιον, Vid. Du Cange Glossarium p. 858. et Hesych. ad Hesych. qui ambo h. Ep. non immemores fuerunt. ὤμιον ἕξω. recte Jacobsius nos dimittit ad Salmas. ad Tertull de Pallio p. 255. Caeterum Conf. D. G. Morhofium de Patavinitate Livianâ in Ed. Drakenborchii vol. 7. p. 73. et Tit. 46. Ep. 13. h. l. in notis p. 451.

Ep. 6. v. 2. Br. βριθὺ Σινωπίτου. de compositione hujus vocis Vid. Brodaei notas. Apud Callimachum in Fragm. c. XX p. 488. dicitur Hercules

cules βαρυσκίπων; et βόπαλον proprie de ipsius clavâ, Vid. Tit. 24. e. 4. et Lucian. Dial. Mort. XVI.

v. 3. Br. μικόεντι. quod non in aliis. πεπλασμένον ἔθος et διπλάσιον Ed. Princ. Junt. Ascens. et Bas. At ex Ald. 1. Emend. Ald. 2. pro πεπαλαγμένον, πεπλαγμένον et διπλάδιον. ut etiam Venet. Ald. 3. πεπλαμένον et διπλάσιον. Stephanus. πεπαλαγμένον, quod, ab Homero, Il. Z. v. 268. ductum, verum videtur.

v. 4. Sic L. 1. Tit. 87. e. 1. Αἰθέρος οὐρανίων ἀντίπαλος νεφέων, ubi Vid. nostras annotationes p. 386. et 387. De duplici pallio, de baculo, et de perâ, quae erant Cynicorum insignia, Consule V. D. et inprimis Casauboni notas ad Diogen. Laërt. L. 6. Segm. 13. L. 3. Tit. 32. Ep. 12. 13. 14. 15. et 16. ubi eadem Diogenis arma memorantur.

v. 5. Ed. Princ. Ascens. Bas. et Stephaniana vulgatam lectionem tuentur, sed Junt. tres Aldinae et Veneta habent, ἦ γὰρ ὁ μέν που.

Ep. 7. Br. Harduini auctoritate, ad Themistii Orat. XVIII. p. 488. motus hoc ipsi Themistio tribuit, Tom. 2. p. 404. cum hac lectionis varietate.

v. 1. pro οὐρανίης, αἰθερίης, et pro ἐς, εἰς.

v. 3. pro ποτε, κάτω, pro αὖθις, ἀνιχβὰς, et pro πολὺ, μέγα. quae lectiones v. 3. memoratae Ed. Princ. Junt. et Bas. confirmantur. ex Ald. 1. Emend. vulgatae proficiscuntur. Quare non Palladae tribueretur, ut fecit Huëtius ad Tit. 48. ep. 1. h. l. cum Jacobsio etiam hic nullam causam video. quamvis id neget Muretus in Scholiis ad Senecae Epist. LXVIII. ex quâ nonnihil lucis huic Ep. affundi potest. Tom. 3. p. 60. Ed. Ruhnk. Hujus lectiones videtur Brunckius secutus, ut eas jam antea ad citatum Senecae locum amplexus erat Lipsius.

v. 1. Ἄντυγος οὐρανίης probat Salmasius ad Flav. Vopisc. c. 46. Tom. 2. p. 552. Conf. Fabricii Bibl. Gr. vol. 8. p. 4. 5. ἄντυξ est orbiculus summae circuli sellae additus eamque cingens, ex quo habenae circumligari possent, Vid. Hemsterh. ad Lucian. Tom. 1. p. 279. apud Homerum frequens hujus vocis usus, sive *de curru*, cujus Il. E. v. 728.

δοιαὶ δὲ περίδρομοι ἄντυγες εἰσι.

et Λ. v. 535. καὶ ἄντυγες αἱ περὶ δίφρον. sive *de scuti orbe* ut Il. Ξ. v. 412. et O. v. 645. aliisque in locis, pro quovis egregio ambitu sumitur, et *de coelo*, quod patet ex L. 1. Tit. 69. Ep. 2. L. 3. Tit. 1. Ep. 20. L. 4. Tit. 25. Ep. 2. Tit. 34. Ep. 4. et 5. Et L. 5. Ep. 14. *de sinuoso flexu vestis muliebris.*

Ep.

Ep. 8. Vid. de hoc Hadr. Junii Comment. de comâ, p. 475. de profunditate barbae conf. Lucian. D. Mort. x. p. 371.

v. 2. Br. pro εὔτολος, εὔτοχος, ex emend. Valcken. ad Ammon. p. 88. pro quo tamen Jacobsius mallet αἰμύλος, legi. Exstat etiam apud Reitz. Lucian. Tom. 3. p. 690.

Ep. 9. In versione Grotii est Agathiae Oratoris.

v. 2. σκινδαλαμοφρασὴν, Ed. Princ. Junt. et sic apud Salm. in notis. Vulgata est ex primâ Ald. Emend. profecta. Num σκινδάλαμος, an σχινδαλμός scribendum sit, disputat Piersonus ad Moerid. p. 360.

v. 3. Br. ἀνείρετο, ut apud eundem Salmasium.

v. 6. Τακτεὸν, Straboni usitatum. L. IX. p. 657. et L. XI. p. 751. vox scrupulum movit Xenophontis editoribus. Memor. L. 3. cap. 1. §. 11.

v. 7. ἀνελέξατο, *summa diligentiâ relegit*, de verbo ἀναλέγεσθαι. Vid. Viri docti notas in observat. Miscell. vol. 6. p. 399. quas citat Jacobsius T. 1. part. 2. p. 309. Eodem sensu occurrit L. 1. T. 26. ep. 5. L. 3. T. 32. ep. 46. Eleganter vero de floribus humani ingenii ex assiduâ lectione collectis, Lucian. Piscat. Tom. 1. p. 575. γνωρίζουσιν ἑκάστου τὸ ἄνθος, ὅθεν, καὶ παρ' ὅτου, καὶ ὅπως ἀνελεξάμην.

v. 9. Πλατωνικὸν ὕψος, recte de Platonis Phaedone, in quo, quam bene perceperit Philosophandi artifex illud poëtarum, quod memorat in Jone, κοῦφον χρῆμα καὶ πτηνόν, suo exemplo demonstravit. Hujus libelli novam editionem a nostro Wyttenbachio, Viro hac in re summo, brevi exspectamus.

v. 11. εἶτα περιστέλλων, ad hoc explicandum praeclare faciunt, quae Burmannus patruus non omisso hoc loco dedit ad Ovidii Metam. L. 4. v. 318. Br. καὶ τὰ γενείου, quod in nullis aliis et metrum turbat.

v. 12. Ed. Princ. Junt. Ascens. et Bas. καταψύχων. Sed reliquae ex Ald. primâ Em. καταψήχων. Quod deliberanti philosopho magis convenire videtur.

v. 13. Steph. in notis pro ψυχὴ, ψυχῆς.

v. 15. στεγνοφυὴς, *compacta et solida materia*. Vid. Steph. Lex. Tom. 3. p. 975.

v. 17. In Epigr. ultimo L. 3. ubi Callimachus Cleombroti fata enarrat;

Ἤλατ' ἀφ' ὑψηλοῦ τείχεος εἰς ἀΐδην,

mitius hic καὶ τεγέων σὸν δέμας ἐκχάλασον.

Demittas celsâ tu tua membra domo.

At prius sequitur Ovidius in Ibin v. 495. 496.

Vel de praecipiti venias in Tartara saxo,
Ut qui Socraticum de nece legit opus.

Sed haec obiter. Plura ad citatum Epigramma.

Ep. 10. v. 1. Τόσσι δέ τε. Ed. Princ. Junt. et Ald. Pr. τοσσὸν δέ τε. reliquae ut in vulgatis. Br. τοσοῖδε γε.

Ep. 11. Vid. de hoc omnino Cl. Salmasii notas ad Lamprid. Heliogab. cap. 21. p. 840. quod etiam Ruhnk. notavit, et Eundem ad h. l. p. 47. nec non D'Orvillium ad Lucian. T. 3. p. 690. qui viri primarii praecipue debent consuli; conf. Toupii notas ad Suidam vol. 2. p. 206.

v. 1. Br. πωγωνστρόφω ex Salm. πώγωνα τρέφειν, Lucillio Ep. 2. ep. 3. ep. 4. et Luciano Ep. 8. hic usitatum.

v. 3. Br. ἀπείχετο; quod non in aliis.

v. 5. βολβὸν. Br. βόλβαν, ut et v. 8. recte Salmasium secutus, cum bulbus esset e cibis vilioribus, ut patet ex Ep. 17. Tit. 50. h. l. per βόλβαν intelligitur *vulva* delicatior, de quâ Horatius L. 1. Epist. 15. v. 41.

Nil vulvâ pulchrius ampli.

ubi Vid. doctissimi Torrentii notas. Lectio confirmatur apposito στρυφνὴν, pro quo Br. legendum putat στριφνὴν, sed de hujus vocis permutandis formis, Vide, ut optime observavit Jacobsius, cujus elegantissimae notae hic non omitti debent, Ruhnk. ad Timaeum p. 237. et Pierson. ad Moerid. p. 342. longe tamen aliam hujus Epigr. et vocis βολβὸν interpretationem dedit Warton. ad Theocrit. Idyll. XIV. v. 17. p. 155.

v. 6. Ed. Princ. Ald. pr. Junt. πινυτὸν, Ald. Sec. et reliquae. Οὐ πινυτὸν Br. τὸν πινυτὸν. Non inelegans sane est Jacobsii emendatio legentis,

Ἡ στριφνὴ πινυτὸν εὐθὺς ἔκλεψε νόον.

Tit. 53. Ep. 1. ad Ex. Ruhnk. vertit ita Cunr. Rittershusius.

Mens animi haud aliter quam pes tibi claudicat; intus
Quod latet externâ pingitur in facie.

Vid. notas ad Phaedrum L. 3. Fab. 43. p. 119. ed. Meursii, et p. 156. Burmanni. conf. Fr. Junium de Picturâ Veterum part. 1. p. 225.

v. 2. σὴ ad Ex. Ruhnk. in aliis σὺ.

Ep. 3. v. 3. Br. pro ἐν δὲ, εἰ δὲ, et sic in omnibus Edd. vetustis. primus Stephanus ἐν δὲ.

v. 4. ὁπλοφορεῖν τ' οἶδας. Brunckius et Jacobsius aliud quid desiderant, quod Luciani ingenio magis conveniat, sed ὁπλοφορεῖν nosse dicitur, podagra, Vid. Aeg. Menagii Observ. ad Diog. Laërt. L. 1. Segm. 80.

v. 7.

v. 7. Br. τ' οὕνεκα νῦν, et τὸν ἀχάλκεον, ex Salm. notis. Respicere videtur poëta illa Homeri Il. Θ. v. 15.

Ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδὸς.

R. Cunichio interprete.

Aere solum, aeterno ferri stant robore portae.

Unde meo quidem judicio vulgatae lectionis sinceritas apparet. Grotius *ferratum limen*, pro quo in m. ss. erat *furiatum limen*, quod nihili est.

v. 8. ad Ex. Ruhhnk. εἰς γρ. ἀντὶ et ita apud Sylburg. Sed Vid. Jacobsii notas, qui de hoc versu bene intelligendo diligenter disseruit.

Ep. 4. Auctorem Ep. Hedylum agnovit Salmasius his verbis,

Ἡδύλου εἰς ποδάγραν.

FINIS OBSERVATIONUM ET NOTARUM AD LIBRUM SECUNDUM.

ADDENDA ET EMENDANDA.

P. 132. l. 21. De *Zytho.* Vid. omnino P. E. Jablonskii Opusc. Tom. 1. p. 7. et ad eum doctissimi Te Wateri notas.

133. l. 33. Conf. Harduini notas ad Plin. L. 37. cap. 10.

136. l. 17. *De Beza*, topico Aegyptiorum numine, videndus Jablonskius L. 5. cap. 7. Panthei Aegyptiaci, et Tom. 1. Opusc. p. 52. quos ambos locos Te Waterus mihi indicavit.

137. l. 3. Adde Petri Pithoei Adverſ. in Gruteri Theſ. Crit. vol. 2. p. 746.

l. 25. Adde L. 6. T. 10. e. 3. et T. 25. e. 17.

l. 18. Quamvis ſatis ampla ſit nota de Piſonibus, tamen hoc argumentum uberius perſequi volui in Disſertatione ad Inſtituti Regii Scientiarum, Literarum et Bonarum Artium ſocios. Si quis unquam mihi quandam modo probabilem causſam afferat illius familiaritatis, quae Horatio cum Piſonibus intercesſerit, meum deſeram propoſitum, ſed cum triginta et plus eo ſuis amicis carmina ſua dicaverit poëta, neque usquam in iis Piſonum meminerit, in meâ ſententiâ, a vulgi non modo, ſed ab eruditisſorum etiam virorum opinione plane alienâ, permanebo. Quod ad meas emendationes attinet, eas nemini obtrudi volo. Sed cum legi mallem, v. 386. pro *patris et nostras; — Et patere in nostras;* ne quis tamen illud *patere* veteribus hoc modo inuſitatum putet, legat Juvenalem, Sat. 7. v. 20. *Et patere inde aliquid decrescere* Et apud Plin. Sec. L. 8. Ep. 4. *Patere hoc me ſuper cetera habere amoris tui pignus..*

Sed quale hoc quodcunque ſit, in Ciceronis verbis de officiis L. 2. cap. 2. acquiescam. *Quid est igitur, quod me impediat ea, quae mihi probabilia videntur, ſequi; quae contra improbare; Atque affirmandi arrogantiam vitantem, fugere temeritatem.* Elegans mihi interea videtur Eldikii mei emendatio, forte legentis, v. 440. 441. *de-*

delere jubebat,
Nec male adornatos incudi reddere versus.

138. l. 12. Citat etiam, hoc Epigramma vir Eruditissimus L. C. Valckenaer, *de Causiâ*, Macedonibus inprimis usitatâ, ad Theocrit. Adoniaz. p. 345.

139. l. 28. Nuper iterum tentavit Illustrissimus Praeses Bouhierius. Lege, iterum illud tentatum vidimus ab Illustrissimo Praeside Bouhierio.

153. l. 2. Conf. Gifanii indicem in Lucret. v. *Smyrna*, et C. Barthii Adversar. L. 4. c. 20. in fine.

156. l. 9. Lege, *distinguendum esse arbitror.*

l. 13. Adde Carmen Ablavii Consulis, quod legitur in Anthol. Latinâ. L. 2. Ep. 114.

161. l. 24. *De ipsius protervitate*, Lege, *ab ipsius protervitate.*

162. l. 21. Talis elegans tabula infantis, ad moribundae matris mammas repentis, cernitur ante sextum librum Lucretii, Ediditionis Haverkampi.

166. l. 30. Te Waterus ad h. l. *Ex Collatione Codicis Medicei, quam exemplo meo adscripsit, Gronovius, intellexi eadem verba non deesse in* M. S. *Mediceo.*

167. l. 3. de Thymelicis Adde Alexandr. ab Alexandro l. 3. c. 9. ubi lapis antiquus citatur ex Gruteri Corpore Inscript. p. cccxxxii. 6. quod idem Te Waterus vidit.

171. l. 35. *elucescit*, lege, *elucet.* aut *apparet* ut memonuit Vir Cl. et doctissimus Jona Guil. Te Water.

173. l. 3. His adde, si lubet, Benedictum Aretium in Pindarum. p. 13. Titium ad Gratii Falisci Cyneg. v. 227. Fed. Morell. ad Statii Sylv. p. 89. at inprimis Benedicti Averanii Dissert. in Anthol. Op. vol. 1. p. 3. qui liber demum ad me pervenit, cum magna harum notarum pars jam esset typis expressa, et Potteri Archaeol. Gr. L. 2. c. 21. et 23. p. 408. et 415.

— l. 28. Conf. P. Burmanni notas ad Anthol. Lat. vol. 2. p. 704. et Averanii Diss. vol. 1. p. 16. et 25.

174. l. 6. *Conditor.* Te Waterus malebat, *scriptor.*

— l. 12. Ad L. 2. Tit. 1. Ep. 9. Plura diximus ad nostram conjecturam probandam.

176. l. 15. *κ' οισυΐνην δ' ἔτι ῥάβδον.* Eldikius, *posterius hoc mihi placet, v. demum 5. memorat Poeta:*

τὴν

τὴν τ' ἐπὶ νώτων
Μάστιγα, βοῖζου μητέρα θαρσαλέην.

P. 177. l. 10. *in optimâ* — Lege, ut vulgo dicitur *Hemsterhusianâ*, quamvis hoc nomine non amplius superbire possit, quam ad Tom. 1. p. 525. ut ex ipsius Hemsterhusii praefatiunculâ apparet. Hoc vero satis notum esse arbitror.

177. l. 14. Adde Ben. Averanii Opera. vol. 1. p. 32.

178. l. 19. Μεσσάνα conf. J. N. Loënsis Epiphill. L. 10. c. 1. in Gruteri Thes. vol. 5. p. 684. P. Fabri Agon. L. 1. c. 12. in Thes. Antiq. Graec. vol. 8. p. 1837. et B. Averanii Opera. vol. 1. p. 137.

179. l. 4. Conf. Harduin. ad Plin. L. 7. c. 26.

l. 29. Vid. Franc. Modium de Ludis et Spect. Veterum L. 2. c. 21. in Thes. Antiq. Graec. vol. XI. p. 1044. et 1045. Potteri Archaeol. Gr. L. 2. c. 21. p. 410.

180. l. 28. Βεβιαίου, et sic Salmasius, in notis nostrae Edit. p. 26.

l. 38. Hoc Ep. et seq. memorat et illustrat P. Burm. Sec. ad Anthol. Lat. Tom. 2. p. 652.

181. l. 12. De hoc egit B. Averanius Op. vol. 1. p. 36.

l. 25. Τὰν ἄχαριν χάριτα. Vid. Auson. Ep. 82. et conf. Tit. 37. ep. 17. Tit. 70. ep. 20. h. l. L. 2. T. 7. ep. 1. et L. 3. T. 25. ep. 76.

183. l. 18. In versione *Protinus cutem subit ignis*, Lege *Protinus manat celer ignis*.

— l. 29. Conf. Franc. Robortelli annotat. in Gruteri Thesauro, vol. 2. p. 29. Elegiaco carmine etiam latine reddidit B. W. Luxdorphius in ipsius Carminibus, p. 97. *quos ambos locos mihi indicavit Cl. Meinardus Tydemannus, qui etiam memoravit Klotzium in Actis Litterariis vol.* VI. *P.* III. *p.* 313. *sqq.*

185. l. 15. εἵσατο. *Kusterus ad Aristoph. Avib. v.* 873. *p.* 193. hunc locum mihi monstravit Cl. Wyttenbachius, cui, ut neque Eldikio, mea hic emendatio, pro ταῖς — παῖς legentis placuit.

— l. 16. Ut recte me monuit Te Waterus, cum aliquâ lectionis varietate legitur apud citatum Eusebii locum. Mihi placet hic primae editionis p. 434. a quâ posterae, nonnihil abierunt, lectio. Ὅτι μὲν γὰρ τὰ θεῖα ὑπὲρ ἡμᾶς, παντὶ δῆλον. ἀπόχρη δὲ, τῷ κρείττονι τῆς δυνάμεως αὐτοὺς σέβειν. οἷοι δὲ εἰσὶν,

νὶν, οὔτε εὑρεῖν ῥᾴδιον, οὔτε ζητεῖν θεμιτόν. οὐδὲ γὰρ δεσποτῶν φύσιν ἢ πρᾶξιν δούλους εἰδέναι πλέον ὑπηρεσίας προσήκει.

P. 186. l. 28. Ep. 2. Vid. Ausonii Ep. 132.

187. l. 34. Cl. Wyttenbachius verbum *prehendere* non respondere verbo ψηλαφάω existimat. Quare ad h. l. ita scripsit. *Non haec est sententia loci, si eum accurate perpendas.* *Beza recte vertit*, ut quaererent dominum, si forte palpando eum invenirent. *Ergo jubentur hoc agere, et ideo a Deo creati sunt.* Erasmus vertit, *si forte palpentur.* Grotius, *si forte tractent eum et inveniant.* Quae versio proxime accedit ad eam Hieronymi. *Si forte attrectent eum aut inveniant.* De verbo ψηλαφάω Vid. Elsneri Observ. ad c. l. Actor. Apost. cap. XVII. v. 27. apud Phavorin. p. 1885. §. 6. est ψηλαφᾶν, ἀντὶ τοῦ διφῶ, ἐρευνῶ, ἐτάζω, et ἐξετάζω. conf. Wetsten. ad Evang. Lucae cap. 24. v. 39. Quamvis Cl. Wyttenbachii, cui procul ab aliis negotiis in humaniorum litterarum studio aetatem agere licuit, auctoritati facile cedam, tamen ex his citatis locis non video, quare paene *prehendere* et paene *manu contractare*, quod est ψηλαφᾶν, eadem significatione dici non posset.

189. l. 23. Cum ego hoc monitum ad nondum sacris imbutos retulissem, Cl. Wyttenbachius ad h. l. haec verba scripsit. *Non placet, ut ostendi in Animadversionibus ad Plutarchi librum* De Ei *apud Delphos. p.* 391. *c.* His animadversiones nondum legere potuimus, et an quidem unquam has legendi nobis futura sit occasio, propter continua bella valde dubitamus; quare vellem vir Cl. sententiam suam modo indicasset; nam nunc contenti esse debemus doctissimi Eldikii verbis, qui egregia emendatione nostram opinionem confirmare videtur, dum scribit. *Legere soleo:*

Φθέγξομαι οἷς θέμις, ἀοὶ θύρας ἐπίθεσθε βέβηλοι.

Quod loco Galeni unice firmatur.

— l. 38. *Dissimili vero ratione, quam Horatius* — Lege: *Non dissimili ratione Horatius*; et iis, quae observavimus, adde Casp. Barthii Animadv. ad Claudianum de Raptu Proserpinae v. 4. Animadv. p. 681. et 1qq. Casaubon. ad

Jul. Capitolin. Hist. Aug. Script. Tom. 1. p. 393. At inpimis P. Wesselingii Lectionem publicam, quam ope Cl. M. Tydemanni in lucem protulit noster amicus, eruditissimus Luzacius, post Diatribam de Aristobulo Judaeo, p. 129.

P. 190. l. 28. Vid. etiam Averanii Oper. vol. 1. p. 94.

191. l. 13. ὑπὸ γῆς. — Wyttenbachius legendum putat ἀπὸ τεῦ, *de te amputatum est*; Eldikius vero Ἐπμήθη ἀπόδος, — *optime Grotius:* praecisum juvenile genu. *Per amputationem scilicet chirurgicam.*

l. 19. γυμνὸν. Vid. Averanii Oper. Tom. 1. p. 131. et, quos mihi locos suppeditavit Cl. Meinardus Tydemannus, Wesseling. ad Herodot. L. 2. c. 141. Arntzenii Miscell. p. 43, et ad Arator. p. 12. nec non Pervigilium Veneris. v. 32. — 35.

193. l. 37. v. 2. Οὐδ' ἦν; Eldikius haec notavit: *Quo magis appareat oppositio, neseio, an ν. 1. scribendum.*

Οὐδ' ἦν Ὠκεανὸς πᾶσαν πλημμῦραν ἐρεύγῃ.

Wyttenbachius illa; *Alia res est: hic πίῃ est* EBIBERE, *ut ostendam in B. Crit. De hoc usu, qui in Virgilii versu cernitur, quaedam notavit Wagnerus noster ad Horatii Epist. L. 1. Ep. 18. v. 105.* Vid. Wyttenbachii Bibl. Crit. vol. 3. part. IV. p. 36. *qui pro ἐγείρῃ, ἀνείρῃ, cohibeat, inhibeat, arceat, poëtam scripsisse putat, et illud tollat in astra, quidem eleganter, ut omnia Grotiana, dictum: sed ab ipso fictum, nec ex Graecâ dictione expressum profitetur.* Sed, si modo simplicissimam Lubini, prosâ oratione scriptam, interpretationem legimus: *Neque si Oceanus omnem inundationem excitaret*, nonne idem est, quod Grotius dixit, *Oceanusque aestus tollat in astra suos?* neque aliter hunc locum alii poëtae latini intellexerunt, ut P. Melissus; *Quamlibet Oceanus totis exaestuet undis.* Sleidanus; *Oceanus moveat licet omnes undique fluctus.* Bellicarius; *Oceanus quamvis omnes exsuscitet aestus.* P. Stephanus; *Oceanus totas non si ferus excitet undas*, et denique Andreas Alciatus; *Oceanus quamvis fluctus pater excitet omnes.* Sed vir clarissimus Grotii versionem non satis accurate legisse, et primo-

rum

rum versuum immutatum ordinem non intellexisse videtur. Grotius enim hic nihil finxit, sed Graeca accurate admodum latine reddidit. Si necesse sit ut emendatio fiat, eam Eldikii magis probarem, ἐρεύγειν et ἐρεύγεσθαι proprie dicitur de tumultuoso neque suas undas continente mari. Hom. Il. P. v. 295. et Odyss. E. v. 402. 403. Itaque verterem, Grotium et Eldikium secutus,

Oceanusque omnes evomat altus aquas.

Respicitur enim ad immensam multitudinem, quam frustra ad frangendum Romanum imperium adduxerant hostes, quos cum Xerxis summis copiis, ad Graeciam opprimendam profectis, comparat poëta, quod recte viderunt Brodaeus et Obsopoeus; Vid. Herodot. L. 7. p. 250. ubi totum fluvium ab incredibili hac Persarum multitudine bibendo exsiccatum fuisse, narratur. Conf. Wesseling. ad Diod. Siculum p. 408. De hoc Epigr. etiam praeclare egit Benedictus Averanius Florentinus, cujus Opera demum ad me venerunt, cum jam magna pars mearum observationum erat typis mandata. Primum versum ex nostrâ sententiâ hoc modo vertit.

Si totum spatiosa bibat Germania Rhenum,
Oceanusque omnes invehat altus aquas.

Verum etiam bene de hoc Epigr. meritus est M. Raderus ad Martial. L. 12. p. 794.

Oceanus totos si montes tollat aquarum,
Totaque si Rheni flumina Teuto bibat,
Roma tamen stabit licet oppugnata tot annis,
Dextera dum terras Caesaris alma reget.
Sic Jovis augustae contemnunt flamina quercus,
Aridaque impulsae discutiunt folia.

E quibus et Grotii versio et Eldikii emendatio confirmantur.

P. 194. l. 18. Eldikius notavit. *In constructione junge quercum validam robore annoso.* Ego probavi *Annosam validq*, quâ in sententiâ confirmatus sum altero Virgilii loco. L. 2. Aen. v. 626.

Ac veluti summis antiquam in montibus ornum,
Quam ferro accisam crebrisque bipennibus instant,
Eruere agricolae certatim. —

P. 197. l. 20. Conf. Tit. 41. Ep. 3. h. l. p. 297.

198. l. 3. at ἀσθενῶν est apud Salm. in notis p. 27. et ad Ex. quod penes me est, Oudendorpii.

199. l. 3. Conf. Salmasii notas p. 27.

l. 26. Ep. 22. Vid. Tristan. Commentair. Hist. Tom. I. p. 210.

200. l. 3. ad v. 5. Vid. Hesselium ad Ennii Fragm. p. 242. ubi legendum, ut hic. Ἀστὶς μοι τύμβου κόσμος μέγας.

201. l. 14. παραθεῖ, *praecurrit*, ex emendatione Jacobsii, qui παραθεῖν pro *superare* dici, ut παρίεναι, παρέρχεσθαι, monuit; quod Wyttenbachius hic addi debere, censebat; magis tamen mihi placet Eldikii emendatio legentis. —

Ὀθρυάδην, Σπάρτης τί λέγω κλέος, ἢ Κυνέγειρον
Ναύμαχον, ἢ πάντων ἔργα κάλει πολέμων;
Quid juvat Othryaden, Spartae decus, aut Cynegirum,
Navales alios et memorare duces?

202. l. 33. pro *erexerat*, Cl. Wyttenbachius certe mallet *posuerat*. Ut illud Sluiterum nostrum monuit in Bibl. Cr. part. XI. p. 95. *Nam lapsi et jacentes eriguntur.* Quid vero faciemus C. Julio Caesari, optimae Latinitatis auctori, de B. Civili L. I. c. XXVI. cum scribit, *Pompejus turres cum ternis tabulatis erigebat:* hae turres enim nec erant lapsae nec jacentes. Sed recte Cl. Oudendorpius ad Hirtium de B. Africano cap. LI. p. 897. ERIGI *dicuntur omnia, quae aliquâ fiant altitudine.* Quod egregie confirmatur Flori loco L. 3. cap. 2. fin. *Ipsis quibus dimicaverant in locis, saxeas erexere turres, et desuper exornata armis hostilibus tropaea fixere.* Conf. magni Is. Casauboni notas ad Strabonem, Lib. 4. p. 383. Qui non modo *tropaea erigere* tuetur, sed ipsis verbis hoc ita dici affirmat.

203. l. 15. *His prope qui steterint*, Lege, *Huic prope qui steterit.*

205. l. 4. Grotius aliâ versione utitur ad Epist. Pauli ad Timoth. II. cap. 4. v. 16.

P. 206. l. 11. Cl. M. Tydemannus ad h. l. scripsit. *De Eveno et hoc Ep. egit Burm. Sec. ad Valesii Emendat. p.* 116. *Alium ejus versum restituit Ruhnken. ad Rutil. Lup. p.* 38. *sqq. Meminit ejus Nic. Loënsis Misc. Epiphill. L.* x. *c.* 1. *in Gruteri Fac. Crit. T.* v. *P.* ii. *p.* 686.

207. l. 4. Cl. Vossius de Instit. Orat. L. 5. cap. 5. §. 3. 245. quem locum etiam C. Tydemannus nobiscum communicavit, dicit Latinam linguam eam venustatem, quae in hoc Epigr. apparet, assequi non posse; sed, ut puto, nondum legerat Grotii sui versionem, quae in dictionis acumine Graeco non cedit. Conf. Fr. Robortelli post ejus Explic. in librum Aristot. de A. P. de Epigr. p. 40.

208. l. 25. Tit. 7. Ep. 1. Vid. B. Averanii Opera vol. 1. p. 138.

209. l. 31. Hos versus Grotius etiam celebrat et vertit ad Evang. Matth. cap. 7. v. 13.

214. l. 3. Tit. 11. Ep. 1. Vid. B. Averanium. Vol. 1. p. 148.

215. l. 33. Conf. B. Averanii Opera. Vol. 1. p. 49.

216. l. 10. Ep. 2. v. 3. κεῖνον. Cod. Leid. manu Scaligeri κῖνον; alii καῖνον.

— l. 33. Optimus Eldikius haec mecum communicavit. *Intellexit autem Wytt. Brunck. Jacobs. probavit Valckenaerius. Et versu confirmandae correctioni adscripto meae,*

Φορμίζειν δεδάηκα καὶ ὑπνώοντας ἐγείρειν,

